



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



T. 9

**HARVARD COLLEGE  
LIBRARY**



**FROM THE LIBRARY OF  
JAMES JACKSON HIGGINSON  
(CLASS OF 1857)  
OF NEW YORK**

**JUNE 15, 1917**















**QUINTI CURTII RUFII**  
**DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI**  
**LIBRI SUPERSTITES.**

**VOL. II.**



**QUINTI CURTII RUFI**  
**DE REBUS GESTIS**  
**ALEXANDRI MAGNI**  
**LIBRI SUPERSTITES**  
**EX EDITIONE FRID. SCHMIEDER**  
**CUM SUPPLEMENTIS**  
**NOTIS ET INTERPRETATIONE**  
**IN USUM DELPHINI**  
**VARIIS LECTIONIBUS**  
**NOTIS VARIORUM**  
**RECENSU EDITIONUM ET CODICUM**  
**ET**  
**INDICE LOCUPLETISSIMO**  
**ACCURATE RECENSITI.**

---

**VOLUMEN SECUNDUM.**

**T**

**LONDINI:**  
**CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.**  
**1825.**





et fratres ergastuli detrimenta? 14. Et quota pars nostri tot obire terras potest? procul Europa in ultima Orientis relegati, senes, debiles, majore membrorum parte mulctati, tolerabimus scilicet, quæ armatos et victores fatigaverunt. 15. Conjuges deinde, quas captis sors et necessitas unicum solatium applicuit, parvosque liberos trahimus nobiscum, an relinquimus? cum his venientes nemo agnoscere volet: 16. relinquemus ergo extemplo præsentia pignera, cum incertum sit, an visuri simus ea quæ petimus? Inter hos latendum est, qui nos miseros nosse cœperunt.' 17. Hæc Euthymon. Contra Theætetus Atheniensis orsus est dicere: 'Neminem' pium habitu corporis suos æstimaturum, utique sævitia hostis, non natura calamitosos. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortuita: tristem enim de mortalitate ferre sententiam, et desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus sit. 18. Deos, quod ipsi nunquam ausi optare forent, offerre patriam, conjuges, li-

////////

nett. Rom. Vet. an. 1474. Veron. et Mer. *agnoscent fratres*; Voss. 1. omittit *et fratres*; nonnullæ vett. habent: *et fratres agnoscent*. 'Acidalius aptissime coniecit: *Liberi in flore et ætatis et r. patres agnoscent*.' Cunz.—14 *Et quo ita* Pith. *memorum parte* Pal. 1. *mutilati* vulgo pro *multati*. Dau. *quæ armati*. Voss. 2. omittit *et ante victores*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *fatigaverunt*.—15 *Conjuges demum* Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Col. C. *deinde* Voss. 1. Florent. Leid. Bong. alii. Voss. 2. *quas captas*. Florent. Leid. et Voss. 1. *sors*; Pal. 1. *sors*. Florent. *an relinquimus*.—16 Pal. 1. Voss. 1. et Leid. *relinquimus ergo*. Bong. 2. et Voss. 1. *templo*; Voss. 2. Bong. 1. Pal. 1. et Pith. *exemplo*; Theocr. Mod. Amst. et Lugd. *extemplo* omittunt. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. *præsentium*. Pith. *cum incerti simus*. Florent. Voss. 1. et Bong. *illa quæ petimus*. Pal. 1. *Inter hæc*, et *mox quæ nos*.—17 Bong. 1. 2. Fauch. Florent. et Voss. 1. *Euctemon*; Pal. 1. *Euthemon*; Pith. *Teutemon*; Ald. *Euthymo*; Bas. Col. et Mer. *Eutemon*. Pal. 1. *Theætetus*; Leid. *Theætetis*; Voss. 2. *Thetus*; Ald. Bas. Frob. Mer. et Col. *Theatus*; Bong. 1. 2. *Theateus*; Fauch. *Theatheteus*; Bong. 1. *diversa manu Æthas*. Pal. 1. *ætima sævitia utique*, &c. Frob. *non natura*; Pal. 1. *non natura calidosus*. Dau. Pith. et Fauch. *qui erubescere fortuite*; Voss. 2. Pal. 1: Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *qui erubesceret fortuita*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *erubescere fortuito*. Mod. et vulgata fere omnes ante Freinsh. *tristem eum*. Mer. *desperare debet*. Voss. et aliæ edd. *quam*; Bas. 1. *qui*.—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *op-*

## NOTE

'Neminem] Neminem ex ipsorum turum, propter deformata mutilitacognatis, liberis, conjugibus, qui moque corporis membra.  
do pius esset, ipsos minoris æstima-

Delph. et Var. Clas.

Q. Curt.

2 B

beros, et quicquid homines vel vita æstimant, vel morte redimunt.<sup>d</sup> 19. Quin illi ex hoc carcere erumperent, alium domi esse cœli haustum,<sup>e</sup> alium lucis aspectum: mores, sacra, linguæ commercium etiam a barbaris expeti; quæ ingenita ipsi omissuri sint sua sponte; non ob aliud tam calamitosi, quam quod illis carere coacti essent. 20. Se certe redituro ad penates et in patriam, tantoque beneficio regis usurum: si quos contubernii liberorumque, quos servitus cœgisset agnoscere, amor detineret; relinquerent,<sup>f</sup> quibus nil patria carius est.' 21. Pauci hujus sententiæ fuere: ceteros consuetudo, natura potentior, vicit. Consenserunt, 'petendum esse a rege, ut aliquam ipsis attribueret sedem.' 22. Centum ad hoc electi sunt: quos Alexander ratus, quod ipse præstare cogitabat, petituos, 'Jumenta,' inquit, 'assignari quæ vos veherent, et singulis vestrum mille denarium<sup>h</sup> dari jussi. Cum redieritis in Græciam, præstabo, ne quis statum suum, si hæc calamitas absit, vestro credat esse meliorem.' 23. Illi obortis lacrymis terram intueban-

<sup>d</sup> *Quicquid homines æque ac vitam diligunt, vel mortis periculo tuentur.*

<sup>e</sup> *Jucundius in patria duci spiritum.*

\*\*\*\*\*

*tare ausi*; Pal. 1. *ausi optare forent*. Voss. 1. *vitam*. Voss. 2. *extimant*.—19 Voss. 1. *morum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgo: *quæ ingentia*. Florent. Leid. et Voss. 1. *obmissuri*. Florent. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *sunt sua*. Leid. *quoacti essent*.—20 Voss. 2. *liberorum*, omisso *quæ*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *relinqueret*; Pal. 1. *linqueret*; Pith. *liquerent*.—21 Florent. Leid. Bong. Dan. et Pal. 1. *natura potior*; Voss. 1. *natura pacior*.—22 Vulgg. *lecti sunt*; Fauch. *alecti sunt*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *allecti sunt*. Voss. 1. *raptus pro ratus*. Voss. 1. *adsignare*; Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 1. et Ald. *adsignari*; Bas. Amst. et Lugd. *assignavi*. Dan. Pal. 1. et Bong. *milia denarium*; Florent. Leid. Voss. 1. et edd. vett. *mille denarium*. Pith. *jussi dari*; Pal. 1. *dari jussit*. Mox Florent. Leid. et Voss. 1. 2.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Relinquerent*] Ii certe conjuges liberosque in servitute susceptos desererent, qui patria sua Græcia nihil carius haberent.

<sup>h</sup> *Mille denarium*] Mille Drachmas, hoc est, sextam talenti partem; de qua vide c. vi. *Denarium* pro *Denarium*, ut apud Quadrigarium in Annal. 117. 'mille hominum occiditur.' Gell. lib. 1. cap. 6. ubi 'mille' sub-

stantivum est, cum in plurali sit quoque adjectivum. Quanquam in ipso singulari semper adjectivum esse contendit Scioppius Ep. 14. ut 'mille denarium' per Ellipsin dicatur pro 'res mille denarium;' cui ego non facile assentiar; crediderimque potius nusquam, nisi forte in plurali, adjectivum esse.

tur, nec aut erigere vultus aut loqui audebant: tandem rage tristitiæ causam exigente, Euthymon similia iis, quæ in consilio dixerat, respondit. 24. Atque ille, non fortunæ solum eorum, sed etiam pœnitentiæ misertus, 'terna millia denarium singulis dari' jussit: denæ vestes adjectæ sunt, et armenta cum pecoribus ac frumento data, ut coli seri-que attributus iis ager posset.

VI. 1. Postero die convocatos duces copiarum docet, 'nullam infestiores urbem Græcis esse quam regiam<sup>a</sup> veterum Persidis regum: hinc illa immensa agmina infusa: hinc Darium<sup>b</sup> prius, deinde Xerxem Europæ impium intulisse bellum: excidio illius parentandum esse majoribus.' 2. Jamque barbari, deserto oppido, qua quem-que metus agebat, diffugerant: cum rex phalangem nil cunctatus inducit. Multas urbes, refertas opulentia regia, partim expugnauerat, partim in fidem acceperat: sed urbis hujus divitiæ vicere præterita. 3. In hanc totius Persidis



ne qui statum.—23 *Illi abortis* Pal. 1. et Voss. 2. *Illi obhortis* Voss. 1. *Eutemon* Bong. Bas. Col. et Mer. *Eutenon* Florent. *Emettemon* s. his Voss. 2.—24 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *miseretur*; Pal. 1. et Ald. *miseratus*. Voss. 2. *tria millia*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *terna m. denariorum*. Voss. 2. *denariis pro denæ*. Pith. *frumenta data*. Voss. 2. *attributis his*; Mer. *attributus his*.

1 'Σαπίτ ταντολογίαν vox infusa, sequentibus: *Europæ* intulisset bellum. Malim itaque *effusa*.' Both. Florent. Leid. et Voss. 1. *dein* pro *deinde*. Leid. et Voss. 2. *Xersem*; Voss. 1. *Xerxsem*. Mer. *parentum esse*.—2 Pith. omittit *diffugerant*, pro quo Pal. 1. habet *diffuderant*. Voss. 2. *cum et falangem*; Pal. 1. et Mer. *quum et phalangem*. Nonnullæ edd. vett. *partim expugnarat*. Pith. *divitiæ incertæ præterea*.—3 *In hac* Ald. Paulo post Florent. Leid. et Voss. 2.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Regiam*] Persepolim, quæ aliis Persapolis, Straboni Περσάπολις vocatur; Græco utique nomine, quod nequaquam Persis nsitatum putaverim. Sed quod fuerit illud Persicum nomen, non ita promptum est divinare. Vide infra quæ dicemus ad cap. 7. Hanc Cyrus considerat et in ea regiam collocaverat. Quamquam alia quoque Persagadis, alia Gabis regia ejusdem fuit, eodem teste Strabone. Idemque totius imperii sedem Babylone statuere decreverat.

<sup>b</sup> *Hinc Darium*] Hystaspis filium, de quo nos supra lib. III. cap. 10. et lib. IV. cap. 1. *Deinde Xerxem*] Ibidem. *Parentandum*] 'Parentare' dicuntur proprie liberi, cum suorum parentum exequias celebrant. Quæ quia sacrificiis plerumque cohonestabantur, et quidem earum rerum quas defuncti vehementer aut amassent aut odissent; idcirco docet Alexander placatum iri Græcorum veterum manes Persepolis excidio.

opes congegserant barbari: aurum argentumque cumulat-  
tum erat: vestis ingens modus:<sup>a</sup> supellex non ad usum  
modo, sed ad ostentationem luxus comparata. 4. Itaque  
inter ipsos victore ferro dimicabatur: pro hoste erat, qui  
pretiosorem occupaverat prædam: et cum omnia, quæ  
reperiebantur, capere non possent; jam res non occupa-  
bantur, sed æstimabantur.<sup>b</sup> 5. Lacerabant regias vestes,  
ad se quisque partem trahentes: dolabris pretiosæ artis  
vasa cædebant: nihil neque intactum erat, neque integrum  
ferebatur: abrupta simulacrorum membra, ut quisque  
avellerat, trahebat. 6. Neque avaritia solum, sed etiam  
crudelitas in capta urbe grassata est: auro argentoque  
onusti vilia captivorum corpora trucidabant; passimque  
obvii cædebantur, quos antea pretium sui miserabiles fece-  
rat.<sup>c</sup> 7. Multi ergo hostium manus voluntaria morte occu-  
paverunt;<sup>d</sup> pretiosissima vestium induti, e muris semet ip-  
sos cum conjugibus ac liberis in præceps jactantes. Qui-  
dam ignes, quod paulo post facturus hostis videbatur, sub-  
jecerant ædibus, ut cum suis vivi cremarentur. 8. Tandem  
'suis' rex 'corporibus et cultu fœminarum abstinere' jus-  
sit. Ingens pecuniæ captivæ modus traditur,<sup>e</sup> prope ut

<sup>a</sup> Magna vestium pretiosarum copia.

<sup>b</sup> Res non temere rapiebantur, sed æstimato pretio deligebantur.

<sup>c</sup> Quos pretii opes misericordia dignos antea effecerat.

<sup>d</sup> Præverterunt hostium gladios. <sup>e</sup> Ingens captæ pecuniæ summa fuisse dicitur.

omittunt modo.—4 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *quæ recipiebant*; Ed. pr. Venett. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Col. et Mer. *quæ recipiebantur*. Vulgg. nam *res*; Voss. 1. 2. Florent. Leid. alique codd. *jam res*.—5 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *ad se quemque*; Voss. 1. *patres trahentes*; Voss. 2. et Pal. 1. *partes trahentes*; Leid. *partem trahentes*.—Pal. 1. *dolabra*. Leid. *vasa cædebant*. Florent. Voss. 1. 2. Leid. et Bong. *neque integrum*. Voss. 2. *abrupta s. membra*. Florent. et Leid. *avellerat*; Dan. et Voss. 1. 2. *advellerat*; Pith. *advelleret*.—6 Voss. 1. *urbe crassata*. Leid. *cædebantur*. Leid. Voss. 1. et Dan. *quos ante*; Voss. 2. *quos animo*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *miserabilis*. Florent. *fecerant*, pro quo Dan. *sit*.—7 'Modius conjecit: manu voluntariam mortem, quod a stylo Curtii minime quidem abhorre videtur; (cf. iv. 4. 12.) cum vero in codd. nulla extet varietas, et Curtius addat non gladio, sed e muris jactando semet ipsos interemisse, equidem nihil mutandum puto.' Cunz. Pal. 1. *omittit semetipsos*. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *in p. jacentes*. Voss. 1. et Bong. 2. *subjecerat ædibus*. Pal. 1. *cum s. una cremarentur*.—8 'Tandem suos scripsi, ad vitandam ambiguitatem, cum Acidalio et Nic. Heinsio.' Bothe. Florent. Leid. Voss. 1. 2.

fidem excedat : 9. ceterum aut de aliis quoque dubitamus, aut credimus, in hujus urbis gaza fuisse c. et xx. millia<sup>c</sup> talenta: ad quæ vehenda (namque ad usus belli secum portare decreverat) 'jumenta et camelos a Susis et Babylone contrahi' jussit. 10. Accessere ad hanc pecuniæ summam captis Persagadis<sup>d</sup> sex millia talentorum. Cyrus Persagadam urbem condiderat, quam Alexandro præfectus ejus Gobares tradidit. 11. Rex arcem Persepolis, III. millibus Macedonum præsidio relictis, 'Nicarchidem tueri' jubet: Tyridati quoque, qui gazam tradiderat, servatus est honos, quem apud Darium habuerat: magnaue exercitus parte et impedimentis ibi relictis, Parmenionem Craterumque præfecit. 12. Ipse cum mille equitibus pedumque expedita manu interiorem<sup>e</sup> Persidis regionem, sub

et Bong. *capta pecunia*.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *dubitavimus*; Pal. 1. et Ald. *dubitamus*. Florent. Leid. et Voss. 1. C. et XX. *millia*; Pith. *millia* C. et XX. Pro *talenta* alii *talentum*; Florent. *talenta* at. Voss. 2. *quæ vehenda*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. et a *Susis et a Babylone*; Ald. Bas. et Col. pro *Susis* habent *suis*.—10 Pith. omittit *Accessere*. Pro *captis* Pal. 1. *capitis*. Vulgg. *Pasergadis*; Amst. *Pasargadis*; Voss. 2. *Parsagadis*, ut mox; Florent. Leid. Voss. 1. ceteri, et optt. edd. *Persagadis*. Bong. *sex m. talentum*. Florent. et Leid. *Parsagadam*; Bong. *Persagadam*; Amst. et Leid. *Pasargadam*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Col. Mer. et Ald. *Globaris*; vulgg. *Gobares tradit*. 'Legendum *Chobaris*, ut lib. vii.' Bothe.—11 Freinsh. et recentt. *Nicarhidem*; Dan. *Michartidem*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Nichartiden*; Pal. 1. et Voss. 2. *Niarchidem*; Ald. Col. Bas. Mer. et Froh. *Nicartidem*; Elz. *Nicatriden*. 'Scripsi *Nicarchidem* cum Arrian. Hist. Ind. xviii. 5.' Schmieder. Voss. 2. *Thiridati*; Ald. *Theridati*; Voss. 1. Florent. Leid. Bong. alii, *Tyridati*. Voss. 2. *apud D. habebat*. Rutgers. conj. *magnaëque exercitus parti*. Pro *ibi* Voss. 2. *sibi*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et

## NOTÆ

<sup>c</sup> C. et XX. *millia*] De talentis dictum lib. III. cap. ult. Adde his sex millia Persagadis reperta, tum quinquaginta millia Susis capta, denique sex et viginti millia Ecbatanis, ut infra videbimus, lib. vi. cap. 2. Summa confiet talentorum ccxii. millium: præter ea quæ Damasci, Arbelis, et Babylone sunt excepta.

<sup>d</sup> *Persagadis*] Aliter *Parsagadis*. Dicta sunt enim 'Persagada' quasi 'Persarum castra,' ut auctor est

Strabo; propterea quod illo ipso loco condita sunt a Cyro, ubi Astyagem Medorum regem decretoria pugna profigarat. De qua vide Justinum lib. i. Legunt alii *Passargada*, levi nec inusitata traiectione literarum. Illic sepulcrum erat Cyri, de quo nos infra lib. x. cap. 1. 'Persagades, dum,' dixit Curtius.

<sup>e</sup> *Interiorem*] Maxime Borealem et a mari remotissimam, quæ montana est, eademque frigidissima.

ipsum Vergiliarum<sup>f</sup> sidus,<sup>f</sup> petiit : multisque imbribus et prope intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen, quo intenderat, perseveravit. 13. Ventum erat ad iter perpetuis obsitum nivibus, quas frigoris vis gelu astrinxerat. Locorum squalor et solitudines inviæ fatigatum mi-

<sup>f</sup> Sub ipsum sideris Pleiadum occasum.

Bong. *Parmeniona*.—12 Pal. 1. *Vigiliarum sidus*.—13 *Locorumque Florent*. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Lugd. et Amst. Pro *inviæ*, quod Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. exhibent, Voss. 2. Pal. 1. et Ald. præbent *viæ*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Vergiliarum*] Vergiliæ septem stellæ sunt conglobatæ, quas alii alia in parte Tauri collocant, alii Taurum inter et Arietis caudam; prout varie visum est signorum figuras situmque definire. Ex iis una lucidior est, tertiæ, ut vocant, magnitudinis; ceteris quinta sextavæ tribuitur. Unicum in longitudinem gradum occupant, in latitudinem triginta septem minuta cum dimidio. Sed recentiores Mathematici conspiciendorum ope plusquam quadraginta alias cum istis sparsas detexerunt. 'Vergiliæ' dictæ feruntur a 'vere,' cujus tempore oriebantur. Eædem Pleiades, *πλειάδες*, a *πλέω*, *navigo*; quod aptum navigationi tempus ortu suo signarent; vel a Pleione, Oceani filia, uxore Atlantis. Finguntur enim Atlantis et Pleiones fuisse filiæ; ex quo 'Atlantides' quoque appellantur. Propria singularum nomina Electra, Alcinoë, Celæno, Sterope, Maia Mercurii mater, Taygete, Merope, quarum ultima vix apparet; pudore, inquinnt, poetæ, quod Sisypho mortali homini nupserit, cum sex aliæ Diis immortalibus junctæ fuerint. Sed quid est *sub ipsum Vergiliarum sidus*? an sub Ortum? an sub Occasum? Ac licet de alterutro constaret intelligendum esse; adeo intricata apud veteres utriusque ratio est, vix ut certum

possit accurateque definitum tempus notari. De Ortum quidem accipi hic non posse persuadet quæ sequitur hyemis atrocissimæ descriptio; sed nec difficultate caret si de occasu ipso accipiat. Primum enim occasus ille ad 40. vel 48. diem ab autumnali æquinotio apud veteres figitur, a Plinio circa 111. Idus Novembris; at fieri non potest, ut a Kal. Octob. quibus pugnatum est ad Arbela, ad captam usque Persepolim, non amplius quadraginta dies intercesserint: cum apud unam Babylonem totos triginta quatuor dies commoratus sit. Deinde Vergiliarum Occasus hyemem inchoat, ipso teste Plinio: atqui jam tum inchoatam esse oportuit, cum Alexander Susidas Pylas oppugnatum ibat, et 'nix cumulata vento ingredientiæ fatigabat,' cap. 4. Quare falsum erit quod hic scribit Curtius, profectum Alexandrum Persepoli *sub ipsum Vergiliarum sidus*, si presse angustæque sumatur. Sed *πλεάς* nimirum et populariter accipi potest de toto illo hyemis initio, quod 'Vergiliarum sideri,' hoc est, tempestatibus quas illæ excitare putantur, maxime obnoxium est. De quibus adi fuscè disserentem Petavium Uranol. lib. 11. cap. 9. 10. Ricciolum Almag. Novi tom. 1. &c.

litem terrebant, 'humanarum rerum terminos se videre' credentem. Omnia vasta, atque sine ullo humani cultus vestigio<sup>ε</sup> attoniti intuebantur; et 'antequam lux quoque<sup>ς</sup> et cœlum ipsos deficerent,' reverti jubebant. 14. Rex castigare territos supersedit: ceterum ipse equo desiliit, pedesque per nivem et concretam glaciem ingredi cœpit: erubuerunt non sequi, primum amici, deinde copiarum duces, ad ultimum milites. Primusque rex, dolabra glaciem perfringens, iter sibi fecit: exemplum regis ceteri imitati sunt. 15. Tandem propemodum invias sylvas emensi, humani cultus rara vestigia et passim errantes pecorum greges reperere: et incolæ, qui sparsis tuguriis habitabant, cum se callibus inviis septos esse credidissent, ut conspexere hostium agmen, interfectis, qui comitari fugientes non poterant, devios montes, et obsitos nivibus petiverunt. 16. Inde per colloquia captivorum paulatim feritate mitigata, tradidere se regi: nec in deditos gravius consultum.<sup>Δ</sup> 17. Vastatis deinde agris Persidis, vicisque compluribus redactis in potestatem, ventum est in Mardorum<sup>h</sup> gentem bellico-

<sup>ε</sup> Sine ullo humanæ habitationis signo.

<sup>Δ</sup> Nihil acerbe factum adversus eos qui se dederant.

\*\*\*\*\*

Voss. 2. *credentes*: Mox pro *atque* Dan. Leid. et Florent. *quæ*; Bong. et Voss. 1. *que*. Pal. 1. *defecerant*. Voss. 1. *reverti jubebant*; Voss. 2. *r. videbantur*; Pal. 1. *r. videbant*; Ald. Colin. Gryph. et Elz. *r. volebant*.—14 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. et Pal. 1. *desiliit*. Florent. Leid. et Voss. 1. *per nives*. Mox Pal. 1. *dolabro*.—15 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *repperere*. Pal. 1. *qui Sparthon*. Idem codex et Voss. 2. omittunt *cum se*; Pith. habet: *cum callibus se*. Col. *invii*; Voss. 2. *invii spectos esse*. Pal. 1. et Voss. 2. *qui imitari fugientes*; Amst. et Lugd. *qui fugientes comitari*; vulgg. *qui fugientes sequi*. Bong. Florent. Leid. et Voss. 2. *nivibus obsitos*; Voss. 1. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *nubibus obsitos*.—16 *Deinde per*, &c. vulgg.—17 Pal. 1. *Mardeorum*. Flo-

#### NOTE

<sup>ε</sup> *Lux quoque*] Vel, ὑπερβολικῶς, vel admodum imperite dictum; quasi subjectas Polo Arctico tenebras prope attigissent, ubi lux eos cœli solisque deficeret, qui vix quatuor et triginta gradus ab æquatore circulo remoti erant.

<sup>h</sup> *Mardorum*] Montana Persidis,

qua Mediam Susianamque contingit, quatuor præcipue gentes incolebant, Uxii, Elymæi, Cossæi, Mardi; perpetuis inter se latrociniiis potius quam bellis assueti. Strabo lib. xv. Arrianus lib. Rer. Indic. Sunt qui hoc loco Curtium erroris postulent ac ἐναρτιολογίας, quippe qui nullo auc-



sissimam, et multum a ceteris Persis cultu vitæ abhorrentem. Specus in montibus fodiunt, in quos seque ac conjuges et liberos condunt: pecorum aut ferarum carne vescuntur. 18. Ne fœminis quidem pro naturæ habitu molliora ingenia sunt: comæ prominent hirtæ: vestis super genua est: funda vinciunt frontem; hoc et ornamentum capitis et telum est. 19. Sed hanc quoque gentem idem fortunæ impetus domuit. Itaque trigesimo die, posteaquam a Persepoli profectus erat, eodem rediit. 20. Dona deinde amicis ceterisque pro cuiusque merito dedit: propemodum omnia, quæ in ea urbe ceperat, distributa.

VII. 1. Ceterum ingentia animi bona, illam indolem, qua omnes reges antecessit, illam in subeundis periculis constantiam, in rebus moliendis efficiendisque velocitatem, in deditis fidem, in captivis clementiam, in voluptatibus

<sup>4</sup> *Hirsuti earum capilli eriguntur, vestis ad genua non descendit.*

~~~~~

rent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amat. *bellicosam*. Voss. 2. *Speluncas in m. fodiunt in quosque seque*; vulgo: *in quos se.*—18 *Nec fœminis* vulgg. Pal. 1. *comæ permanent.*—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. *tricesimo die postquam a Persipoli*; Bong. 2. etiam *Persipoli*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *redit*. Pal. 1. *amicis ceteris*, omisso *et* que.

1 Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *in ante subeundis*. Pro *deditis*, ut in Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer. *deditos* habent Florent. Leid. Voss. 1.

#### NOTÆ

tore scribat Mardos intra Persidem ab Alexandro aditos subactosque, quos idem ipse lib. vi. cap. 5. Hyrcaniæ confines facit, et jamdiu mortuo Dario, nondum tamen domitos. Sed quid hi Arriano facient, qui cum in lib. iv. Exped. eadem de Mardis Hyrcaniæ vicinis retulerit, idem tamen libro, quem dixi, Rer. Indic. Mardos in Persiæ montanis reponit, et ab Alexandro eadem hyeme cum Uxiis et Cossæis subactos affirmat; in quo astipulantem habet quoque Strabonem lib. xi. et xv. ubi pro *Ma-paol* legendum *Μάρδοι*. Necesse est igitur alios alibi Mardorum populos extitisse. Nec vero difficile credi-

derit, qui sciet Mardos a Ptolemæo ad mare Persicum, et in Armenia; a Plinio juxta Euxinum, et in Sarmatia Asiatica reponi. Ut merito sentiat eruditus Isaacus Vossius 'Mardos' non tam gentis proprium nomen, quam inditum ob mores fuisse; quod alias de Troglodytis observavimus. Quanquam nec illud incredibile, plures extitisse colonias prædatrix gentis, et per montana huc illuc excurrentis ad latrocinia. Nec inficias tamen iverim geminam in Mardos expeditionem sic narrari a Curtio hic, et lib. vi. cap. 5. ut quæ ceteri de unica referunt, ad duas accommodasse videatur.

permissis quoque et usitatis temperantiam, haud tolerabili vini cupiditate foedavit. 2. Hoste et æmulo regni repa-  
rante tum cum maxime bellum, nuper subactis, [quos vice-  
rat,] novum[que] imperium aspernantibus, de die inibat  
convivia, quibus foeminæ intererant: non quidem quas vio-  
lari nefas esset; quippe pellices licentius, quam decebat,  
cum armato vivere assuetæ. 3. Ex his una Thais<sup>a</sup> et ipsa  
temulenta, 'maximam apud omnem Græcorum initurum  
gratiam,' affirmat, 'si regiam Persarum jussisset incendi:  
expectare hoc eos, quorum urbes barbari delessent.' 4.  
Ebrio scorto de tanta re ferenti sententiam unus et alter, et  
ipsi mero onerati, assentiunt: rex quoque [fuit] avidior,  
quam patientior: 'quin igitur ulciscimur Græciam, et urbi  
faces subdimus?' 5. Omnes incaluerant mero: itaque sur-  
gunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati peper-  
cerant.<sup>b</sup> Primus rex ignem regiæ injecit; tum convivæ et  
ministri pellicesque. Multa cedro<sup>c</sup> ædificata erat regia:

2. Bong. et plurimæ edd. ut etiam mox *captivos*. Pal. 1. *quoque permissis*. Leid. *cupiditate sedavit*.—2 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *cum maxime*, omisso *tum*; Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Frob. *tum maxime*, omisso *cum*. Pal. 1. *bello*. Multæ edd. post Modium omittunt *quos vicerat*, et *rd* que post *novum*, quas voces servant edd. antiq. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Maitt. Tell. Snak. Barb. Bip. Canz. et Bothe. Illas pro gloss. habet Canz. Mox vulgg. *violare nefas*. Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. *pellices*, ut semper.—3 *Ex his T. et ipsa temulenta una maximo* Voss. 2. *omnes* deest in Pal. 1. *omnes Græcos* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *regia Persarum* Pal. 1.—4 Vulgg. ante Freinsh. *re referente*; Freinsh. Cellar. Pitisc. et recentt. *re ferente*; Dan. et Ald. *referente*; Amst. *referenti*; Florent. Leid. Pal. 1. Voss. 1. 2. Frob. Mer. Col. et Bas. *re ferenti*. 'Sic dedi cum multis codd.' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *unus alter*, omisso *et*, quod superscriptum est in Fauch. *adscientur* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. in Fauch. deletum est *ur*. Leid. et Voss. 1. *avidior fuit*. 'Inducendum esse *fuit* recte monnit J. Fr. Gronovius.' Schmieder. Voss. 2. *subjicimus*; Pal. 1. *subjicimus*.—5 Voss. 1. omittit: *regiæ i. t. c. et ministri*, et mox habet: *erant regiamque*; Bong. 2. *erat regiamque*; Florent. *erat regiam*. Pal. 1. *igne*

## NOTÆ

<sup>a</sup> Thais] Hanc Diodorus Athenis ortam fuisse tradit, quæ patriæ memor ab Xerxe quondam incensæ, cladem hanc incensa Persarum regia ulcisci voluerit.

<sup>b</sup> Pepercerant] Quamvis enim supra cap. 6. dixisset Alexander, 'illius

excidio parentandum esse majoribus;' vel hoc tamen ex animo non dixerat, vel, mutato consilio, diripere atque explare contenti fuerant.

<sup>c</sup> Multa cedro] Hujus regiæ descriptionem habes apud Diodorum lib. xvii.

quæ celeriter, igne concepto, late fudit incendium. 6. Quod ubi exercitus, qui haud procul ab urbe tendebat,<sup>a</sup> conspexit; fortuitum ratus, ad opem ferendam concurrit. 7. Sed ut ad vestibulum regiæ ventum est; vident regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omissa igitur, quam portaverant, aqua, aridam materiam in incendium jacere cœperunt. 8. Hunc exitum habuit regia totius Orientis,<sup>d</sup> unde tot gentes ante jura petebant;<sup>e</sup> patria tot regum; unicus quondam Græciæ terror; molita mille navium<sup>e</sup> classem et exercitus, quibus Europa inundata est, contabulato mari<sup>f</sup> molibus perfossisque montibus,<sup>g</sup> in quorum specus fretum immissum est. 9. Ac ne longa quidem ætate, quæ excidium ejus secuta est, resurrexit.<sup>h</sup> Alias urbes habuere

<sup>a</sup> Qui non longe a Persepoli castra habebat.

<sup>b</sup> Ex qua tot populi antea leges accipiebant.



accepto.—6 Pal. 1. ab urbe cedebat. Voss. 2. ratus fortuitum.—7 Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. aggerantem faces. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Ald. igni aridam. Florent. Leid. et Bong. omittunt materiam.—8 Hinc exitum Mer. tot g. antea Florent. Leid. et Voss. 1. molita X. millium navium Ed. pr. Venett. Rom. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Frob. Col. Colin. Gryph. Mer. et Bas. molita XM. navium Voss. 2. molita O navium Fauch. et Bong. 1. mille deest in Bong. 2. et Voss. 1. molita mille navium Pith. et edd. post Modium.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Col. et Amst. Ac ne tam longa; Scheff. mavult: Ac ne tam longa hac quidem ætate. Hæc: quas nunc, &c. usque ad decreverat cap. viii. § 1. in Voss. 1. prorsus omissa sunt; uude totum locum pro spurio atque insititio habet Cunzius. Scheff. legendum censebat: Alias urbes, quas habuere

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Regia totius Orientis] Erant aliæ quoque Persarum regiæ; ut vidimus, cap. 6. sed ista omnium præcipua, regumque sedes consueta.

<sup>e</sup> Mille navium] Cum Xerxes Græcis bellum inferret; ac plerique ultra mille ducentas numerant, nec pauciores onerarias. Vide Herodot. lib. vii. Justinum. lib. ii.

<sup>f</sup> Contabulato mari] Cum idem Xerxes ad exercitum in Europam trajiciendum Hellesponto ex navibus pontem iniecit.

<sup>g</sup> Perfossisque montibus] Ab eodem ferunt montem Atho Macedoniæ perfossum esse ad MD. passus, ut im-

misso mari circumnavigari posset. De quo vide Isaacum Vossium ad Melæ lib. ii. cap. 2.

<sup>h</sup> Resurrexit] Quid si ne cecidit quidem? Sane reliqui scriptores, Arrianus lib. iii. Strabo lib. xv. Diodorus, quem Noster potissimum sequi solet, lib. xvii. solam Cyri regiam concrematam referunt. Ac si urbs ipsa funditus excisa foret, quomodo idem Diodorus lib. xix. inter illa successorum Alexandri bella Persepolim adhuc regni caput diceret? quid mirum igitur si 2 Macchab. cap. ix. Persepolim tentasse Antiochus legitur? At 1 Macchab. cap.

Macedonum reges,<sup>1</sup> quas nunc habent Parthi: hujus vestigium non inveniretur, nisi Araxes amnis ostenderet: haud procul mœnibus fluxerat: inde urbem fuisse xx. stadiis distantem, credunt magis quam sciunt accolæ. 10. Pudebat Macedones, tam præclaram urbem a comessabundo rege deletam esse. Itaque res in serium versa est; et imperaverunt sibi, ut crederent, 'illo potissimum modo fuisse delendam.' 11. Ipsum, ut primum gravatam ebrietate mentem quies reddidit, poenituisse constat et dixisse, 'maiores poenas Persas Græcis daturus fuisse, si ipsum in solio regiaque Xerxis respicere coacti essent.' 12. Postero die Lycio,<sup>2</sup> itineris, quo Persidem intraverat, duci, xxx. talenta dono dedit. Hinc in regionem Mediæ<sup>k</sup> transiit, ubi

<sup>c</sup> Et sibi ultro persuaserunt ut putarent, &c.

\*\*\*\*\*

reges, nunc habent Parthi. Voss. 2. non invenitur.—10 Frob. Mer. Bas. Col. et Ald. tam clarum. Leid. et Dan. comesabundo; Ald. comesabundo. Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. et Mer. et impetraverunt; Voss. 2. et imperaverunt vel speraverunt; Pal. 1. et imperaverunt igitur. Pal. 1. fuisse delendum.—11 Pal. 1. gravatam ebrietatem. Leid. Voss. 2. et Ald. regiaque Xerxis. Florent. Leid. Voss. 2. Bong. alii: Xerxis conspiciere c. essent.—12 Voss. 2. Licio pro Lycio. Mer.

#### NOTÆ

vi. ubi eadem referuntur, Elymais est. Quod urbis nomen eo loco esse dubium non est, quamvis et regionis quoque sit. Ab 'Elam' fit 'Elymais': Elam sive Elamitæ, Persæ sunt; 'Elymais' igitur 'Persepolis.'

<sup>1</sup> *Macedonum reges*] Alexander ejusque successores qui in Perside regnarunt aliquamdiu. *Nunc Parthi*] Infra lib. vi. cap. 2. *Araxes*] Vide supra cap. 4.

<sup>2</sup> *Lycio*] Supra, cap. 4. XXX. *talentis*] De talentis lib. iiii. cap. ult.

<sup>k</sup> *Mediæ*] Media, quam Græci a Medo Ægei et Medæ filio dictam fingunt, in duas a Strabone partes dividitur, Mediam Majorem et Atropatiam. Media Major, a Septemtrione Caspio Mari, ab Orto Hyrcania et Parthia, a Meridie Persia, ab occasu Assyria et Atropatia termina-

tur. Hodiernum nomen dicunt esse *Aderbajon*, cujus tres præcipue partes feruntur, *Ghilen*, *Yerack Agemi*, et *Dilemon*: in secunda est *Hispahan* sive *Aspahan* Persarum hodie regni sedes. Atropatia, sive Atropatene, inter Mediam Majorem, Armeniam, et Caspium mare extendebatur ad usque Araxis amnis ostia, ut docet Strabo lib. xi. Addit ab Atropato Dnce vocatam, qui, ne Macedonum ea in potestatem veniret, obstitit. Rectius dixeris, ne in potestate Macedonum maneret, Alexandro mortuo videlicet; nam vivent! Atropatem cum sua Satrapia subjectum fuisse certum est ex Arriani lib. iv. et vii. in ea is regnum sibi peculiare constituit, cujus successio ad ipsius ætatem Strabonis duravit. Recentioribus *Sirvan* appellatur. Stetit Medorum im-

supplementum novorum militum a Cilicia occurrit: ped-  
tum erant quinque millia, equites mille: utrisque Plato  
Atheniensis præerat: his copiis auctus Darium persequi  
statuit.

VIII. 1. Illo jam Ecbatana<sup>a</sup> pervenerat, caput Mediæ:  
[urbem hanc] nunc tenent Parthi,<sup>b</sup> eaque æstiva<sup>c</sup> agentibus  
sedes est.\* Adire deinde Bactra decreverat: sed veritus,  
ne celeritate Alexandri occuparetur,<sup>b</sup> consilium iterque mu-  
tavit. 2. Aberat ab eo Alexander stadia MD.<sup>d</sup> sed jam

<sup>a</sup> Hic locus est in quo æstatem degunt.

<sup>b</sup> Ne Alexandri diligentia anteverteretur.

~~~~~  
*Hinc in regionem.* Florent. Leid. et Voss. 2. *e Cilicia militum.* Pal. 1. *peditum erat.* Florent. V. *millia.* Dan. Pith. Fauch. et Bong. 1. *omittunt equites.* Pro mille Pith. M. Bong. 1. Florent. et Leid. ∞, ut fere semper; sed deest in Fauch. Platon Leid. Voss. 2. Dan. et Pal. 1.

1 *Ille in Ecbatana* Voss. 2. *urbs hæc* Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. Bong. 1. et Fauch. *urbis hæc* Pith. *ea æstiva* Col. et Mer. alii: *æstiva gentibus.* Voss. 2. *deinde Batra.* Voss. 1. *erat pro decreverat.* 'Pro interpretatione habeo verba: *celeritate Alexandri.*' Bothe. Vide Not. Var.—2 Dan.

#### NOTE

perium ad Cyrum usque, ut lib. iv. diximus. Sed de ejus initio atque intervallo magna est scriptorum discordia, de qua vide Petavium Ration. Part. II. lib. II. cap. 14. et in Parte II. de Doct. Temp. lib. x. Marsham in Chronico, &c.

\* *Ecbatana*] Erat hæc in Mediæ Majoris prope centro condita, ut in Judithæ libro legimus, ab Arphaxado Medorum Rege, quem vulgo Deioceem esse putant, eum qui primus Medorum regum ab Herodoto ponitur, longe diversus ab illo Arbace qui ademptum Assyrii imperium ad Medos transtulisse scribitur a Diodoro. Verum enimvero Diodorus ipse jam imperante Semiramide Ecbatana fuisse prodit lib. II. Ita sive Arphaxad, sive Deioces ille, quisquis fuit, non auctor, sed instaurator amplificatorve habendus esset. De quibus consule quos dixi, Petavium, Marsham, &c. Errant autem recentiores

Geographi, qui cum hodiernum *Tauris* vetera Ecbatana esse velint, illud tamen in Atropatia, hoc est, in Provincia *Sirææ* constituunt. Nam et vetusti scriptores Strabo, Ptolemæus, &c. in Magna Media collocant, et vel ex eo manifestum esse potest, quod Ecbatanis æstiva Parthi reges agere consueverant, quorum in ditione, ut vidimus, Atropatia non erat.  
<sup>b</sup> *Nunc tenent Parthi*] Infra lib. vi. cap. 5.

<sup>c</sup> *Æstiva*] Propter æstatis moderatum iis locis calorem; quemadmodum *Selenciæ* vel *Ctesiphonte* in *Babylonia* hyemem ducere consueverant, quod istic nullum prope frigus esset. Bactra lib. VII. cap. 16.

<sup>d</sup> *Stadia MD.*] Centum octoginta quinque miliaria et quingentos passus. Sed multo longius intervallum erat a *Persepoli* ad *Ecbatana*. Cum enim *Susa* *Persepoli* distarent, teste Strabone, IV. M. CC. stadiis, plus ta-

nullum intervallum adversus celeritatem ejus satis longum videbatur. Itaque prælio magis, quam fugæ se præparabat. 3. XXX. millia<sup>e</sup> peditum sequebantur, in quibus Græcorum erant quatuor millia, fide erga regem ad ultimum invicta: 4. funditorum quoque et sagittariorum manus quatuor millia expleverat: præter hos III. millia et CCC. equites erant, maxime Bactrianorum. Bessus præerat, Bactrianæ [urbis] regionis[que] præfectus. 5. Cum hoc agmine Darius paulum declinavit<sup>f</sup> via militari, jussis præcedere lxis impedimentorumque custodibus. 6. Consilio deinde advocato: 'Si mo cum ignavis,' inquit, 'et pluris qualemcumque vitam honesta morte æstimantibus, fortuna junxisset; tacerem potius, quam frustra verba consumerem. 7. Sed majore, quam vellem, documento et virtutem vestram, et fidem expertus, magis etiam conniti debeo, ut dignus talibus amicis sim, quam dubitare, an vestri similes adhuc sitis. 8. Ex tot millibus, quæ sub imperio

~~~~~

Bong. 1. 2. aliusque unus Freinsheimii: *stadia* ∞. Bong. 2. *adversis*. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *velocitatem* pro *celeritatem*. Voss. 2. *se parabat*; Bong. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Frob. et Bas. *se præparabant*.—3 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *fideliter e. regem*; Voss. 2. *fidelium e. regem*.—4 Voss. 2. et *trecentum equites*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Vett. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *maxime Parthienorum*. Vnlgg. *Hic Bessus præerat*. 'In codd. [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. &c.] abest *urbs* et *que*; quos ego sequor.' Schmieder.—5 Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *Darius*, pro quo Voss. 2. habet *Darii*. Bong. 2. et Voss. 1. *jussis p. lxis*; Ald. *jussis p. lyxis*. Schmieder *rd que* post *impedimentorum* addidit ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. Pith. et Bong. 2.—6 *Concilio* Mer. Bas. et Lugd. Mox Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. omittunt *me*. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. et *pluribus*; et sic Dan. sed correctum a m. sec. et *pluris*; Voss. 2. et Mer. et *plurimis*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *honestam mortem*; Mer. *morte honesta vitam pluris æstimantibus*. Voss. 2. et Pal. 1. *me fortuna*.—7 Pro *conniti* Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Veron. et Mer. *eo niti*; Leid. *coniti*; Dan. *conice*, et correctum *conici*.—8 Leid. *quæ s. i. fuerant*. Voss.

#### NOTÆ

men ab ipsa Persepoli Ecbatana distabant. Quid quod Media ipsa minimum quatuor stadiorum millibus patet ab Austro in Boream? itaque ab ingressu regionis Ecbatana usque non minus bis mille stadium supererat.

• XXX. millia] Arrianus equitum

tria solum millia, sex peditum habet; in his Græcorum duo millia.

<sup>f</sup> Declinavit] Ecbatanis ad Caspias Pylas properabat, ut Parthiam Hyrcaniamque prætergressus Bactra attingeret.

fuerunt meo, bis me victam, bis fugientem persecuti estis. 9. Fides vestra et constantia, ut regem me esse credam, facit. Proditores et transfugæ in urbibus meis regnant: non hercule qui tanto honore digni habeantur, sed ut præmiis eorum vestri sollicitentur animi: meam tamen fortunam quam victoris maluistis sequi; dignissimi, quibus, si ego non possim, Dii pro me gratiam referant: et me hercule referent. 10. Nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in coelum vos debitis laudibus ferat. Itaque etiam si consilium fugæ, a qua multum abhorret animus, agitassem; vestra tamen virtute fretus obviam issem hosti. 11. Quousque enim in regno exulabo, et per fines imperii mei fugiam externum et advenam regem, cum liceat experto belli fortunam aut reparare quæ amisi, aut honesta morte defungi? 12. nisi forte satius est expectare victoris arbitrium, et Mazæi et Mithrenis<sup>c</sup> exemplo precarium accipere regnum nationis unius, ut jam malit ille gloriæ suæ, quam iræ obsequi. 13. Nec Dii siverint, ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam aut condonare possit:<sup>c</sup> nec hoc imperium vivus amittam; idem-

<sup>c</sup> *Nec Dii patientur ut hoc diadema, frontis meæ ornamentum, aliquis mihi detrahere possit, aut reddere amissum.*

\*\*\*\*\*

2. in eo, facili errore, pro meo.—9 Florent. Leid. Bong. Lugd. et Amst. quia tanto. Leid. Bong. et Voss. 1. habentur. Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. meam fortunam tamen. Florent. maluisti sequi. Pal. 1. quibus dignissimus. Voss. 2. non possum. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. referunt.—10 Voss. 1. omittit: surda posteritas nulla tam. Voss. 2. aliique: etsi consilium. Pal. 1. obviassem hosti; Voss. 2. obviam isset hosti; Voss. 1. obviam issem hostim.—11 Pal. 1. et Voss. 2. omittunt fugiam. Pal. 1. et a. patiar regem.—12 Ni forte Leid. Mithrenis exemplo Florent. Mathrenis exemplo Bong. 2. Pith. Dan. Voss. 1. et Leid. Metrenus exemplo Voss. 2. Matienis exemplo Pal. 1. Mithienis exemplo Ald. et Bas. regnum deest in Voss. 2. quam i. absequi Florent. Leid. et Voss. 1. Venett. et Veron. malit ille iræ suæ quam gloriæ obsequi.—13 Nec desiverint Pal. 1. Nec Di sivelint Pith. Nec desiverit Voss. 2. Nec Di siverint Leid. ut decus mei, &c. Col. ut si hoc decus mei Frob. possit non habetur in Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. nec deest in Florent. Leid. et Voss. 1. pro quo Ald. Bas. Mer. Pith. Bong. 1. 2. Pal. 1. et Voss. 2. habent ne. Pro civis Pal.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Mazæi et Mithrenis*] Mazæus Babylonē tradita urbis regionisque Sathrapiam obtinuerat ab Alexandro: Mithreni Sardium proditori Armenia data. Supra cap. 1. *Ille*] Alexander.

que erit regni mei, qui et spiritus, finis. 14. Si hic animus, si hæc lex, nulli non parata libertas est; nemo e vobis fastidium Macedonum, nemo vultum superbum ferre cogetur. Sua cuique dextra aut ultionem tot malorum pariet, aut finem. 15. Equidem quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum: nec immerito mitiores vices ejus expecto.<sup>d</sup> Sed si justa ac pia bella Dii aversantur; fortibus tamen viris licebit honeste mori. 16. Per ego vos decora majorum, qui totius Orientis regna cum memorabili laude tenuerunt, per illos viros, quibus stipendium Macedonia<sup>b</sup> quondam tulit, per tot navium classes in Græciam missas, per tot tropæa regum oro et obtestor, ut nobilitate vestra gentisque dignos spiritus capiat; 17. ut eadem constantia animorum, qua præterita tolerastis, experiamini, quicquid deinde fors tulerit. Me certe in perpetuum aut victoria egregia nobilitabit aut pugna.<sup>e</sup>

IX. 1. Hæc dicente Dario, præsentis periculi species omnium simul corda animosque horrore perstrinxerat, nec aut consilium suppetebat aut vox; cum Artabazus, vetustissimus amicorum, quem hospitem fuisse Philippi sæpe

<sup>d</sup> Nec sine ratione spero favorem ejus mutationem.

1. *unius*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *qui spiritus*, omisso *et*.—14 Pal. 1. *se hæc*. Voss. 2. *e nobis*. Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *Macedonum*. Voss. 2. *ultorem pariet tot malorum*.—15 Pro *mitiores* Voss. 1. *miniciones*. Voss. 2. *vires ejus*; Voss. 1. *vices ejus expectat*, et mox *juxta pro justa*. Voss. 2. et Ald. *aversantur*. Pith. omittit *tamen*.—16 Florent. Leid. Voss. 1. Pith. Bong. 2. Fauch. et Dan. *regna commemorabili*. Voss. 1. *tot n. calces*. Voss. 2. *in Græcam*; Florent. et Pith. *in Græcia*. Voss. 1. *oro et obtestor*.—17 Voss. 2. *animi constantia*. Florent. *qua præterea*. Pal. 1. *deinde quicquid*. Pro *fors*, quod servant Florent. Leid. Voss. Ald. et Lugd. *sors* exhibent Voss. 2. Bas. Mer. Col. Elz. et Amst. Pal. 1. omittit *egregia*. Voss. 1. et Bong. 2. *nobilitavit*.

1 In Dan. deleta sunt: *Hæc dicente Dario*, subditis punctis, et margini appictum: *Postquam Dareus finem dicendi fecit*. Voss. 2. omittit *horrore*; Pith. habet: *horrore constrinxerat*. Florent. Voss. 1. et Bong. *Arthabazus*; Leid.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Stipendium Macedonia*] Darinus que subigeret. Vide Justin. lib. II. Hystaspis, re adversum Scythas infeliciter gesta, in Asiam rediturns, Megabyzum cum 70. millibus reliquit in Europa, qui Thraciam Macedoniam et VII. Eam iterum a Mardonio domitam post sex annos tradit Herodotus lib. VI. *Navium classes*] Supra cap. 7. *Gestisque*] *Alias gentisque*.



diximus,\* ‘Nos vero,’ inquit, ‘pretiosissima vestium induti, armisque quanto maximo cultu possumus adornati, regem in aciem sequemur; ea quidem mente, victoriam ut speremus, mortem non recusemus.’ 2. Assensu excepere ceteri hanc vocem: sed Nabarzanes, qui in eodem consilio erat cum Besso, inauditi antea facinoris societate inita, regem suum per milites, quibus ambo præerant, comprehendere et vincere decreverant: ea mente, ut si Alexander ipsos insecutus foret, tradito rege vivo, inirent gratiam victoris, magni profecto cepisse Darium æstimaturi,<sup>a</sup> sin autem eum effugere potuissent, interfecto Dario, regnum sibi occuparent bellumque renovarent. 3. Hoc parricidium cum diu volutassent, Nabarzanes, aditum nefariæ spei præparans,<sup>a</sup> ‘Scio, me,’ inquit, ‘sententiam esse dicturum, prima specie haudquaquam auribus tuis gratam. Sed medici quoque graviore morbos asperis remediis curant; et gubernator, ubi naufragium timet, jactura, quicquid servari potest, redimit. 4. Ego tamen, non ut damnum quidem facias, suadeo, sed ut te ac regnum tuum salubri ra-

\* Qui haud dubie plurimi faceret quod Darium vivum obtinisset.

<sup>a</sup> Viam nefario consilio exequendo quærens.



*Arthabazeus.* Pro sæpe diximus Acidalius vult: supra diximus. Alii pretiosissima veste; Florent. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venett. Veron. et multa edd. pretiosissimam vestem. Voss. 1. adhornati. Pith. sequamur; Pal. sequimur. Florent. Leid. Voss. 2. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. et Amst. ut victoriam speremus; Bong. ut speremus victoriam; Voss. 1. victoriam speremus, omisso ut. Florent. Leid. et Voss. 1. vel hostem non recusemus; Pal. 1. mortem quidem non, &c. Bong. 1. hostem non r. Bong. 2. et Dan. hostem non, &c. et in ora ascriptum mortem.—2 Assensu accepere Pal. 1. Nabarzanes Voss. 2. inaudita antea vincere. Pith. ea mente, si Alexander, omisso ut. Voss. 1. 2. Florent. et Leid. magno profecto; Pal. 1. Dan. et Ald. magni profecto. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Mer. D. æstimari; Voss. 2. D. extimaturi. Florent. Leid. Voss. et Bong. ipsi occuparent.—3 Leid. diu volutassent. Florent. Nabarzanes. Voss. 1. autquaquam a. t. gratiam. Leid. graviores pro graviore, quod deest in Voss. 2. in quo cod. etiam et Pal. 1. non habetur jactura.—4 Voss. 2. omittit

#### NOTE

<sup>a</sup> Sæpe diximus] Prioribus nimirum libris duobus, qui exciderunt, ubi proculdubio descriperat quemadmodum ab Ocho Persarum Rege ad Philippum

Alexandri patrem confugiens, amicitiam cum eo junxisset. De quo habes in Supplém. lib. 1. cap. 2.

tionē conserves. Diis adversis bellum inimus, et pertinax fortuna Persas urgere non desinit: novis<sup>b</sup> initiis et omnibus opus est. Auspiciū et imperiū alii trade interim, qui tam diu rex appelletur, donec Asia decedat hostis; victor deinde regnum tibi reddat. Hoc autem brevi futurum ratio promittit. 5. Bactra<sup>c</sup> intacta sunt: Indi et Sacæ in tua potestate: tot populi, tot exercitus, tot equitum peditumque millia ad renovandum bellum vires paratas habent, ut major belli moles supersit, quam exhausta sit. 6. Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quam odisse vitam. 7. Sæpe tædio laboris ad vilitatem sui<sup>e</sup> compelluntur ignavi: at virtus nihil inexpertum omittit: itaque ultimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est.<sup>d</sup> 8. Proinde si Bactra, quod tutissimum receptaculum est, petimus; præfectum regionis ejus, Bessum, regem temporis gratia statuamus. Compositis rebus justo

<sup>a</sup> Ad contentum suæ vitæ.

<sup>d</sup> Ad quam sufficit nos ire non invitos.

quidem, et pro facias habet faciens, et mox regnumque omisso ac. Theocr. ac regnum palubriori, &c. Bong. 1. Dis adversis; Voss. 2. alii: Diis aversis. Florent. Leid. et Voss. 1. inimur. Voss. 2. Persas augere. Voss. 1. 2. Florent. Leid. Dan. Ald. Colin. Gryph. Lugd. Amst. Elz. Col. et Bas. hominibus opus est; Pal. omnibus opus est. Leid. interim alii trade; Voss. 1. 2. omittunt interim. Pith. donec ab Asia discedat; alii: donec Asia discedat. Voss. 2. brevis ratio promittit.—5 Leid. intacta sunt. Voss. 2. et Sagi; alii: et Sagæ. Pro millia Voss. 2. militia. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Lugd. et Amst. ad renovandas vires, omisso bellum. Pal. 1. et Amst. parata. Voss. 2. exhausta est.—6 Leid. et Voss. 1. contemnere, ut semper.—7 Voss. 2. Pith. Ed. pr. Venett. Rom. Junt. Mer. et Bas. utilitatem sui; nostram lect. ex codd. momento Fabro, restituit Modius. At nihil virtus Leid. et Voss. 1. nichil in Voss. 2. ut semper. Voss. 1. Bong. et Dan. pigre ire; Pal. 1. piget ire.—8 Voss. 2. quod probatissimum; Pal. 1. quod per latissimum. Pro petimus Voss. 2. penitus. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. regem t. gratiam. Florent. Voss. 1. et Bong.

#### NOTE

<sup>b</sup> Novis] Novo dace opus est, qui novis ac mellioribus auspiciis bellum de integro restituat.

<sup>c</sup> Bactra] Lib. vii. cap. 4. Indi] Lib. viii. cap. 9. Saga] Nulla, quod sciam, apud vetustos scriptores Sagarum mentio. Nam apud Melam lib. iii. cap. 5. et 7. non Sagæ sed Sa-

Delph. et Var. Clas.

cæ legendum eruditi viri censent. Quo magis adducor ut hic quoque legi credam oportere. De Sacis porro dicemus ad lib. vii. cap. 9.

In tua potestate] Sive qui Persarum imperio subditi, sive qui fœderati. Neque enim omnes Dario parebant, ut suis locis visuri sumus.

Q. Curt.

2 C

regi tibi fiduciarium restituet imperium.' 9. Haud mirum est, Darium non temperasse animo, quanquam, tam impiæ voci quantum nefas subesset, latebat: itaque, 'pessimum,' inquit, 'mancipium, reperisti exoptatum tibi tempus, quo parricidium aperires!' 10. strictoque acinace interfectorus videbatur, ni propere<sup>d</sup> Bessus Bactrianique tristium specie, ceterum, si perseveraret, vincturi, circumstetissent. 11. Nabarzanes interim elapsus, mox et Bessus secutus, copias, quibus præerant, 'a cetero exercitu secedere' jubent, secretum inituri consilium. 12. Artabazus, convenientem præsentī fortunæ sententiam orsus, mitigare Darium, temporum identidem admonens, cepit: 'Ferret æquo animo qualiumcumque,\* suorum tamen, vel stultitiam vel errorem. Instare Alexandrum gravem, etiam si omnes præsto essent: quid futurum, si persecuti fugam ipsius alienentur [a rege]?' 13. Ea re paruit Artabazo;

\* Qui metuendus erat, etiamsi Darium sui omnes comitarentur.

omittunt statuamus, quod Dan. appictum habet inter lineas. Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *rebus*, quod in Dan. additum est in margine ab eadem manu. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ed. pr. Venett. Veron. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Col. et Mer. *fiducia*; ceteri *fiduciarum*.—9 Ald. Froh. Mer. Bas. et Col. *non nunc temperasse*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *nefas esset*; Voss. 2. et Pal. 1. *nefas inesset*. Voss. 1. 2. Florent. Leid. *repperisti exoptatum*. Bong. *quo parricidium*.—10 Voss. 2. *strictoque acinate*. Florent. Leid. et Voss. 1. *eum videbatur*. Iidem codd. cum Dan. Ed. pr. Venett. Mediol. Rom. Veron. Junt. Mer. Col. et Bas. *Bactrianique deprecarentur tristium*; Theocr. *Bactrianique cum deprecarentur tristium*; unde conjecit Snakenburgius: *ni propere Bessus Bactrianique deprecantium pristina specie, &c.* Pal. 1. *B. deprecarentur tristem spem*. Leid. *victi pro vincturi*; Voss. 2. *vincti*.—11 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et plurimæ edd. et Bessus consecutus. Bong. 2. et Voss. 1. *jubet*.—12 Voss. 2. *Ferre æquo animo*. Bong. 1. *quali quoque*. Ald. Colln. Gryph. Bas. Mer. et Col. omittunt *tamen*. Mox eadem edd. cum Florent. Leid. et Voss. 1. *Instare tamen*; Voss. 2. *Instare tum*. 'Me offendunt illa: a rege, quæ quid opus erat addi, cum ad regem ipsum Artabazus loqueretur? Ex glossa sunt, atque pro, *ea re paruit*, cum Acidalio lego, *ægre paruit*.' Schmieder.—14 Flo-

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Ni propere*] Nisi Bessus et Bactriani Darium circumstetissent: vultu quidem tristitiam simulates; sed eo animo, ut si irasci Nabarzani persisteret, vimque afferret, ipsum regem

in vincula conjicerent.

\* *Qualiumcumque*] Suorum, qui qualescumque forent, ipsius erant tamen.

'*A rege*] Ab ipso Dario.

et quanquam movere castra statuerat, turbatis tamen omnium animis, eodem in loco substitit: sed attonitus moestitia simul et desperatione, tabernaculo se inclusit. 14. Ergo in castris, quæ nullius regebantur imperio, varii animorum motus erant; nec in commune, ut antea, consulebatur. 15. Dux Græcorum militum Patron<sup>6</sup> 'arma capere' suos jubet, 'paratosque esse ad exequendum imperium.' 16. Persæ secesserant: Bessus cum Bactrianis erat; tentabatque Persas abducere, 'Bactra, et intactæ regionis opulentiam, simulque quæ manentibus instarent pericula,' ostentans. Persarum omnium eadem fere fuit vox, 'nefas esse deserire regem.' 17. Inter hæc Artabazus omnibus imperatoriis fungebatur officiis: ille Persarum tabernacula circumire, hortari, monere nunc singulos, nunc universos, non ante destitit, quam satis constaret, imperata facturos. Idem ægre a Dario impetravit, 'ut cibum caperet animumque regis.'

x. 1. At Bessus et Nabarzanes olim agitatæ scelus exequi statuunt, regni cupiditate accensi: Dario autem incolumi tantas opes sperare non poterant. 2. Quippe in illis gentibus regum eximia majestas est: ad nomen quoque barbari conveniunt; et pristinæ veneratio fortunæ sequitur<sup>a</sup>

*Et regiam constantiam resumeret. \**

\*\*\*\*\*

rent. Leid. et Voss. 1. *ut ante consulebatur.*—15 Ald. *Patro*; Voss. 1. et Bong. 2. *Quatro*. Pal. 1. *ad obsequendum.*—16 Idem codex cum Elz. aliisque edd. vett. *Persas adducere*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. alii: *opulenta*. Pal. 1. et Voss. 2. omittant *quæ ante manentibus*. Voss. 2. *instare pericula.*—17 Florent. *nec non ante*; Pal. 1. *nunc ante*; Voss. 2. *non ante desistit q. s. constare*, et mox: *Idem et a Dario*. Freinsh. legi jussit: *nec ante destitit, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ed. pr. Venet. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Froben. Mer. et Col. *animumque regis adverteret*; Pal. 1. et Pith. *animumque regis averteret*. Vide Not. Var.

1. *At Bessus et Navas Voss. 1. olim excogitatum Voss. 2. regni c. accessit* Florent.—2 Mer. *in illis habentibus regnum eximie majestatis*. 'Quid quæso hæc verba Curtii, ad nomen, &c. sibi volunt? Num mirum aut notatu dignum erat, Persas ad nomen regis, h. e. quotiescunque nomine regis jussi essent, convenisse? Officium suum tali obsequio fecissent, nec quicquam amplius. Ut eximiam regum in illis gentibus ostenderet majestatem Curtius certe aptius significantiusque scripserat: *ad nomen, h. e. ad nuntum*. Cf. Virg. *Æn.* i. 137. et Lucr. *III.* 145.' Cunz. Voss. 2. *fortuna veneratio*. Pal. 1. et

#### NOTE

<sup>6</sup> *Patron*] Paron apud Arrianum legitur, isque Phocæus.

<sup>a</sup> *Sequitur*] Non minor est apud eos regum suorum veneratio in ad-

adversam. 3. Inflabat impios animos regio, cui præerant, armis virisque et spatio locorum nulli earum gentium secunda: tertiam partem<sup>b</sup> Asiæ tenet: multitudo<sup>c</sup> juniorum exercitus, quos amiserat Darius, æquabat. 4. Itaque non illum modo, sed etiam Alexandrum spernebant; inde vires imperii repetituri,<sup>a</sup> si regionis potiri contigisset. 5. Dñi omnibus cogitatis, placuit per milites Bactrianos, ad omne obsequium destinatos, regem comprehendere; mittique nuntium ad Alexandrum, qui indicaret, 'vivum asservari eum:' 6. si, id quod timebant, proditionem aspernatus esset; occisuri Darium, et Bactra cum suarum gentium manu petituri. 7. Ceterum propalam comprehendi Darius non poterat, tot Persarum millibus laturis opem regi: Græcorum quoque fides<sup>d</sup> timebatur. 8. Itaque, quod non poterant vi, fraude assequi tentant: poenitentiam secessionis simulare decreverant, et excusare apud regem consternationem<sup>e</sup> suam. 9. Interim qui Persas sollicitarent mit-

<sup>a</sup> *Ex ea regione vires ad recuperandum imperium accepturi.*

~~~~~

Voss. 2. *adversa*.—3 Pal. 1. *cui præerat*. Leid. omittit *et ante spatio*. Bas. omittit *earum*. 'Omnes quidem codd. *tertiā partem Asiæ*; sed hoc modo justo latius extenduntur fines Bactrianæ, et vix credo Curtium tam procul a vero aberrasse, ut dixerit, Bessi Satrapeam, quamvis magnam, *tertiā partem totius Asiæ* esse complexam. Itaque e loco Strabonis xi. 516. quem ex Apollodoro Adramytteno desumit: Καθόλου τῆς συμπαροῦς Ἀσιαρῆς πρόσχημα εἶναι τὴν Βακτριανήν, conjicio veram lectionem esse: *tertiā partem Asiæ*.' Cunz. Voss. 2. omittit *juniorum*, pro quo in margine habet *ranorum*. Pal. 1. *quos amiserat*.—4 Voss. 2. *illum illis modo*. Mer. *vires i. petituri*.—5 In quibusdam, *vivum asservari*, omisso *eum*.—6 Voss. 2. *quod metuebant*.—7 Voss. 2. *Græcorum fides*, omisso *quoque*.—8 Leid. Voss. 1. et Bong. *Itaque quod vi non poterant*; Voss. 2. *Itaque que vi non poterant*.—9 Dan. Florant. Leid. et Voss.

#### NOTE

versa fortuna, quam in prospera.

<sup>b</sup> *Tertiam partem*] Procul hoc a vero, ut suo loco constabit, lib. vii. cap. 4.

<sup>c</sup> *Multitudo*] Fidem non multum excedit, si vera sunt quæ narrat Diodorus ex Ctesia de quadringentorum millium exercitu, quem Oxyartes Bactrianorum rex Nino Assyriorum regi opposuit.

<sup>d</sup> *Græcorum quoque fides*] Græci, quod Dario fideles essent, a proditoribus timebantur.

<sup>e</sup> *Consternationem*] 'Consternatio' nunc 'trepidatio' vehementisque perturbatio dicitur, nunc 'defectio' ac 'seditio,' ut apud Curtium sumitur, lib. vii. cap. 2. 10. lib. viii. cap. 1. lib. x. cap. 3. Nec dubito in eundem sensum hic accipi. Quanquam neq

tuntur : hinc spe, hinc metu militares animos versant ; ‘ ruina rerum illos subdere capita ;’ in perniciem trahi ; cum Bactra pateant, exceptura eos donis et opulentia, quantam animis concipere non possint.’ 10. Hæc agitantibus Artabazus supervenit, sive regis jussu, sive sua sponte ; affirmans, ‘ mitigatum esse Darium, et eundem illis amicitiae gradum patere apud regem.’ 11. Illi lacrymantes nunc purgare se, nunc Artabazum orare, ‘ ut causam ipsorum tueretur precesque perferret.’ 12. Sic peracta nocte, sub lucis ortum Bessus et Nabarzanes cum Bactrianis militibus in vestibulo prætorii aderant, titulum solennis officii occulto sceleri præferentes.’ Darius, signo ad eundem dato, currum pristino more conscendit. 13. Nabarzanes ceterique parricidæ procumbentes humi, quem paulo post in vinculis habituri erant, sustinere venerari ;<sup>d</sup> lacrymas etiam poenitentiae indices profuderunt : adeo humanis ingeniis parata simulatio est. 14. Preces deinde suppliciter admotæ Darium,<sup>c</sup> natura simplicem et mitem, non credere modo, quæ affirmabant, sed etiam flere coegerunt. 15. Ac ne tum qui-

<sup>b</sup> *Illos suas cervices supponere ruenti imperio.*

<sup>c</sup> *Sub specie obeundi consueti obsequii arcanum crimen tegens.*

<sup>d</sup> *Ausi sunt adorare.*

<sup>e</sup> *Postea preces quas supplicum more adhibuerunt.*

~~~~~

1. *ruina rei subdere illos* ; Voss. 2. et Bong. *ruina rerum subdere illos*. Voss. 2. *acceptura eos*. Pro donis Freinsh. maluit *bonis*. Pro *quantam animis* Florent. Leid. Pal. 1. et Pith. habent *animis quam* ; Voss. 1. 2. et Dan. *quam animis*. Voss. 2. *concipere non auderent*.—10 Pro *affirmans* Voss. 1. et *firmans*.—11 Bong. Dan. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. *pergere se*.—12 Emendavi locum ex cod. Theocreni. Vulgo : *sub lucis ortu Nabarzanes c. B. m. in v. p. aderat, t. s. o. o. sc. præferens*. Bong. 1. *exortu* ; Pal. 1. Dan. Pith. et Bong. 2. *exortum* ; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *exortum et* ; Fauch. Frob. et Col. *ortum* ; Mer. et ortu. Voss. 1. *occulto celeri referentes* ; Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Bong. o. sc. *præferentes*. Bong. 2. *eundem dato* ; Voss. 2. *cum dato*.—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Artabazus*, quod in Fauch. exscalptum est. Pal. 1. *omittit in vinculis*. Col. *sustinere*. Florent. *simulatione preces*, &c.—14 Voss. 2. et Pal. 1. *omittunt* : *Dar. n. s. et m. n. c. modo*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *sed flere etiam* ; Pal. 1. *sed etiam flere omnes* ; Voss. 2. *ferre omne*, omissio *sed etiam*.—15 Voss. 1. *Ac nec tum* ; Voss. 2. *At ne tum*. Voss.

#### NOTE

inepta fuerit sententia si pro ‘ metu’ qui illos, ut secederent, impulisset, accipiat : ut excusare consternationem idem sit atque ‘ metum causari,’ regis iram veritos.

dem cogitati sceleris pœnituit, cum intuerentur, qualem et regem et virum fallerent. Ille quidem securus periculi, quod instabat, Alexandri manus, quas solas timebat, effugere properabat.

xi. 1. Patron autem, Græcorum dux, præcepit suis, 'ut arma, quæ in sarcinis antea ferebantur, induerent, ad omne imperium suum parati et intenti.' 2. Ipse currum regis sequebatur, occasione imminens alloquendi eum: quippe Bessi facinus præsenſerat: sed Bessus, id ipsum metuens, custos verius, quam comes, a curru non recedebat. 3. Diu ergo Patron cunctatus, ac sæpius sermone revocato,<sup>a</sup> inter fidem timoremque hæsitans, regem intuebatur: 4. qui ut tandem advertit oculos, Bubacem spadonem inter proximos currum sequentem 'percontari' jubet, 'numquid ipsi velit dicere.' Patron, 'se vero, sed remotis arbitris, loqui velle cum eo' respondit. Jussusque 'propius accedere,' sine interprete, (nam haud rudis Græcæ linguæ Darius erat,) 5. 'Rex,' inquit, 'ex l. millibus Græcorum supersumus pauci, omnis fortunæ tuæ comites; et in hoc tuo statu iidem, qui florente te fuimus;<sup>b</sup> quascumque sedes elegeris, pro patria et domesticis rebus petituri. Secundæ adversæque res tuæ copulavere nos tecum. 6. Per hanc fidem invictam oro et obtestor, in nostris castris tibi tabernaculum statue, nos corporis tui custodes esse

<sup>a</sup> *Sæpe inhibita voce sua.*

<sup>b</sup> *Æque fidi atque extitimus te felice.*

1. *effugere operabat.*

1 *Patro* Ald. ut semper. Florent. Voss. 1. et Bong. *præcepit suis*.—2 *Mer. sed B. ipsum metuens*, omisso *id.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Colia. Gryph. Bas. Col. Frob. Mer. Elz. et Amst. *sermone revocatus*; primus mutavit Modius. Voss. 1. *timorumque*.—4 Pal. 1. Ald. Elz. et Amst. *avertit oculos*. Edd. ante Snak. *Bubacem*; Voss. 1. 2. Leid. Florent. alii *Bubacem*. Edd. vett. et recentt. ante Schmieder. *ipse*, qui cum cod. Pal. 1. scripsit *ipsi*. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *P. vero se*. Voss. 2. *Jussus*, omisso *que*.—5 Pith. *Rex*, i. *quinquaginta mille*; Fauch. *R. i. quinquaginta millia*, hic spatium vacuum, dein *Græcorum*; Leid. et Voss. 1. *Rex*, i. *LB.* Dan. pro *omnis* habet *om̃s*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii, *omnes*. Leid. Voss. 1. et Dan. *tuo a. idem*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *quascumque terras*; Bong. *q. terræ*. Mer. pro *patria et d. r. perituri*.—6 Col. *fidem invictum*. Leid. et Voss. 1. *optestor*. Bong. *tabernaculum tibi*. Pith. *custodes corporis tui*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong.

patiaris. Amisimus Græciam; <sup>a</sup> nulla Bactra sunt nobis; spes omnis in te, utinam et in ceteris esset. Plura dici non attinet: custodiam corporis tui externus et alienigena non deposcerem, si crederem, alium posse <sup>b</sup> præstare.' 7. Bessus, quanquam erat Græci sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia indicium profecto Patronem detulisse credebat: et interpretis Græci relato sermone exemta dubitatio. Darius autem, quantum ex vultu concipi poterat, haud sane territus, percontari Patrona 'causam consilli, quod afferret,' cœpit. 8. Ille non ultra differendum ratus, 'Bessus,' inquit, 'et Nabarzanes insidiantur tibi in ultimo discrimine et fortunæ tuæ et vitæ. Hic dies aut parricidis aut tibi futurus ultimus.' 9. Et Patron quidem egregiam conservati regis gloriam tulerat.<sup>c</sup> 10. Eludant licet, quibus forte [ac] temere humana negotia volvi agique persuasum est.<sup>d</sup> Equidem æterna constitutione crediderim, nexuque causarum latentium et multo ante destinatarum,<sup>d</sup>

<sup>a</sup> *Esto, hoc irrideant qui putant res humanas casu et fortuito evenire.*

<sup>d</sup> *Ego quidem existimo unumquemque hominum implere vitæ modum sibi constitutum inamutabili fatorum lege.*

et Lugd. Omisimus Græciam. Voss. 2. omittit *utinam*, pro quo Pal. 1. habet *ut*. Mox Voss. 2. omittit *tui post corporis*.—7 Voss. 1. *Græcis sermonis*. Leid. et interpreti. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. relato sermone Græci. 'Ista verba, et interpretis G. r. sermonis, omni carent sensu sano, neque dubium est, quin lectio, quam codd. optimi Leid. et Voss. 1. 2. exhibent, rectissima sit.' Cunz. Faber, ut Curtium purgaret, substituit: *et interpretis Græci remotione exemta dubitatio*. Scheffero vox Græci scripta videtur pro *Patronis*, et pro *interpretis*, vel *ab interprete*, vel *interprete* legit. Vide Not. Var.—8 Pro *concupi*, quod codd. et edd. vett. exhibent, Modius scripsit *conspici*, eamque secuti sunt multi ante Freinsb. Leid. Nabarzanes; Voss. 2. Anabarzanes. Voss. 1. in *u. discrimine et, &c.* 'Acidalius conj. *es fortunæ*, quæ mutatio tam apta mihi videtur, ut, vel adversante Freinshemio, probare eam ansim.' Cunz.—10 Pal. 1. *Eludant videlicet*; Voss. 1. *Erudant videlicet*; Leid. Florent. Voss. 2. Dan. Ald. Col. *Eludant videlicet*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *forte temere*, omisso *ac*. 'Et hoc rectius; nam ita et Livius, quem Curtius noster studiosissime imitatus est, semper scripsit.' Cunz. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. omittunt: *Equidem æ. c. crediderim*. Florent. Leid. Dan. et Pal. 1. *ex multo*; Bong. omittit *et*. Florent. et Leid.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Græciam*] Cujus repetendæ nec voluntas nobis nec facultas superest. *Bactra*] Quo confugere, te sublati, possumus: ut Bessus et Nabarzanes.

<sup>b</sup> *Alium posse*] Si putarem in alius

te custodia tutum fore.

<sup>c</sup> *Tulerat*] Pro 'laturus erat,' cujus locutionis non pauca sunt exempla apud Freinshemium hoc loco.



sum quemque ordinem immutabili lege percurrere. 11. Darius certe respondit, 'quanquam sibi Græcorum militum fides nota sit, nunquam tamen a popularibus suis recessurum: difficilius sibi esse damnare, quam decipi: quicquid sors tulisset, inter suos perpeti malle, quam transfugam fieri. Sero se perire, si salvum esse sui milites nollent.' 12. Patron, desperata salute regis, ad eos, quibus præerat, rediit; omnia pro fide experiri paratus.

XII. 1. At Bessus occidendi protinus regis impetum conceperat: sed veritus, ne gratiam Alexandri, ni vivum eum tradidisset, inire non posset, dilato in proximam noctem sceleris consilio, agere gratias incipit, 'quod perfidi hominis insidias, jam Alexandri opes spectantis,' prudenter cauteque vitasset: donum eum<sup>a</sup> hosti laturum fuisse regis caput: 2. nec mirari, hominem mercede conductum omnia habere venalia, sine pignore,<sup>b</sup> sine lare, terrarum orbis exulem, ancipitem hostem, ad nutum licentium circumferri.' 3. Purganti deinde se,<sup>c</sup> Deosque patrios testes

<sup>a</sup> Jam tardius se moriturum esse, si proprii milites ipsum perire vellent.

<sup>b</sup> Certus quilibet tentare ad fidelitatem Dario approbandam.

<sup>c</sup> Darii confestim necandi præcipitem cupiditatem sensit.

<sup>d</sup> Quem Alexandri felicitas jam allaciebat.

<sup>e</sup> Illum toto orbe exulem, utriusque simul partis hostem, ad eorum arbitrium huc illuc moveri, qui plus offerrent.

\*\*\*\*\*

destinatorum; Bong. destinatum; Col. destinatum. Mer. suum quæque; Voss. 1. suumque.—11 Voss. 1. damnare non decipi. Pro fors alii sors. Bong. 2. et Voss. 1. Se perire sero; Leid. omittit se perire. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. milites sui.—12 Voss. 1. desperate regis salute; Leid. Voss. 2. et Bong. desperata regis salute.

1 Bong. protenus. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. impetum ceperat. Ald. ne non gratiam. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. nisi vivum. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. delato. Voss. 2. proxima nocte. Pal. 1. laturum fuisset.—2 Voss. 1. ad nutum licentium; Theocr. ad nutum licitantium; Pal. 1. ad nutum licentium. Bong. 2. circumferarque; Voss. 1. circumfer.—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. Arguenti deinde

#### NOTE

<sup>a</sup> Eum] Patronem. Hosti] Alexandro. Regia] Darii.

<sup>b</sup> Sine pignore] Cujus fides nullo certo pignore obstricta esset Dario; puta uxore, liberis, domo, &c. Sine lare] Lares antiquis fuere Genii qui-

dam, sive Dii domestici: quos singulis domibus præsidere arbitrati sunt. Ex quo factum ut ipsa domus, ac potissimum pars ejus interior, 'lar' vel 'lares' appellaretur; item ut 'penates,' causa plane simili.

fidei suæ 'invocanti, Darius vultu assentiebat; haud dubius quin vera deferrentur a Græcis: sed eo rerum ventum erat, ut tam periculosum<sup>c</sup> esset non credere suis, quam decipi: 4. XXX. millia erant, quorum inclinata in scelus levitas timebatur; IV. millia Patron habebat: quibus si credidisset salutem suam, damnata popularium fide, parricidio excusationem videbat offerri.<sup>d</sup> 5. Itaque præoptabat immerito, quam jure violari. Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit: 'Alexandri sibi non minus justitiam, quam virtutem esse perspectam. Falli eos, qui proditionis ab eo præmium expectent; violatæ fidei neminem acriorem fore vindicem ultoremque.' 6. Jamque nox appetebat, cum Persæ more solito armis positis ad necessaria ex proximo vico ferenda discurrent. At Bactriani, ut imperatum erat a Besso, armati stabant. 7. Inter hæc Darius 'Artabazum acciri' jubet; expositisque, quæ Patron detulerat, 'haud dubitare' Artabazus, 'quin transeundum esset in castra Græcorum. Persas quoque periculo vulgato secuturos.' 8. Destinatus sorti suæ, et jam nullius salubris consilii patiens, unicam in illa fortuna opem, Artabazum, ultimum illum visurus, amplectitur; perfususque

<sup>d</sup> *Rationem suppeditari excusanda cædis Darii.*



se. Voss. 2. *Deos patrios*; Voss. 1. *Deosque patrias*. Bong. *invocati*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et multæ edd. ante Freinsh. *vultu adsentiebat*. Voss. 1. *haud d. in vera*; Voss. 2. et Pal. 1. *omittunt vera*, et mox habent *desereretur*. —4 Leid. et Voss. 2. *XXX. erant*; Bong. 2. *XXV. erant*; Pal. 1. *trecenti erant*. Mox Florent. Leid. et Voss. 1. *IIII. millia*. Iidem cum Dan. et Bong. 2. omittunt *Patron*. Ald. *parricidio*; Pith. *parridium*. —5 Voss. 2. *Alexander sibi*, &c. Dan. in margine: *esse perspectam*; Leid. 1. Heins. *esse perfectam*; Voss. 1. etiam *perfectam*, sed in marg. *perspectam*; deest in Voss. 2. —6 *Jamque nox apparebat* Mer. *ut impetratum erat* Frob. *ut imperatum a Besso* erant Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *ut i. a B. erat* Bong. —7 Voss. 2. *expositis*, omisso *que*. Voss. 1. *aut dubitare*. Voss. 2. *in castra Græcorum transeundum esset*. —8 Voss. 1. Colon. et Fauch. *perfususque m. lacrimis*, ut edidit Modius; Sigeb. *perfususque m. lacrimis*; Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. Mer. Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. Barb.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Tam periculosum*] Causam paulo popularium fide; excusationem parpost afferet: 'Quibus (Græcis) si ricidio videbat offerri.' credidisset salutem suam, damnata

mutuis lacrymis, 'inhærentem sibi avelli,' jubet: 'capite deinde velato,'<sup>d</sup> ne inter gemitus digredientem velut a rogo intueretur, in humum pronum corpus abjecit. 9. Tum vero custodiæ ejus assueti, quos regis salutem vel periculo vitæ tueri oportebat, dilapsi sunt, [cum] armatis, quos jam adventare credebant, haud rati se futuros pares. Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat, paucis spadonibus, quia, quo discederent, non habebant, circumstantibus regem. 10. At illi, remotis arbitris, diu aliud atque aliud consilium animo volutabat. Jamque solitudinem, quam paulo ante pro solatio petiverat, perosus, 'Bubacem vocari' jubet: 11. quem intuens, 'Ite,' inquit, 'consulite vobis, ad ultimum regi vestro, ut decebat, fide exhibita: ego hic legem fati mei expecto: forsitan mireris, quod vitam non finiam? alieno scelere, quam meo mori malo.' 12. Post hanc vocem spado gemitu non modo tabernaculum, sed etiam cas-

~~~~~

Bip. Cunz. et Both. *perfususque m. lacrymis*. Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amat. 1621. 1628. 1629. 1686. Freinsb. Snak. Barb. Bip. et Cunz. *velut a rege*; Acidalius *vel a tergo*, quod recepit Cellarius; unde Raderus *velut a tergo*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Veron. Mediol. Vet. an. 1474. Venett. Junst. Colin. Gryph. Bas. Frob. Lugd. Amat. Col. Pittæ. Tell. Maitt. et Both. *velut a rogo*. 'Sic scripsi cum libris plurimis pro vulgato ac fatuo: *velut a rege*, suffragante etiam J. F. Gronovio.' *Schmieder*. 'Sed et hæc tam dura sunt, ut vix dubitem, rã *velut a rogo* insititia esse.' Cunz. Ald. *intuerentur*. Pal. 1. *corpus adjecit*.—9 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *custodia ejus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Elz. alii: *vel periculis vitæ*; Pal. 1. *vel periculo vide*; pro *vide* Voss. 1. m. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. *delapsi sunt*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *tum armatis*. 'Neutrum placuit Freinshemio, et hoc merito. Si vero *tot armatis* rescribendum putavit equidem non prebo talem conjectaram, utpote nimis incongruentem et *et cum*, et *et tum*, nec dubito quin vera lectio sit: *nam armatis*.' Cunz. Schefferus conj. *vel XVM. armatis*, vel potius *IIIM. armatis*; tria enim millia et trecenti equites erant maxime Bactrianorum. Vulg. non habent *et cum*. Mox *solicitudo erat* Mer.—10 Voss. 2. et Pith. omittunt; *pro solatio*.—11 Pal. 1. *at regi*, omisso *ultimum*. Nonnullæ edd. vett. *alieno sc. malo, quam meo*; Acidal. Maitt. *quam metu meo*.—12 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *non tabernaculum modo*; Voss. 1. *non modo taber-*

#### NOTE

<sup>d</sup> *Capite deinde velato*] Vide lib. iv. cap. 10. *Velut a rogo*] Quod vulgati nonnulli habent, *velut a rege*, vix ullum sensum efficit; quod vero tanquam genuinum aliis placuit, *vel a tergo intueretur*, puerile profecto et

ineptum. Quid est autem *velut a rogo*? Nimirum sic tanquam a regis funere bustoque discedens lacrymas gemitusque funderet Artabazus; quem, ne Darius intueretur, caput oculosque velavit.

tra complevit. Irrupere deinde alii, laceratisque 'vestibus lugubri et barbaro ululatu regem deplorare cœperunt. 13. Persæ, ad illos clamore perlato, attoniti metu, nec arma capere, ne in Bactrianos inciderent, nec quiescere audebant, ne impie deserere regem viderentur. 14. Varius ac dissonus clamor sine duce ac sine imperio totis castris referebatur. Besso et Nabarzani nuntiaverant sui, 'regem a semet ipso interemtum esse:' planctus eos deceperat. 15. Itaque citatis equis advolant, sequentibus, quos ad ministerium sceleris delegerant: et cum tabernaculum intrassent, quia 'regem vivere' spadones indicabant, 'comprehendi vincirique' jusserunt. 16. Rex curru paulo ante vectus, et Deorum a suis honoribus cultus, nulla externa ope admota 'captivus servorum suorum, in sordidum vehiculum [pellibus undique contextum] imponitur. 17. Pecunia<sup>f</sup> regis et supellex, quasi jure belli, diripitur, onus-

\* *Nulla externi hostis illata vi.*

*naculum modo. Pith. et barbaro ululato.*—13 Voss. 1. et Bong. 1. *ne in B. incederent.*—14 Florent. Leid. et Bong. 1. 2. *Nabazano; Voss. 1. et Dan. Nabarzano; Voss. 2. Anabarzano.*—15 Voss. *et cum in tabernaculum.* Pal. 1. c. v. *jusserat.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 2. *Deorum auspiciis ac suis; Voss. 2. de eorum auspiciis a suis; Pall. 1. 2. 3. Bong. 1. Ed. pr. Venett. Mediol. Vet. an. 1474. Rom. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. Deorum auspiciis a suis.* 'Cum omnes codd. vocem *auspiciis* constantissime retineant, religionem puto eam cum Freinshemio respuere. Corruptellam loci autem quis est, qui videat? Vera lectio, sic mihi videtur, est: *Deorum auspiciis ac summis honoribus cultus; et solitum compendium scripturæ in voce summis adhibitum, suis, vel etiam sumis, ansem præbuit ad locum corrumpebndum.*' Cunz. Mox de integritate verborum, *nulla externa ope admota*, dubitant Acidalius et Freinsh. Gronovius vero emend. *nulla externa vi admota.* Cunz. nihil mutandum putat, respectu eorum quæ vi. 3. 13. dicuntur. 'Hæc verba, *pellibus undique contextum*, puto ex seqq. intrusa inepete, et ejicienda.' Scheffer. Vide Not. Var. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Pal. 3. Col. et Mer. *contextus.*—17 Voss. 2. *P. r. supelleæque.* Leid.

#### NOTÆ

\* *Laceratis*] Multarum hæc gentium consuetudo fuit, in gravi luctu vel indignatione vestimenta scindere. De Persis, præter Curtium hic, et lib. III. cap. 11. ex multis aliis id probat Brisson. de Regno Pers. De Judæis crebra sunt in Sacris Literis ex-

empla.

<sup>f</sup> *Pecunia*] Arrianus lib. III. septem ab eo talentorum milia scribit asportata esse ex Media: apud Strabonem lib. XV. octo milia lego, idque ex Athenæi lib. XI. firmari potest.

tiq̄ue præda, per scelus ultimum parta, fugam intendunt. 18. Artabazus cum iis, qui imperio parebant, Græcisque militibus Parthienen<sup>s</sup> petebat, omnia tutiora parri-  
darum contuitu ratus. 19. Persæ, promissis Bessi onerati, maxime quia nemo alius erat, quem sequerentur, conjun-  
gere se Bactrianis, agmen eorum tertio assecuti die. 20. Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciunt, nova ludibria subinde excogitante for-  
tuna. Et ne forte cultu regio posset agnosci, sordidis pel-  
libus vehiculum intexerant: ignoti jumenta agebant, ne percentantibus in agmine monstrari posset: custodes pro-  
cul sequebantur.

XIII. 1. Alexander, audito Darium movisse ab Ecbata-  
nis,<sup>a</sup> omisso itinere,<sup>a</sup> quod patebat in Mediam, fugien-

<sup>a</sup> *Ubi nuntiatum est Darium Ecbatanis discessisse.*

=====

Voss. 1. 2. et Bong. *belli jure*.—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *A. cum his. Voss. 2. qui i. parabant. Vulgg. Parthienem; Pal. 1. Lugd. et Bong. Partienem; Pith. Sparthienem; Voss. 2. Parthiam; Leid. Florent. et Voss. 1. Parthienem. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. contuitum ratus; Voss. 2. contuitu raptus.*—19 Pith. *Bessi honorati.*—20 Idem codex: *subinde ludibria. Amst. cogitante fortuna. Pal. 1. Ne forte cultu, omisso Et. Multæ edd. vett. ante Freinsh. percunctantibus.*

1 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *ab Hæcbanis; Voss. 2. a Batri-  
anis; Pal. 1. et Ald. a Bactrianis; Pith. et Col. a Batanis; Frob. Echanis;  
Fanch. ab Ecbathanis; Bas. Batavia. Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Ed. pr.  
Venett. Rom. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas.  
Col. Frob. et Mer. petebat; edd. a Modio, patebat. Freinsh. mavult parabat;  
Schefferus: omisso itinere, quo petebat, sc. Darium, in Mediam. 'Non dubito,  
quin hæc Historiæ Curtii et Arriani prorsus incongrua verba merum glosse-  
ma sint. Alexander enim Darium insequens jamjam in ipsa Media erat.  
Vide Curt. v. 7. 12. et Arrian. iii. 19. 10. Ecbatana, caput Mediæ, adierat,  
indeque in Darium ulterius moverat. Quonam igitur modo Alexander iter,*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Parthienem*] De Parthienel lib. vi. cap. 2. atqui jamdudum Parthienem ingressi erant antequam Darius vinciretur. Ex Arriano quippe intelligimus non prius conjectum in vincula, quam Caspias portas transisset, per quas e Media in Parthienem exitur: tum ex Justino lib. xi. constat in vico Parthorum Thara vinctum Darium fuisse. Etsi de vici nomine non as-

sentitur Schikardus in *Tarik*, Memb. 6.

<sup>a</sup> *Omisso itinere*] Arrianus, cui haud paulo plus debetur fidei, non modo ingressum in Mediam Alexandrum scribit, quod ipse Curtius supra scripserat, cap. 7. sed etiam Ecbatana venisse, eoque pecuniam omnem ex Perside convelli jussisse, inde Thesalos domum remisisse, &c.

tem insequi pergit strenue. 2. Tabas oppidum est in Parætacene<sup>b</sup> ultima: ibi transfugæ<sup>c</sup> nuntiant, 'præcipitem fuga Bactra petere Darium.' 3. Certiora deinde cognoscit ex Bagistane Babylonio, 'non equidem vinctum regem, sed in periculo esse aut mortis aut vinculorum.' 4. Rex, ducibus convocatis, 'maximum,' inquit, 'opus, sed labor brevissimus superest; Darius haud procul destitutus a suis aut oppressus. In illo corpore posita est victoria nostra: et tanta res celeritatis præmium.' 5. Omnes pariter con-

quod in Mediam petebat, omittere potuit? Cunz.—2 Florent. Leid. et Voss. 1. *Tabas o. e. in parte Lacene*; Voss. 2. *T. o. e. in parte Latone*; Pall. 1. 2. 3. *T. g. s. parte Latone*; Mer. *T. o. e. et in parte Lacene*; Dan. Ald. Col. *T. o. e. parte Lacene*; Bong. quem Gruterus vidit: *T. o. e. parte Lacene*; Frob. Lugd. et Amst. *T. o. e. in Parætacene*; Bas. *T. o. e. in parte Lacene*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ultima pervenit: ibi, &c.* Ed. pr. Venett. Veron. aliæ ante Freinsh. *ultima: quo ubi pervenit, ibi, &c.* Inde colligo ita rescribendum esse: *Tabas, oppidum in P. ultima, pervenit, deleto otioso illo est.* Cunz.—3 *Bagysthene* Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. et recentt. *Bagistene* Ald. et Frob. *Bagistone* Voss. 2. *Bagisthene* Col. et Bas. *Bagistane* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. Mer. Lugd. et Tell. et sic Arrian. III. 21. 1. *Babylonia* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Fauch. Pith. et Put. Bong. 1. *non ante equidem deest Bong.* 1. Pall. 1. 2. 3. Pith. Put. et Fauch. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 'Inde conjicio veram lectionem esse: *et quidem civum regem*, ita ut *et quidem* non Bagistanis, sed Curtii verba sint, quæ respiciunt *rd* antecedens *certiora.*' Cunz. *Aut vinculorum affirmabat. Rex* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Veron. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas.—4 Vulgo ante Freinsh. *aut vinctus aut oppressus*; alii: *aut oppressus est*; Voss. 2. *erat oppressus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dam Pith. Put. et Fauch. *nostra victoria.*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Parætacene*] Alii *Paritacenen* vocant, gentem *Paritacas*. In Perside ponuntur a Ptolemæo; ab Herodoto in Media. Verius, opinor, Strabo et Arrianus in utriusque confinio. Est enim Parætacene Uxiis Elymaïsque vicina, et Sittacenæ inter Septemtrionem et Ortum imminet, ut docet Strabo lib. xi. ac xv. Quare Parætaceni, quos Plinius lib. vi. cap. 26. et idem Strabo antea lib. xv. Ariænæ Parthiæ et Carmanîæ finitimos faciunt, coloniæ videntur istorum fuisse; quomodo de Mardis diximus: vel Parætacenos tum appellant, quot montana Persidis Parthiæque

finitima incolunt. Sed Tabas oppidum Parætacenes nullibi præterquam apud Curtium reperio.

<sup>c</sup> *Ibi transfugæ*] Hæc Alexandro nuntiata sunt, ut ait Arrianus, cum tridui tantum itinere abesset Echatanis, ab Ochi quondam Regis filio Bisthane; Bagistanem vero cum Mazæi filio ad Alexandrum venisse jam Caspias Pylas prætergressum. Hoc loco alii *Megistane* legunt, quod dignitatis, non hominis proprium vocabulum est. Sed pro Curtio facit quod Arrianus Bagistanem quoque Babylonium appellat.

clamant, 'paratos ipsos sequi; nec labori, nec periculo parceret.' Igitur raptim agmen cursus magis quam itineris modo ducit, ne nocturna quidem quiete diurnum laborem relaxante. 6. Itaque quingenta stadia<sup>4</sup> processit: per-ventumque erat in vicum, in quo Darium Bessus comprehenderat. 7. Ibi Melon Darii interpretis excipitur: corpore æger non potuerat agmen sequi, et, deprehensus celeritate regis, transfugam se esse simulabat. Ex hoc acta cognos-cit: sed fatigatis necessaria quies erat. 8. Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos, quos 'Dimachas'<sup>5</sup> appel-labant, adjungit: dorso hi graviora arma portabant, cete-rum equis vehebantur; cum res locusque posceret, pedes-tris acies erat. 9. Hæc agentem Alexandrum adeunt Or-sillos et Mithracenes, qui Bessi parricidium exosi transfu-gerant: nuntiabantque, 'stadia D. abesse Persas; ipsos brevius iter monstraturos.' 10. Gratus regi adventus trans-fugarum fuit. Itaque prima vespera ducibus iisdem cum

~~~~~

—5 Mod. Col. et Segeb. *ipsum sequi*, probante Cunzio; sed Voss. 1. 2. Flo-  
rent. Leid. Dan. Pal. Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Junt. Ald. Colin. et Gryph.  
*ipsum sequi*. Voss. 2. Ald. Mer. Bas. et Col. *nec p. parcere*; Florent. Leid.  
Voss. 1. Bong. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Dan. Pith. Put. et Fauch. *nec p. parceret*;  
Freinsh. maluit: *neu labori, neu p. parceret*. Pal. 1. *nec nocturna*. Voss. 2.  
*laborem relaxantem*.—6 Voss. *perventum*, omisso *que*.—7 Igitur Melon Bas.  
Melo Ald. omisso *et* Ibi. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. Put. Fauch. et  
Bong. 1. 2. *agmen assequi*; Pal. 1. et Ald. *agmen sequi*. Pith. *sed deprehensus*.  
Pal. 1. et Voss. 2. *se esse assimilabat*.—8 Pith. *sex milia*; Fauch. et Voss. 2.  
*sex m. trecentis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer.  
Bas. et Col. *Dimachas*. Vulgo ante Schmieder. *appellant*; Florent. Leid.  
Voss. 1. 2. Fauch. Pith. Put. Dan. et Bong. 1. 2. *appellabant*. Mer. *cum r.*  
*locus est*; Frob. Lugd. et Amst. *cum r. et locus*. Heinsius legi jubet: *pedes-*  
*tris acies erant*, probante Schmieder.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan.  
*Orsilos*. Florent. Leid. Voss. 1. et Col. *Mithracenis*; Voss. 2. *Miracenis*;  
Pal. 1. *Mythracenes*; Dan. Pith. Put. Fauch. Bong. 1. 2. Ald. Colin. Gryph.  
Bas. et Mer. *Mythracenis*; Lugd. Amst. et Frob. *Mithracenes*. Florent. Leid.  
et Voss. 1. omittunt *qui ante Bessi*.—10 Leid. et Voss. 1. *ducibus iisdem*. Mox

#### NOTE

<sup>4</sup> *Quingenta stadia*] Sexaginta duo  
milliaria et semis. *Melon*] Arrianns  
a Bagistane et Antibelo hæc allata  
refert.

<sup>5</sup> *Dimachas*] A pugnandi modo du-  
plici appellati sunt 'Dimachæ': quod

nunc equestri, nunc pedestri prælio  
decernerent. Composita vox est ex  
δῖς, *dupliciter*, et μάχη, *pugna*. Hos  
primus adhibuisse Alexander M. di-  
citur. Non absimile est militum ge-  
nus, quos nostri vocant *Dragons*.

expedita equitum manu monstratam viam ingreditur, phalange, 'quantum festinare posset, sequi' jussa. Ipse quadrato agmine incedens ita cursum regebat, ut primi conjungi ultimis possent. 11. CCC. stadia<sup>1</sup> processerant, cum occurrit Brocubelus<sup>2</sup> Mazæi filius, Syriæ quondam prætor: is quoque transfuga nuntiabat, 'Bessum haud amplius quam CC. stadia abesse. Exercitum, utpote qui nihil præcaveret, incompositum inordinatumque procedere. Hyrcaniam videri petitorios: si festinaret sequi, palantibus superventurum. 12. Darium adhuc vivere.' Strenuo aliqui cupiditatem consequendi transfuga injecerat:<sup>3</sup> itaque calcaribus subditis effuso<sup>4</sup> cursu eunt. Jamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur; sed prospectum

<sup>1</sup> Alexandro jam satis sua sponte diligenti desiderium attulerat persequendi illos.  
<sup>2</sup> Celerrimo.

~~~~~

Freinsh. mavult: *sequi jussa quadrato agmine. Incedens, &c.* 'De verbis agmine quadrato præcedentibus jungendis Freinshemio assentior, propter Arrian. III. 21. Reliqua vero ex glossa mihi nata videntur, cum quis naturam et formam agminis quadrati descripturus ad marginem adjiceret: *quadrato a. i. i. c. regebat, ut p. u. c. possent*, sc. per eos, qui a latere ibant. Quæ explicatio non admodum accurata est. Omnia vero, ut vulgo leguntur, si a Curtio ipso scripta censes, erravit Curtius. Alexander enim ipse, ut ex Arriano liquet, quadrato agminis nec ibat, nec ire poterat, citatissime et cum equitibus hostem non propinquum, sed multa stadia remotum, per noctem persequens.<sup>5</sup> Schmieder. Vide quæ Schmieder. notavit ad Arrian. III. 21. 13. 'Equidem si quid video, servato pronomine et interpunctione vulgari, pro *Ipsa* scribendum est *Ipsa*, sc. phalanx.' Cunz. Voss. 2. *conjungi cum ultimis*. —11 'Forte legendum *CC. stadia*.' Schmieder. Pal. 1. *Brocubelus*; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Put. et Fauch. *Brochubelus*; Voss. 2. *Brocobellus*; Ald. et Bas. *Broculus*; Frob. Mer. et Col. *Broculus*; Elz. *Proculus*. Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Col. et Bas. *Mazei*. Pith. *is q. transfugam*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Pith. Put. et Fauch. omittunt qui nihil; Ald. Frob. Mer. Bas. Elz. et Col. habent qui nihil præcaverat. Leid. et Voss. 1. *Hircaniam videri*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *sequi palantes*; Voss. 2. et Pal. 1. *rd palantibus* omittunt.—12 Florent. Leid. et Voss. 1. *Strenuo aliquin*. Voss. 2. *paulisper vero i. c. d. resideret pul-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> CCC. stadia] Septem ac triginta milliaria cum quingentis passibus. CC. stadia] Quinque et viginti milliaria.

<sup>2</sup> Brocubelus] Antibelus Arriano vocatur; nisi forte alius est ejusdem frater. Certe ex quo Antibelus Ar-

riani ad Alexandrum cum Bagistane venerat, duorum ferme dierum quatuorque noctium iter supererat: quarum in ultima quadringenta stadia emensus est Alexander. Hic antem Brocubelus ducenta solum superesse nuntiat.



ademerat pulveris nubes : paulisper ergo inhibuit cursum, donec consideret pulvis. 13. Jamque conspecti a barbaris erant, et abeuntium agmen conspexerant; nequaquam futuri pares, si Besso tantum animi fuisset ad prælium, quantum ad parricidium fuerat. Namque et numero barbari præstabant et robore : ad hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant. 14. Sed nomen Alexandri et fama, maximum in bello utique momentum,<sup>d</sup> pavidos in fugam convertit. 15. Bessus et ceteri facinoris ejus participes, vehiculum Darii assecuti, coeperunt hortari eum, 'ut conscenderet equum et se hosti fuga eriperet.' 16. Ille 'Deos ultores adesse' testatur, et 'Alexandri fidem' implorans negat, 'se parricidas velle comitari.' Tum vero ira quoque accensi tela injiciunt in regem, multisque confossum vulneribus relinquunt. 17. Jumenta quoque, ne longius prosequi possent, convulnerantur; duobus servis, qui regem comitabantur, occisis. 18. Hoc edito facinore, ut vestigia fugæ spargerent,<sup>e</sup> Nabarzanes Hyrcaniam,<sup>b</sup> Bessus Bactra, paucis equitum comitantibus, petebant: barbari ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat aut pavor, dissipabantur; D. tantum equites congregaverant se, incerti adhuc, resisterene melius esset an fugere. 19. Alexander, hostium trepidatione comperta, Nicanorem cum equitum

<sup>d</sup> Cujus magna vis est in bello.

<sup>e</sup> Ut fuga sua signa dividendo fallerent hostes.

ris.—13 Codd. Bongarsiani: neque quam futuri. Voss. 2. omittit: ad prælium q. a. p. fuerat; et mox pro hoc habet hæc.—14 Florent. Leid. Voss. Pall. Dan. Pith. Put. Fauch. et Bong. 1. 2. in fugam avertit.—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. Dan. Pith. Put. Fauch. et Bong. 1. 2. Bessus vero. Voss. 1. omittit ut ante conscenderet.—16 Pro testatur Acidalius et Raderus maluerunt testatus. Mox Voss. 2. et Mer. ita quoque. Florent. Leid. alii tela conficiunt; Voss. 1. Bongarsiani, Lugd. et Amat. tela coiciunt; Pal. 1. tela iniiciunt.—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii convulnerant. Paulo post, Voss. 2. et Pith. quingentos tantum equites; sed Leid. Voss. 1. Pall. Dan. Put. Fauch. Bong. 1. 2. Ald. Colin. et Gryph. D. t. equites. Voss. 2. sed pro se. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bongarsiani omittunt se ante melius.—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. Put. Dan. Fauch. Pal. et Bong.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Hyrcaniam] Ad lævum sitam versus mare Hyrcanum, de qua inferius ad lib. vi. cap. 4. Bactra] Recto propemodum itinere Orientem versus.

parte ad inhibendam fugam præmittit: ipse cum ceteris sequitur: III. ferme millia resistantium occisa sunt; reliquum agmen intactum more pecudum agebatur, jubente rege, 'ut cædibus abstinereetur.' 20. Nemo captivorum erat, qui monstrare Darii vehiculum posset: singuli, ut quæque prehenderant, scrutabantur; nec tamen ullum vestigium fugæ regis extabat. 21. Festinantem Alexandrum vix tria millia equitum persecuta sunt: at in eos, qui lentius sequebantur, incidebant<sup>1</sup> universa fugientium agmina. 22. Vix credibile dictu, plures captivi, quam qui caperent, erant: adeo omnem sensum territis fortuna penitus excusserat,<sup>2</sup> ut nec hostium paucitatem nec multitudinem suam satis cernerent. 23. Interim jumenta, quæ Darium vehebant, nullo regente, decesserant militari via, et errore delata per IV. stadia in quadam valle constiterant, æstu simulque vulneribus fatigata. 24. Haud procul erat fons, ad quem monstratum a peritis Polystratus Macedo siti maceratus<sup>3</sup> accessit: ac dum galea haustam aquam sorbet, tela jumentorum defi-

<sup>1</sup> Ademerat.

\*\*\*\*\*

1. 2. *fugam emittit.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bas. *resistentia*; Pal. 1. *resistentia*; Mer. *resistentium agmina occisa sunt.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. Dan. Pith. Put. et Fauch. *pecudum more.*—20 'Freinshemius maluit: *singulos ut quemque*, quod in quibusdam codd. extat. Attamen verbum *scrutari*, quod sequitur, quantum equidem scio, nunquam significat 'querere ex aliquo,' sed 'excutere.' Ridicula autem fuisset sedulitas, quæ in querendo Dario ne marsupii quidem crumenisve hominum pepercisset.' Cunz. Bongarsiani codd. *queque prenderant*; Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *quæque prenderent*; Pal. 1. *quemque prenderent*; Voss. 2. Mer. Col. Ald. Colin. Gryph. *quemque prehenderent.*—22 Ald. *incredibile distu.* Voss. *nec m. suorum satis cernerent.*—23 Voss. 2. *constiterant valle*, omissis in quadam. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Ald. *æstu, simulque vulneribus*, ut in textu; sed Bong. 1. 2. Dan. Pith. Put. Fauch. Amst. et Lugd. *æstuque simul et vulneribus.*—24 Bong. 1. 2. et Fauch. *Pokistratus*; Voss. 1. *Polustratus*; Pith. *plis Lustratus*, ducta per

#### NOTE

<sup>1</sup> *Incidebant*] Sive quod incerti qua fugiendum esset, in eos quos fugiebant, sese imprudentes conjicerent, sive quod Macedonum, quamvis lentius Alexandro incedentium, celeritate tamen occuparentur, præsertim pedites.

<sup>3</sup> *Maceratus*] Consumtus, confectus, exhaustus. Alias 'macerare' est aqua vel alio liquore darius quidpiam molliare paulatim ac dissolvere: quandoque 'proluere,' 'madefacere' exterius solum.

*Delph. et Var. Clas.*

*Q. Curt.*

2 D

cientium corporibus infixæ conspexit. 25. Miratusque confossa potius quam abacta esse, semivivi<sup>k</sup>. . . .



syll. *his* linea.—25 Hic nota defectus in Dan. nulla novi libri: margini additum: *Hic desunt plura*. In Pal. 1. nota est novi libri, qui sic incipit: *Semiviri hoc pugna*. In Fauch. spatio vacuo relicto ascriptum est: *Circa hunc defectum finit liber quintus: incipit sextus*. In Pith. Put. et Bong. 1. 2. uno contextu leguntur: *semiviri pugnae discrimen, &c.* Ald. et Bas. pagellis vacuis relictis sic notant: *Hic extrema pars V. Libri desideratur, quæ infelicem Darii exitum, et fugam Bessi, qui regem suum prodiderat, continebat, in cujus supplicio tradendo Curtius a Plutarcho et Arrhiano dissentit. Et mox: Hic etiam prima pars VI. Libri intercidit, qua causæ belli inter Macedonas et Lacedæmonios, et apparatus utriusque gentis referebantur. Col. quinti libri finis deest. Voss. 2. sine ulla nota omissionis. In Florent. unius tantum vocis lacuna relicta, sine ulla libri inscriptione: in margine ascriptum: *hic deest*. In Leid. nota defectus in marg. *hic deest*. Mer. omittit quæ in recentt. attexta sunt, (vide Not. Var.) et cum Veron. et Col. pro initio sexti libri hæc obtrudit: *Interim dum talia fierent ab Alexandro, bellum ortum est inter Macedonas et Lacedæmonios. Antipater Macedoniae præfectus in hoc bello contra regem Lacedæmoniorum obtinuit sicut hic exponitur, pugna, &c.**

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Semiviri*] Deficientem hic Curtium sic optime supplet Freinshemius.

#### SUPPLEMENTUM JO. FREINSHEMII.

1. MIRATUSQUE confossa potius quam abacta esse, semivivi hominis gemitum percipit. Itaque more ingenii humani cupidus visendi quid rei vehiculo isto conderetur, dimotis pellibus, quibus oblectum erat, Darii multis vulneribus confossum reperit;<sup>a</sup> regius enim cultus, et aureæ catenæ, quis a parricidis victus fuerat, dubitationem eximebant. 2. Non erat expers Græci sermonis Darius,<sup>b</sup> gratiasque agebat Diis, 'qui post tanta mala, tamque gravia, hoc tamen indulsissent solatii, ne omnino in solitudine extremum spiritum effunderet.'<sup>c</sup> 3. Itaque te,' inquit, 'quisquis es mortalium, per communem hominum sortem, a qua nec maximos regum exemptos esse præsentī spectaculo moneris, rogo quæsoque, ut hæc ad Alexandrum mandata mea perferas; nihil eorum quæ longe tristissima perpessus sum, ne hunc quidem incomparabilis calamitatis exitum, ita gravem mihi accidisse, ut hoc unum, quod

<sup>a</sup> Plut. Alex. p. 690. Arrian. III. 21.  
16. Justin. XI. 16.

<sup>b</sup> Curt. v. 11. 5.  
<sup>c</sup> Justin. I. I.

post tanta in me meosque merita adversus clementissimum victorem inimico vivendum fuit, et nunc ingrato moriendum est. 4. Sed si qua postremis miserorum votis apud Deos vis est, et cum ipso spiritu profusas preces mitius aliquod numen exaudit; ille quidem sospes et incolumis, longeque supra contagium meæ sortis et invidiam fortunæ positus, in solio Cyri gloriosam ætatem exigit: suæque virtutis memor, eum matri liberisque meis locum apud se esse patiat, quem illi fide et obsequio meruerint: at parricidas promptum exitium consequatur, quod Alexander irrogabit, si non misericordia infelicis hostis, saltem odio facinorum, et ne impunita in aliorum etiam regum suumque ipsius exitium erumpant.' 5. Posthæc, cum siti angeretur, allata per Polystratum aqua recreatus,<sup>d</sup> 'Ergo,' ait, 'hanc etiam tantis calamitatibus extremam accedere oportuit, ut benemerito gratiam referre non possum! • at referet Alexander; Alexandro vero Dii.' Dextram deinde protendit, 'eamque Alexandro, fidei regis pignus, ferri' jubens, apprehensa Polystrati manu animam efflavit. 6. Alexander an spiranti adhuc supervenerit, incertum est: 'illud constat, miserabili regis opulentissimi exitu comperto, copiosas lacrymas profudisse, statimque chlamyde sibi detracta corpus operuisse,<sup>e</sup> et magno cum honore 'ad suos deferri' jussisse, 'ut regio Persarum more curatum monumentis majorum inferretur.'<sup>h</sup> 7. Ingratitudinem hominum, a quis pro summis beneficiis crudele exitium Darius pertulit, quanquam suoapte ingenio horrendam et execrabilem, insigniore ad posteritatem infamia damnavit canis cujusdam miras fides,<sup>i</sup> qui ab omnibus familiaribus derelicto solus affuit, et quam in vivum præ se tulit benevolentiam, morienti quoque constanter præstitit. 8. Hunc vitæ finem sortitus est ille, quem modo contumelia affici putabant, nisi 'regem regum, et Deorum consanguineum' salutarent: magnoque iterum experimento approbatum est, neminem magis patere fortunæ, quam qui, pluribus ejusdem blanditiis irretitus, jugum illius tota cervice receperit.

<sup>d</sup> Plut. l. l.<sup>e</sup> Id. l. l.<sup>f</sup> Diodor. Sic. xvii. 601. Arrian. l. l.<sup>g</sup> Plut. l. l. Diodor. Sic. l. l.<sup>h</sup> Plut. l. l. Diodor. Sic. l. l. Arrian. l. l.<sup>i</sup> Euseb. in Chron. Ælian. Hist. Anim. vi. 25.

**Q. CURTII RUFII**  
**DE REBUS GESTIS**  
**ALEXANDRI REGIS MACEDONUM**  
**LIBER VI.**

---

**ARGUMENTUM.**

**CAP. I.** Prælii inter Lacedæmonios atque Macedones descriptio. Agidis mors. Superati ad Alexandrum legatos, veniam defectionis oraturos, mittunt; quam impetrant. **II.** Alexander bello invictus otio et deliciis frangitur. Rumor in castris de reditu in Macedoniam. **III.** Hortatoria Alexandri ad milites oratio, ut bellum, in Asia inchoatum, persequantur et absolvant. **IV.** Zieberis, miri fluminis, descriptio. Alexander Nabarzani, per literas salutem quærenti, veniam pollicetur. Deinde, Hyrcaniam ingressus, quosdam Darii præfectos in fidem recipit. **V.** Artabazo summa cum animi benevolentia excepto, Græcis, qui Darium adjuverant, parcit Alexander, et, Mardorum gente debellata, Amazonicæ cujusdam reginæ petitioni satisfacit. **VI.** Macedones Alexandri offenduntur moribus: qui, ut seditionem averteret, ad bellum Besso inferendum mentem convertit. Quod et strategemate inchoat; ac Satibarzanem, Ariorum satrapam, quod defecisset, primum persequitur, barbaros a montibus dispellit, Artacacnam expugnat atque in Drangianam movet. **VII.** Conjunctionem in Alexandrum Dymnus Nicomacho, hic per Cebalinum fratrem Alexandro detegit. Hinc mors Dymni, qui ipse sibi manus infert. **VIII.** Amicorum regionum consilio Philotas, Parmenionis filius, conjunctionis auctor et particeps creditus, capitur, ac velato capite in regiam abducitur. **IX.** De conjunctione adversus Philotan expositulatoria Alexandri ad milites oratio. Coram quibus Philotas adductus defensionem parat. **X.** Apologetica Philotæ oratio, qua conjunctionis accusationem pro concione refellit. **XI.** Concio a quodam Belone accensa in Philotan surgit; qui paulo post, cum torqueretur, scelus fatetur, cumque reliquis sontium saxis obruitur.

• SUPPLEMENTUM JO. FREINSHEMII.

1. Dum ea per Asiam geruntur, ne in Græcia quidem Macedoniceque tranquillæ res fuere.<sup>a</sup> Regnabat apud Lacedæmonios Agis Archidami filius, qui Tarentinis opem ferens ceciderat, eodem die quo Philippus Athenienses ad Chæroneam vicit.<sup>b</sup> 2. Is Alexandri per virtutem æmulus cives suos stimulabat, 'ne Græciam servitute Macedonum diutius premi paterentur: nisi in tempore providerent, idem jugum ad ipsos transiturum esse. Annitendum igitur, dum aliquæ adhuc Persis ad resistendum vires essent: illis oppressis, adversus immanem potentiam frustra avitæ libertatis memores futuros.' 3. Sic instinctis animis occasionem belli ex commodo cœptandi circumspiciebant.<sup>c</sup> Igitur felicitate Memnonis invitati, consilia cum ipso miscere aggressi sunt; et postquam ille rerum lætarum initia intempestiva morte destituit, nihilo remissius agebant. 4. Sed ad Pharnabazum et Autophradaten profectus Agis, triginta argenti talenta, decemque triremes impetravit, quas Agesilao fratri misit, ut in Cretam navigaret, cujus insulæ cultores inter Lacedæmonios et Macedonas diversis studiis distrahebantur. 5. Legati quoque ad Darium missi sunt, qui in usum belli ampliorem vim pecuniæ, pluresque naves peterent.<sup>d</sup> Atque hæc eorum cœpta clades ad Issum (nam ea intervenerat) adeo non interpellavit, ut etiam adjuverit: 6. quippe fugientem insecutus Alexander in longinqua loca magis magisque rapiebatur; et ex ipso prælio mercenariorum ingens multitudo in Græciam fuga penetraverat: quorum octo millia Persica pecunia conduxit Agis, eorumque opera plerasque Cretensium urbes recepit. 7. Cum deinceps Menon in Thraciam ab Alexandro missus, barbaros ad defectionem impulisset, adque eam comprimendam Antipater exercitum ex Macedonia in Thraciam duxisset, opportunitate temporis strenue usi Lacedæmonii totam Peloponnesum, paucis urbibus exceptis, in partes traxerunt, confectoque exercitu viginti millium peditum, cum equitibus bis mille, Agidi summam imperii detule-

<sup>a</sup> Diod. xvi. 89.

<sup>d</sup> Arrian. ii. 3. 10. et 18. Curt. iv.

<sup>b</sup> Just. xii. 1. 5. Diod. xvii. 62.

1. 39. Arrian. ii. 3. 21. iii. 5. 10.

<sup>c</sup> Diod. xvii. 29.

runt.\* 8. Antipater ea re comperta bellum in Thracia, quibus potest conditionibus componit; raptimque in Græciam regressus, ab amicis sociisque civitatibus auxilia cogit. Quibus convenientibus ad quadraginta pugnatorum millia recensuit. 9. Advenerat et ex Peloponneso valida manus: sed quia dubiam ipsorum fidem resciverat, dissimulata suspicione gratias egit, 'quod ad defendendam adversus Lacedæmonios Alexandri dignitatem affuissent: scriptum se id regi, gratiam in tempore relaturum: in præsens nihil opus esse majoribus copiis: itaque domos redirent, fœderis necessitate expleta.' 10. Nuntios deinde ad Alexandrum mittit, de motu Græciæ certiores facturos.† Atque illi regem apud Bactra demum consecuti sunt; cum interim Antipatri victoria, et nece Agidis in Arcadia transactum esset. 11. Sane jam pridem tumultu Lacedæmoniorum cognito, quantum tot terrarum spatiis discretus potuit, providerat: Amphoterum 'cum Cypriis et Phoeniciis navibus in Peloponnesum navigare;' Meneten 'tria millia talentum ad mare deferre' jusserat, 'ut ex propinquo pecuniam Antipatro subministraret; quanta illum indigere cognovisset.'‡ 12. Probe enim perspexerat, quanti ad omnia momenti motus istius inclinatio futura esset, quanquam deinceps adepto victoriæ nuntio suis operibus id discrimen comparans, 'murium eam pugnam fuisse' cavillatus est. 13. Ceterum principia ejus belli haud improspere Lacedæmoniis fuere.⁴ Juxta \* Corrhagum Macedoniæ castellum cum Antipatri militibus congressi victores extiterant: et rei bene gestæ fama etiam qui suspensis mentibus fortunam spectaverant in societatem eorum pertracti sunt. 14. Una ex Elæis Achæisque urbibus Pellene fœdus aspernabatur; et in Arcadia Megalopolis, fida Macedonibus ob Philippi memoriam, a quo beneficiis affecta fuerat. Sed hæc arcte circumsessæ haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater subvenisset. 15. Is postquam castra castris contulit, seque numero militum alioque apparatu superiorem conspexit, quamprimum de summa rerum prælio contendere statuit: neque Lacedæmonii detrectavere certamen. 16. Ita commissæ est

\* Curt. iv. 1. 39. Diod. xvii. 48. 3. 20.

Diod. xvii. 62.

† Plutarch. Agesilao cap. 25.

‡ Just. xii. 1. 8. Diod. xvii. 63.

\* Æschines contra Ctésiphontem.

Frontin. ii. 11. 4.

Polybius ii. 48.

§ Curtius vii. 4. 32.

‡ Pausanias lib. i. Curtius vi. 1. 10.

⁴ Arrian. iii. 1. 22. Arrian. ii. 1.

pugna, quæ rem Spartanam majorem in modum afflixit. Cum enim angustiis locorum, in quibus pugnabatur, confisi, ubi hosti nullum multitudinis usum futurum credebant, animose congressi essent, neque Macedones impigre resisterent, multum sanguinis fusum est. 17. Sed postquam Antipater integram subinde manum laborantibus suis subsidio mittebat, impulsæ Lacedæmoniorum acies gradum paulisper retulit. Quod conspiciatus Agis, cum cohorte regia, quæ ex fortissimis constabat, se in medium pugnæ discrimen immisit, &c.

1. 1. .... pugnæ<sup>a</sup> discrimen immisit, obtruncatisque, qui promptius resistebant, magnam partem hostium propulit. 2. Coeperant fugere victores: [et] donec avidius sequentes in planum deduxere, inulti cadebant; sed ut primum locus, in quo stare possent, fuit, æquis viribus dimicatum est. 3. Inter omnes tamen Lacedæmonios<sup>b</sup> rex eminebat, non armorum modo et corporis specie, sed etiam magnitudine

~~~~~  
1 *Hoc pugna* Colon. Sigeb. Const. Mod. et Rad. *obtruncatis quique* Pith. *partem ostium* Leid.—2 Voss. 2. *Ceperat* fugere. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. omittunt *et ante donec*. Pal. 1. in *p. deducere*. Pal. 1. Dan. Pith. Pnt. Fauch. Bong. 1. 2. Florent. Leid. Frob. Amst. et Lugd. *inulti cadebant*. Voss. 1. Florent. Leid. Pal. 1. Dan. Pith. Put. Fauch. Bong. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. Lugd. Amst. Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. Barb. Bip. et Both. *stare possent*; Voss. 1. Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Mait. et Tell. *stare possent*, quod revocavit Schmieder. Leid. et Voss. 1. *equis viribus*.—3 Voss. 2. *eminebat rex*.—

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Pugnæ*] Ad hæc usque verba Freinshemii Supplementum pertinet. Agis, de quo sermo est, Lacedæmoniorum rex Archidamo patri ante duodecim annos successerat Olymp. cvmiii. an. 3. ante pugnam ad Chæroneam, 8. itaque ut eodem die Archidamus occubuerit, quo Philippus debellavit, non tamen eodem anno. Quot fuerint hoc nomine Spartanorum reges diximus lib. iv. cap. 1.

<sup>b</sup> *Lacedæmonios*] Populi fuerunt Græciæ, in extrema Peloponneso ad Meridiem; aliter 'Lacones' dicti, et

'Spartani' ab urbe Laconiae principe Sparta, maximorum ducum patria. Lacedæmonem, pulsus Achæis et Orestidis, obtinuerunt Aristodemus filii Procles et Eurysthenes Heraclidæ: quorum impressio in Peloponnesum secunda contigit ante primam Olympiadem annis 328. ante Christum 1104. post excidium Trojan. 80. Ab Eurysthene et Procle regum in illa urbe familiæ duæ propagatæ sunt; Eurysthenidarum, quæ præstantior est habita; et Proclidarum, ex qua Noster hic Agis oriundus extitit.



animi, quo uno viaci non potuit.\* 4. Undique nunc cominus, nunc eminus petebatur, diuque arma circumferens, alia tela clypeo excipiebat, corpore alia vitabat; donec hasta femora perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantem. 5. Ergo clypeo suo exceptum armigeri raptim in castra referebant, jactationem vulnerum haud facile tolerantem. 6. Non tamen omisere Lacedæmonii pugnam, et, ut primum sibi quam hosti æquiores locum capere potuerunt, densatis ordinibus effuse fluentem in se aciem exceperunt. 7. Non aliud discrimen<sup>b</sup> vehementius fuisse memoriæ proditum est. Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte<sup>c</sup> pugnant. 8. Lacedæmonii vetera,<sup>c</sup> Macedones præsentia decora intuebantur: illi pro libertate, hi pro dominatione pugnant: Lacedæmoniis dux, Macedonibus locus deerat. 9. Diei quoque unius tam multiplex casus modo spem, modo metum utriusque partis augebat, velut de industria inter fortissimos viros certamen æquante fortuna. 10. Ceterum angustiae loci, in quo hæserat pugna, non patiebantur totis congregi viribus: spectabant ergo plures, quam inierant prælium, et, qui

\* Quo solo invictus fuit.

<sup>b</sup> Nullum aliud certamen.

<sup>c</sup> Equis viribus.

4 Col. omittit nunc cominus, pro quo Voss. 1. habet: nunc cominus; Voss. 2. cominus nunc, et mox: clypeo excipiebat. Pro femora, quod exhibent Pal. 1. Voss. 2. Ald. Freinsh. et recentt. femina præbent Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Put. Fauch. et Bong. 1. 2. Vide Var. Lect. ad Tibull. 1. 8. 26.—5 Voss. 2. in castra deferebant.—6 Voss. 2. et edd. plurimæ vett. Nec tamen. Edd. vett. et Florent. effusi; ceteri codd. effuse, ut emendavit Acidalius. Pro fluentem, quod edd. antiquiss. et post Freinshemium omnes exhibent, Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. Dan. Pat. Pith. Fauch. Bong. 1. 2. et edd. vett. non panem, ruentem.—7 Pal. 1. memoria traditum est. Bong. 1. D. n. belligerantium exercitus.—8 Lacedæmonii veteres Voss. 2.—9 Idem codex: Diei quo unius, &c. Florent. Leid. et Voss. 1. utriusque parti; Dan. ad marg. utrique parti, pro quo in textu habet partu, altera voce omissa. Pith. omittit viros post fortissimos.—10 Pro congregi Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ed. pr. Venett. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Veron. Junt. Ald. Colia. Gryph. Bas. Mer. et Col. ingredi. Pro spectabant Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ed. pr.

#### NOTÆ

\* Vetera] Inter alia, quod victis Atheniensibus captisq[ue] Athenis toti Græciæ imperaverant: donec a Thebanis Epaminonda duce ad Leuctra

profigati sunt post annos 34. Vide Justinum lib. vi. 7. 8. Cornel. Nep. in Lysandro, Alcibiade, &c.

extra teli jactum erant, clamore invicem suos accendebant. 11. Tandem Laconum acies languescere, lubrica arma sudore vix sustinens; pedem deinde referre coepit urgente hoste, ac apertius fugere. 12. Insequebatur dissipatos victor, et emensus cursu omne spatium, quod acies Laconum obtinuerat, ipsum Agim persequabatur. 13. Ille, ut fugam suorum et proximos hostium conspexit, 'deponi' se jussit: 14. expertusque, membra an impetum animi sequi possent, postquam deficere [se] sensit, poplitibus semet excepit; 'galeaque strenue sumta, clypeo protegens corpus, hastam dextra vibrabat, ultro vocans hostem, 'si quis jacenti spolia demere auderet.' 15. Nec quisquam fuit, qui sustineret cominus congredi: 'procul missilibus appetebatur, ea ipsa in hostem retorquens; donec lancea nudo pectori infixata est: qua ex vulnere evulsa inclinatum ac deficiens caput clypeo paulisper excepit; deinde, linquente spiritu pariter ac sanguine, moribundus in arma procubuit. 16. Cecidere Lacedæmoniorum v. millia et CCCLX. ex Macedonibus haud amplius CCC.<sup>d</sup> ceterum vix quisquam nisi

<sup>d</sup> In genua se sustinuit.

<sup>e</sup> Qui auderet propius cum eo pugnare.

Venett. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. Expectabant. Ald. Colin. Gryph. Col. et Mer. qui interant praelium. Dan. ascendebant.—11 Voss. 2. Lacedæmoniorum acies languescere cepit. Pal. 1. caput urgente hoste ut apertius fugeret; Voss. 1. Ed. pr. Venett. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Mer. et Col. caput ut urgente hoste apertius fugeret; Florent. et Leid. caput ut urgente hoste apertius fugerent; Voss. 2. caput ut urgente hoste apertius fugere; Lugd. et Amat. ac urgente hoste aperte fugere.—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. dissipatus. Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. emensus cursu, omisso et; Mer. etiam omittit et, habetque: mensus cursu. Voss. 2. acies Lacedæmoniorum. Florent. Voss. 1. et Bong. ipsum Hagin; Pal. 1. ipsum agmen; Leid. ipsum agin.—13 Pal. 1. et proximos hostes; Frob. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. et p. hostium aspexit.—14 Eadem edd. postquam deficere. 'Vox se, ex prima syllaba vocabali subsequentis nata, in quibusdam codd. [Florent. Voss. 1. 2. et Bong.] deficiens, monente Scheffero, abjicienda est.' Schmieder. Dan. et Bong. clypeoque protegens. Voss. 2. hasta d. vibrabat. Pal. 1. et Voss. 2. demere audebat.—15 Ne quisquam Voss. 1. Florent. et Leid. fuit deest in Pal. 1. et Voss. 2. qui codd. mox exhibent: in hostem torquens. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. ex v. evulsa. Pal. 1. et Voss. 2. inclinatus. Florent. Voss. 1. et Bong. 2. dein linquente; pro quo Bong. 1. delinquente; Voss. 2. habet: donec aliquanto spiritu.—16 Pal. 1. Bong. 1. 2. Florent. et Leid. Excidere; Voss. 1. Excedere. Florent. Lacedæmoniorum millia, omisso τῶ V. Pro CCCLX. vulgo ante Freinsh. CCCL. Voss. 1. et Bong. CCC. Voss. 2. non

saucius revertit in castra. Hæc victoria non Spartam modo sociosque ejus, sed etiam omnes, qui fortunam belli spectaverant,<sup>f</sup> fregit. 17. Nec fallebat Antipatrum, dissentire ab animis gratulantium vultus; sed bellum finire cupienti opus erat decipi: et quanquam fortuna rerum placebat, invidiam tamen, quia majores res erant, quam quas præfecti modus caperet,<sup>g</sup> metuebat: 18. quippe Alexander hostes vinci voluerat; Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem dignabatur: <sup>h</sup> suæ demtum gloriæ existimans, quicquid cessisset alienæ.<sup>i</sup> 19. Itaque Antipater, qui probe nosset spiritus ejus, non est ausus ipse agere arbitria victoriæ;<sup>j</sup> sed concilium<sup>k</sup> Græcorum, 'quid fieri placeret,' consuluit. 20. A quo Lacedæmonii, 'nihil aliud quam ut oratores

<sup>f</sup> Qui belli exitum expectaverant.

<sup>g</sup> Quia illustriores erant res ab eo gestæ, quam præfecti fortuna postulare.

<sup>h</sup> Non dissimulanter dolebat Antipatrum esse victorem.

<sup>i</sup> Quicquid in alterius gloriam cessisset.

<sup>j</sup> Quia recte perspexerat ejus indolem, non est ausus quicquam statuere, ut victor, ex arbitrio suo.

~~~~~

amplius. Pro CCC. Pal. 1. et Voss. 2. decem; Pith. et Fanch. mille; Bong. 2. Florent. et Leid. ∞; Lugd. et Amst. tria millia; Voss. 1. omittit CCC. Mox Leid. non Sparta; Leid. et Voss. 1. sed etiam omnia. Florent. Bong. Dan. et Voss. 1. qui f. bellam.—17 Pal. 1. quo majores res erant; rō res non erat in Colon. et Sieb. unde Heinsius conj. quia majores gesserat. Pal. 1. medus pro modus.—18 Idem codex omittit hostes ante rinci. Pal. et Bong. 1. nec tacitus; Voss. 2. omittit ne. Pro demtum Heinsius conj. ademtum. Voss. 2. existimans pro existimans.—19 Pal. Dan. Pith. Put. Fanch. et edd. nosset spiritum; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. nosset spiritus, quod recepit Schmied. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. arbitrio; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. Fanch. Pith. Put. Bong. 1. 2. Amst. et Lugd. arbitria; vulgg. ante Freinsh. arbitrium. Leid. et Voss. 1. consilium.—20 Pal. 1. ut o.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Haud amplius CCC.] Addit quingentos Diodorus; ex quo verisimilius est peccare Curtii codices, ubi leguntur solum CIO, aut CCC.

<sup>e</sup> Spartum] Non ita fregit tamen, ut Spartanorum Respublica regnumque aliquamdiu non steterit. Regnum enim est Lacedæmone usque ad Agesipolim: quo a piratis occiso cum Romam peteret, a tyrannis aliquamdiu vexati sunt, externisque hostibus; demum in Romanorum ve-

nere potestatem. Hodie Sparta vocatur *Misithra*; regio ipsa magnam partem *Brasso di Maina*; cuius incolæ *Maniokæ* soli ab Turcorum sese imperio hactenus immunes intati sunt.

<sup>f</sup> Concilium] Amphictyonum vocabatur ille conventus legatorum ex præcipuis septem civitatibus, de publicis Græciæ rebus deliberantium. Sic appellati sunt ab eo qui primus hoc instituit, Amphictyone Heleni filio.

mittere ad regem liceret' precati, veniam defectionis præter auctores impetraverunt. Megalopolitani,<sup>5</sup> quorum urbs erat obsessa a defectione, Achæis et Ætolis cxx. talenta dare jussi sunt. 21. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum<sup>b</sup> est, quam Darium Alexander apud Arbela superaret.

11. 1. Sed ut primum instantibus curis laxatus est animus,<sup>a</sup> militarium rerum quam quietis otiique patientior;<sup>c</sup> excepere eum voluptates: et quem arma Persarum non fregerant, vitia vicerunt; 2. intempestiva convivia, et perpotandi pervigilandique insana dulcedo, ludique, et greges pellicum, omnia in externum lapsa [sunt] morem: quem

<sup>a</sup> *Bellicis laboribus ferendis, quam otio fruendo aptior.*

~~~~~

mitteret, et mox omittit liceret. Dan. et Bong. 1. omittunt *precati*, pro quo Pal. 1. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *precari*. Voss. 2. Pal. 1. Venett. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Junt. Mer. Col. et Bas. *grate veniam*; Bong. 1. *gete veniam*; Florent. et Voss. 1. *geuta veniam*; Dan. et Bong. 2. *grata veniam*; Vulgg. a Modio ad Freinsh. *non grate veniam*; Theocr. *agre veniam*. Vide Not. Var. Pal. 1. *propter auctores*; Theocr. *preterquam auctoribus*. Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. aliæ ante Freinsh. *Megalopolitanis*; Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Megalopollitani*; Bong. *Megalopelitani*; Pal. 1. *Megalepelitani*; Dan. Florent. Leid. et Voss. 2. *Megalepolitani*; Voss. 1. Pith. Pnt. Veron. et edd. post Freinsh. omnes, *Megalopolitani*. Voss. 2. Bong. Lugd. et Amst. *obsessa erat*; Florent. et Voss. 1. *obsesserat*. Leid. et Voss. 2. *a defectionis ejus*; Veron. *ad defectionis ejus multam*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *ad defectionis ejus multam*; Bong. omittit *multam*. Pro *Achæis et Ætolis*, Florent. *Achas et Eli*; Voss. 1. *Achas Seteli*; Voss. 2. Veron. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Achasetoli*; Pith. *Achastelli*; Bong. 1. et Fauch. *Achaseteli*; Mer. ac *Ætolii*; Bong. 2. *Arhasseteli*; Amst. et Lugd. *Achæis et Æleis*. Vide Not. Var. Frob. XX. *talenta*. Voss. 1. et nonnullæ edd. vett. post Modinum *jussis*; ceteri codd. et edd. antiquiss. et post Freinsh. omnes *jussi*.—21 Voss. *Arbela*, omisso *apud*; Pal. 1. *apud Harbelam*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. *apud Arbellam*; vulgg. a Mod. usque ad Freinsh. *apud Arbella*.

1 Voss. 2. *curis lassatis*. Voss. 1. *militarum rerum*.—2 *Tempestica* Bong. 1. Vide Not. Var. Florent. *et perpotanti*; Theocr. *perpotandi*; 2. *pernoctandi vigilandique*. Venett. Veron. et Mer. *insana cupido*. Voss. 1. 2. Florent. et Leid. *et g. pelicum*. Pal. 1. *in exterum*. Voss. 2. *lassa pro lapsa*. Florent.

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Megalopolitani*] Megalopolis urbs Arcadiæ in media Peloponneso. Hodie *Leontari* dici volunt. 'Achæi' lib. iv. cap. 5. 'Ætoli' lib. iii. cap. 1.

<sup>b</sup> *Prius finitum*] Repugnat quod scribit Diodorus lib. xvii. ad Olymp.

CXII. an. 3. rumore præsertim Arbelicæ cladis impulsos Græcos ut in libertatem sese vindicarent, dum aliquid virium Persis supererat.

<sup>a</sup> *Animus*] Alexandri. *In externum*] Persicum aut Babylonicum morem.

æmulatus quasi potiozem suo, ita popularium animos oculosque pariter offendit, ut a plerisque amicorum pro hoste haberetur. 3. Tenaces quippe disciplinæ suæ, solitosque parco ac parabili victu ad implenda naturæ desideria defungi, in peregrina et devictarum gentium mala impulerat.<sup>a</sup> 4. Hinc sæpius comparatæ in caput ejus insidiæ: secessio militum, et liberior inter mutuas querelas dolor: ipsius deinde nunc ira, nunc suspiciones, quas excitabat inconsultus pavor: ceteraque his similia, quæ deinde dicentur. 5. Igitur cum intempestivis conviviis dies pariter noctesque consumeret; satietatem epularum ludis interpolabat,<sup>b</sup> non contentus artificum,<sup>c</sup> quos e Græcia exciverat, turba: quippe captivæ [fœminarum] jubebantur 'suo

<sup>a</sup> Tenui ac vulgari cibo ad suppeditanda corpori necessaria uti assuetos, peregrinis devictorum Persarum vitiis infecerat.

<sup>c</sup> Concivia ad satietatem agitata intermiscerebat spectaculis.

=====

Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. omittunt *sunt*, probante Scheffero. Vid. Not. Var. Florent. Leid. Dan. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. et Mer. *quemque æmulatus*; Pith. *æmulatus quemque*. Voss. 2. omittit *quasi*. Lugd. et Amst. *quasi potentiozem*. Pal. 1. *suorum* pro *suo*. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *ut plerisque*, omissa præpositione.—3 Ald. *parto* pro *parco*. Pal. 1. *nunc pro naturæ*. Pith. omittit *defungi*. Pro *et devictarum*, ut in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. 2. Pith. Put. et Fauch. *et devictarum* habent Pal. 1. Bong. 1. Mer. Bas. Ald. et Col. *et victarum* vulgg. ante Freinsih. *mutuas querellas* Voss. 1.—4 Ed. pr. Venett. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. ceteræ ante Freinsih. *ipsius deinde nunc ira, nunc suspiciones*. 'Verba *nunc ira* non leguntur in Cellarii Snakenburgique editionibus, per oscitationem, ni fallor, operarum.' Bothe. Desunt etiam in edd. Freinsih. Amst. 1696. Barb. et Schmieder. sed habentur in ed. Cellar. qua nri sumus, sc. an. 1727. Mait. Tell. Pitisc. et Bip.—5 Bong. 1. *cum tempestivis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *ludis interpolabat*. Frob. Mer. Col. et Bas. *musica artificum*. Pro *exciverat*, quod ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Schmieder recepit, alii codd. et edd. habent *excitaverat*. Pro *turba* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *turbæ*; Voss. 2. *turbe*. Vide Not. Var. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *fœminarum*. Voss. 2. et Pal. 1. *videbantur suo ritu*.—

#### NOTE

<sup>b</sup> *Interpolabat*] Vide quæ de hoc verbo dicta sunt lib. iv. cap. 6. Hoc loco negat Freinshemius 'interpellandi' verbum posse admitti; affirmat Gronovius, cui potius assentiar, vel ipsa Freinshemii ratione nixus, quod 'interpellare' sit 'intercedere.' Sic

enim Alexander, non tam epulas, quam satietatem interpellabat; ludis, quominus fastidium epularum suboriretur, intercedentibus.

<sup>c</sup> *Artificum*] Musicorum, ludionum, &c. *Captivæ fœminarum*] Hellenismus, pro 'captivæ fœminæ.'

ritu canere' inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen.<sup>d</sup> 6. Inter quas unam rex ipse conspexit mœstio-rem quam ceteras, et producentibus eam verecunde reluc- tantem: 'excellens erat forma, et formam pudor honesta- bat; dejectis in terram oculis et, quantum licebat, ore ve- lato, suspicionem præbuit regi, nobiliorem esse, quam ut inter convivales ludos deberet ostendi. 7. Ergo interro- gata 'quænam esset? neptem se Ochi,<sup>d</sup> qui nuper regnasset in Persis, filio ejus genitam esse,' respondit; 'uxorem His- taspis fuisse:' propinquus hic Darii fuerat, magni et ipse exercitus prætor. 8. Adhuc in animo regis tenues reliquiæ pristini moris hærebant: itaque fortunam regia stirpe genitæ et tam celebre nomen reveritus, 'non dimitti modo captivam, sed etiam restitui ei suas opes' jussit: 'virum quoque re- quiri, ut reperto conjugem redderet.' 9. Postero autem die præcipit Hephæstioni, 'ut omnes captivos in regiam jube- ret adduci:' ubi singulorum nobilitate spectata, secrevit a vulgo, quorum eminebat genus. Decem hi fuerunt; inter quos repertus est Oxathres<sup>e</sup> Darii frater, non illius fortuna,

<sup>d</sup> *Ingratam exterorum Macedonum auribus cantilenam.*

<sup>e</sup> *Cum pudore resistantem iis qui ipsam in medium pertrahebant.*

<sup>f</sup> *Sejuxxit a vulgari captivorum turba illos, quorum stirps nobilitate excellabat.*

6 Both. pro glossemate habet vocem *rex*. Ed. pr. Venet. Veron. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *et producentibus eas*. Pal. 1. *et pudor*, omisso *et formam*; Voss. 1. *et f. p. honestabat*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. Amst. et Lugd. *ludos convivales*.—7 Pro *neptem* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *neptim*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Histaspis*; Schmie- der. legendum putat *Hystaspis* ex Arrian. vii. 6. 7.—8 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Pith. Put. Fauch. Bong. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Frob. Mer. Ald. Colin. Gryph. et Bas. *nomen neptem Ochi reveritus*. Ald. Colin. Gryph. et codd. Bong. *sed et restitui*.—9 Florent. Voss. 1. 2. Col. et Bas. *Ephæstioni*. Pal. 1. et Voss. *in regiam deberet adducere*. Florent. Leid. Dan. et Bong. *ibi singulorum*. Mox pro *Decem* Pith. Fauch. Bong. 1. 2. et vulg. ante Freins. *mille*; Leid. et Voss. 1. ∞. Pro *Oxathres* ut in Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Ald. habet *Oxyatres*; Pal. 1. *Meathles*; Voss. 2. *Menathres*; Pith. vero

## NOTE

<sup>d</sup> *Ochi*] De illo diximus ad lib. iii. est lib. iii. cap. 11. Ubi quandove cap. ult. Vide Just. lib. x. Capta captus sit, nemo, quod sciam, prodit. Sed nisi Isico prælio captus fo-

<sup>e</sup> *Oxathres*] De isto quoque dictum ret, aliqua ejus mentio ad Arbela

quam indole animi sui clarior. 10: Sex et viginti millia talentum proxima præda redacta erant: e quis duodecim millia in congiarium militum absumpta sunt: par huic pecuniæ summa custodum fraude subtracta est. 11. Oxydates erat nobilis Perses, qui a Dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in vinculis; huic liberato satrapeam<sup>f</sup> Mediæ attribuit: fratremque Darii recepit in cohortem amicorum, omni vetustæ claritatis honore servato. 12. Hinc in Parthienen<sup>g</sup> perventum est, tunc ignobilem gentem, nunc

~~~~~

omittit.—10 Leid. XXVI. millia; Florent. Voss. 2. et Pith. omittunt millia. Aldus vero totum hunc versiculum non agnoscit. *S. et v. m. talentorum* Frob. Mer. Col. et Bas. *e proxima* Voss. 2. et Pal. 1. *præda redacta* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Bas. Col. et Mer. Pro *e quis*, Florent. habet *quis e*; Dan. *quis e*; Leid. et Voss. 1. *qui se*; Pal. 1. et Voss. 2. *quis*; Mer. Col. et Bas. *equis*. 'Necease nou est ut cum Gronovio legas: *tredecim millia*.' Schmie-der. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *adsumpta sunt*; Mer. Col. Bas. et Fauch. *assumpta sunt*. Voss. 1. *per huic*. Voss. 2. *par huic pecunia*. Pal. 1. *fraude sub detracta est*.—11 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Amst. Frob. Lugd. Col. Mer. et Bas. *Oxydates*. Lugd. Amst. alii *Perses*, a *Dario*, omisso *qui*. Voss. 2. *capitali iudicio*. Dan. Bong. 1. et Fauch. *huic liberto*. Voss. 2. *satrapeam Mediæ*; vulgg. *satrapiam Mediæ*; Leid. Florent. Voss. 1. Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. Frob. Ald. Colin. Gryph. Lugd. Mer. Col. et Bas. *satrapeam Mediæ*. Mer. *omni vetustate*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Mer. et Col. *caritatis*.—12 Pal. 1. in *Perthienem*; Ald. et Elz. omit-

#### NOTE

feret. Aliunde tamen mirum videri potest tamdiu captivi Oxathris nullam hactenus mentionem esse factam, cum Satraparum captorum nomina et provinciæ sæpe commemoratæ fuerint. *Indole*] Vide Curtium lib. III. cap. 11.

<sup>f</sup> *Satrapeam*] Vide lib. v. cap. 1. Hæc porro data Oxydati fuerat ab Alexandro, antequam Media excederet Darium insecuturus; relicto interim Ecbatanis Harpalo cum sex millibus, qui regioni et pecuniæ ex Persis allatæ præsidio essent. Hæc Arrianus. *Fratrem Darii*] Oxathrem.

<sup>g</sup> *Parthienen*] Atqui jam erat in Parthiene, quam ex Media per Caspias Pylas erat ingressus post Darium, ut docet Arrianus. Hæc enim, vel ipso Ptolemæo teste, prima oc-

currit per Caspias portas adeuntibus Parthiam. Responderi tamen possit, quod indicat Strabo lib. XI. Parthiam initio non pertigisse ad Pylas usque Caspias; eoque sensu locutum Curtium. Est autem Parthia (Strabo Parthymæam vocat) est, inquam, Asiæ regio quam ad Occidentem mons Coronus a Media dividit, ad Meridiem Parchoatras a Perside et Carmania deserta; ad Ortum Masdoranos ab Aria, ad Septemtrionem ejusdem Coronis pars ab Hyrcania. [Ita Ptolemæus. Sed alia quoque istorum montium nomina leguntur apud alios. Strabo quidem eos omnes Parchoatræ nomine complectitur. Diversa hodie Parthiæ nomina pro diversis partibus.

caput<sup>h</sup> omnium, qui post Euphraten et Tigrim amnes siti Rubro mari<sup>i</sup> terminantur. 13. Scythæ regionem campe-  
stem ac fertilem occupaverunt; graves adhuc<sup>j</sup> accolæ:<sup>k</sup>  
sedes habent<sup>k</sup> et in Europa, et in Asia: qui super Bospo-

<sup>k</sup> Vicini etiamnum importuni Persis.

tunt in. Ed. Cellar. ap. Snak. nunc c. omnino; nostra vero Cellar. an. 1727. nunc c. omnium.—13 Voss. 2. non campestem at fertilem. Pith. graves ad-  
colæ, omisso adhuc; Ald. Frob. Mer. et Col. graves adhuc incolæ; Bas. graves  
adhuc incolæ; Acid. emend. gnari adhuc agricolæ; sed Fauch. Put. Dan.  
Bong. 1. 2. Pall. Florent. Voss. 1. 2. graves adhuc adcolæ. Voss. 2. Ald.  
Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. qui super Bosporum mare; Pal. 1.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Nunc caput] Quemadmodum Me-  
dis et Persis paruerant, ita Macedo-  
nibus fuere subjecti; Eumeni pri-  
mum, deinde Antigono Poliorcetæ  
patri, denique Seleuco Nicatori ejus-  
que posteris Syriæ regibus: donec  
sub Antigono Oeſ rebellarunt pri-  
mum; tum filio ejus Callinico aliis  
occupato bellis, Arsace quodam duce  
jugum penitus excusserunt: ab eo-  
que Arsacidarum familia propagata,  
Persis quondam subjectas ultra Eu-  
phratem regiones in ditionem redegit  
suam. Regnabat Callinicus ab anno  
ante Christum 246.

<sup>i</sup> Rubro mari] Rubrum mare, Indi-  
cus Oceanus, de quo Curtius lib. VIII.  
cap. 9. *Scythæ*] De Scythis plura  
dicentur lib. VII. cap. 7. *Occupave-  
runt*] Bis, ut apparet, regionem hanc  
invaserunt gentes e Scythia profectæ.  
Primi irruptionem fecere, suumque  
regioni nomen indidere Parthi, quod  
Scythico sermone, ut ait Justinus lib.  
XLI. et Eustathius ad Dionys. Perieg.  
'exules' sonat. Quamquam Suidas  
Scythas omnes ait a Persis vocari  
'Parthos,' exules. De quo lege  
Reinecc. in Reg. Parth. Horum ad-  
ventus incertum ad quæ tempora re-  
ferendus sit. Jam tum sub Assyrio-  
rum imperio Parthorum nomen ex-  
titisse indicat Justinus. Altera Scy-

tharum invasio fuit, ejus apud Stra-  
bonem mentio est lib. XI. 'Arsaces  
Scythæ,' inquit, 'Dais quibusdam im-  
perans cognomento Parnis, Nomadi-  
bus, qui ad Ochum fluvium accole-  
bant, Parthiam invasit,' &c. Hic  
ipse est Arsaces, de quo modo egi-  
mus. Utramque profectionem, etsi  
minus distincte, idem attigit Justi-  
nus lib. LXI.

<sup>j</sup> Graves adhuc] Qui? Quibus 'gra-  
ves accolæ?' Certe qui regionem ip-  
sam occuparunt seu primi, seu postre-  
mi, non jam accolæ, sed incolæ sunt  
ipsius Parthiæ. Nec de Romanis  
hoc intelligi locns ratiove patitur. Sic  
ergo intellige: Parni regionem inva-  
serunt ex Scythis oriundi, quibuscum  
assidua deinde propter viciniam bella  
Parnis ipsis, jam Parthorum cum re-  
gione nomen adeptis, gerenda fue-  
runt, ut auctor est Justinus lib. XLI.  
et XLII. de his enim Scythis loquitur  
Curtius quos continuo subdit, sedes  
habere et in Europa, et in Asia. Hoc  
fere modo quis olim diceret Italiam  
subalpinam Gallos occupavisse, gra-  
vesque adhuc accolæ esse illi ipsi  
subalpinæ Italiæ; non eos ipsos nti-  
que qui illam insederunt, sed Gallos  
ex quibus isti profecti sunt.

<sup>k</sup> Sedes habent] Quicquid terrarum  
ultra Caspium mare, Pontum Euxi-



rum<sup>1</sup> colunt, ascribuntur Asiæ; at qui in Europa sunt, a lævo Thraciæ<sup>m</sup> latere ad Borysthenem,<sup>n</sup> atque inde ad Tanain<sup>o</sup> alium amnem, recta plaga attinent. 14. Tanais Europam et Asiam medius interfuit: nec dubitatur, quin Scythæ, qui Parthos condidere,<sup>p</sup> non a Bosporo,<sup>q</sup> sed ex re-

—————

q. s. *Possorum mare.* Pith. ascribuntur. Voss. 1. 2. *ad Boristenem.* Pro attinent, quod servant Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. nonnullæ edd. habent *pertinent.*— 14 <sup>1</sup> Ex ipso ordine rerum narratarum intelligas, non Curtii, sed nescio cuius glossatoris, esse verba: *Tanais E. et A. m. interfuit:* petita illa fortasse ex VII. 7. sub initium. *Bothe.* Voss. 1. *quia scite.* Pith. *sed regione,* omissa præpositione; Voss. 1. 2. Pith. Lugd. et Amst. *sed ex Europæ regione.* Voss. 2.

#### NOTÆ

num, et Carpathios montes in Septemtrionem extenditur; initio apud Veteres, nunc Scythiæ, nunc Sarmatiæ nomine comprehendebatur; postea in varios tam Europæa, quam Asiatica, populos divisa est.

<sup>1</sup> *Qui super Bosporum]* Bosporus maxime duplex celebratur; Thracius, inter Thraciam et Bithyniam, in cuius citimo littore sita Constantinopolis; et Cimmerius, per quem Mæotis Palus Euxino Ponto committitur. Est autem Bosporus fretum ita angustum, ut bos nando trajicere possit: unde 'Bosphori,' vel magis 'Bospori,' nomen, a βούς et ῥόπος, quasi *botis trajectus.* Thracius enim quatuor admodum stadia, sive quingentos passus in latitudinem patet. Huic hodie nomen *le Canal de la Mer Noire.* Cimmerius a Cimmeriis olim populis dictus, nunc vulgo *Détroit de Caffa.* De isto Curtius intelligendus.

<sup>2</sup> *A lævo Thraciæ]* Ptolemæus Thraciam inter et Scythas interponit Daciam; verum alii hanc quoque, cum Curtio, Scythiæ vel Sarmatiæ Europæ partem faciunt.

<sup>3</sup> *Ad Borysthenem]* Borysthenes, hodie *Nieper,* Sarmatiæ fluvius nobilissimus, ex duplici fonte ortus, in Pontum Euxinum se effundit ad urbem *Oczacow.*

<sup>o</sup> *Ad Tanain]* Memoratissimus hic apud Veteres præsertim Geographos fluvius, Asiæ et Europæ limes ab iis constitutus; quanquam de ejus fontibus deque cursu mira inter illos fuit opinionum discrepantia, ut ex Strab. lib. 1. intelligimus, et lib. xi. sub initium. Geminum recentiores agnoscunt Tanaim. Major ex lacu inter Sirgatis et Exorbyeitas nascitur, ubi regio est Moschovitica, *Rezan* dicta: indeque longo flexu ad Boream et Orientem procurrens, tum ad Africum reflexus, in Mæotidem se paludem exonerat prope Tanaim urbem, hæc est, *Asaph.* Minor in Moschovitici imperii, et Minoris Tartariæ confinis ortus, in Majorem se effundit. Utrique vulgatum nomen est, *le Don.* Sed quid in Tanai Curtius cum aliis multis peccaverit, dicemus ad lib. VII. cap. 7.

<sup>p</sup> *Qui Parthos condidere]* Gemina, ut diximus, Scytharum facta est in Parthiam irruptio. Primi Parthiæ nomen, postremi imperium attulere. Illos si Curtius intelligit, nec refelli, opinor, nec probari facile potest quod affirmat. Sin de istis agitur, non ita exploratum est eos ex Europa venisse, ut ex Strab. lib. xi. intelligimus. Quippe 'non est prorsus in confesso,' inquit, 'esse quasdam Dahas Scythas

gione Europæ penetraverint. 15. Urbs erat ea tempestate clara Hecatompilos,<sup>1</sup> condita a Græcis: ibi stativa<sup>2</sup> rex habuit, commeatibus undique advectis. Itaque rumor, otiosi militis vitium, sine auctore percerebuit, 'regem contentum rebus, quas gessisset, in Macedoniam protenus redire statuisset.' 16. Discurrunt lymphatis similes in tabernacula, et itineri sarcinas aptant: signum datum crederes, ut vasa colligerent. Totis castris tumultus hinc contubernales suos requirentium, hinc onerantium plaustra, perfertur ad regem. 17. Fecerant fidem runiori temere vulgato Græci<sup>3</sup> 'milites, 'redire' jussi 'domos,' quorum equitibus singulis denariorum<sup>4</sup> sena millia dono dederat.

penetraverunt.—15 Bong. *Hæcatomphilos*; Florent. et Leid. *Hæcatomphilos*; Voss. 1. 2. *Hecatomphilos*; Dan. *Hecatomphilos*; Pal. 1. *Hæc tomphilos*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *Atomphilos*. Pro *vitium*, quod Sigeb. Florent. Leid. Bong. 1. 2. Fauch. et Pith. servant, vulgg. a Modio ad Freinsh. *virritim*; Voss. 1. 2. *victim*; Pal. 1. et Dan. *ritum*. Bong. *contentum esse rebus*. Pith. omittit *protinus*.—16 Voss. 2. *lymphaticis*; Pith. *lymphantis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt in ante *tabernacula*. Dan. *signum datum*, sed superscripto *n*, quasi esset *signo dato*, quomodo habent Voss. 2. Pal. 1. Venet. Veron. Bas. Mer. Ald. Junt. Colin. Gryph. Frob. et Col. *hinc onerantium* Bong.—17 Mer. *rumore t. vulgato*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Fanch. Put. Pith. et Bong. 1. 2. *denarium s. millia*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Dan. omittunt: *dono dederat*; Pal. 1. ha-

## NOTÆ

supra Mæotidem,' unde Parnos quidam profectos putarunt. Quare 'alii Arsacem e Bactrianis fuisse tradunt,' qui et ipsi a Scythia oriundi erant.

<sup>1</sup> *A Bosphoro*] Ab Asiatico Bospori Cimmerii littore.

<sup>2</sup> *Hecatompilos*] Græcum nomen, ab *ἑκατόν*, *centum*, et *πόλη*, *porta*, quod centum haberet portas; quam ob causam Thebis quoque Ægyptiis idem nomen inditum ferunt, sed a Græcis videlicet. Ac valde vereor ne Græca appellatio, a veteribus Græcis imposita, posteros induxerit, ut a suis quoque conditam crederent, fingerent. A quibus enim Græcis condita sit, nullus quod sciam prodidit. Nec satis historicum esse puto ad fabulosas Bacchi aut Herculis expeditiones recurrere. Fuit hæc initio Parthorum Arsacidarum regia, quam A-

Delph. et Var. Clas.

pollodorus apud Strabo. lib. xi. a Caspiis portis remotam esse tradit 1960. stadiis, sive milliaribus ducentis quadraginta quinque; Plinius duntaxat centum triginta tribus.

<sup>3</sup> *Stativa*] Vide lib. iv. cap. 9. *Lymphatis*] Ibidem cap. 12. *Vasa*] Vasa colligere dicuntur, qui supellectilem omnem in sarcinas componunt, sequæ itineri parant; quod unico vocabulo 'convasare' dicitur, *plier bagage*.

<sup>4</sup> *Græci*] Thessalos fuisse putem, quos ab eo domum remissos Arrianus et Plutarchus docent. Verum hos missionem Ecbatanis obtinuisse idem auctor est Arrianus; ubi Darium vinctum audivit, Plutarchus. Nenter de isto tumultu meminit. Ex Diodoro Curtius accepit, et suo more orationem finxit.

<sup>5</sup> *Denariorum*] De denariis lib. v.

Q. Curt.

2 E

Ipsis quoque finem militiæ adesse credebant. 18. Haud secus, quam par erat, territus Alexander, qui Indos atque ultima Orientis peragraré statuisset, præfectos copiarum in prætorium contrahit : obortisque lacrymis, 'ex medio gloriæ spatio revocari se, victi magis, quam victoris fortunam in patriam relaturum' conquestus est: 19. 'nec sibi ignaviam militum obstare, sed Deorum invidiam, qui fortissimis viris subitum patriæ desiderium admovissent,<sup>A</sup> paulo post in eandem cum majore laude famaue redituris.' 20. Tum vero pro se quisque 'operam suam' offerre: difficillima quæque poscere; polliceri 'militum quoque obsequium, si animos eorum leni et apta oratione permulcere voluisset. 21. Nunquam infractos et abjectos recessisse, quoties ipsius alacritatem et tanti animi spiritus haurire' potuissent. Ita se facturum esse' respondit. 'Illi vulgi aures præparent sibi:' satisque omnibus, quæ in rem videbantur esse, compositis, 'vocari ad concionem exercitum' jussit, apud quem talem orationem habuit.

III. 1. 'Magnitudinem rerum, quas gessimus, milites, intuentibus vobis, minime mirum est, et desiderium quietis,

<sup>A</sup> *Repentinam patriæ revisendæ cupiditatem immisissent.*

<sup>1</sup> *Tam alacris animi sensus percipere.*



bet: dono data. Col. et Bas. *Ipsi quoque.*—18 Haud s. quam parebat codd. Modii. Bong. 1. 2. *territos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. omittunt *Alexander.* Voss. 2. et Pal. 1. *peragraré statuit.* Pal. 1. *prætores copiarum;* et mox *abortisque lacrimis.* Voss. 2. et Pal. 1. *revocare se.* Pal. 1. *in patriam relaturus.*—19 Voss. 2. *nec s. militum ignaviam.* Voss. 1. *sed Deum invidiam.* Florent. Leid. et Voss. 1. *in eadem.* Pal. 1. *majore laude, omisso cum.* Pal. 1. *rediturus.*—20 Mer. *et difficillima.*—21 Pal. 1. *quo ipsius.* Leid. *tanti animis.* Venet. Vet. an. 1474. Veron. et Mer. *spem haurire.* Pro *Illi,* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. Lugd. Amst. Frob. Col. Bas. et Mer. *Illi modo;* Voss. 2. Pal. 1. et Ald. *Illi vero.* Alii omittunt *vulgi,* pro quo Col. habet *vulgati.* Florent. Leid. Voss. 2. Pith. Put. Bong. 2. et Fauch. *præpararent.* Plurimæ edd. ante Freinsh. omittunt *esse* post *videbantur.*

1 Mer. *intuentibus nobis...quieti.* Leid. *ad societatem gloriæ.*—2 Ald. Colin.

#### NOTÆ

cap. 1. Denariorum sex millia, talentum efficiunt, hoc est, monetæ Franciæ hodiernæ libras circiter 2550. Vide lib. III. cap. ult.

et satietatem gloriæ occurrere. 2. Ut omittam Illyrios,<sup>a</sup> Triballos, Bœotiam, Thraciam, Spartam, Achæos,<sup>b</sup> Peloponnesum, quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioque perdomui : \* 3. ecce orsi bellum ab Hellesponto, Ionas, Æolidem servitio barbariæ impotentis exemimus: Cariam, Lydiam, Cappadociam, Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Pisidas,<sup>c</sup> Ciliciam, Syriam, Phœnicen, Armeniam, Persidem, Medos, Parthienem habemus in potestate : 4. plures provincias complexus sum, quam alii urbes ceperunt : et nescio, an enumeranti mihi quædam ipsarum rerum multitudo subduxerit. 5. Itaque si crederem, satis certam

\* *Alia per me ipse, alia per meos Prætores subegi.*

Gryph. Mer. Bas. et Frob. *Illyricos*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. 1. 2. Fauch. Pith. et Put. *Illyrios*. Florent. *Bœotiam*. Ald. et Mer. *Acheos*. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. 1. 2. Pith. Put. et Fauch. *Peloponnesum*; Dan. *Peloponnesum*; Bas. et Col. *Peloponnesum*; Florent. *Meloponnesum*.—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Dan. *ecce orsum*. Ed. vett. Freinsh. et recentt. *ad Hellespontum*; Bong. 1. Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. aliæ ante Freinsh. *ab Hellesponto*, quod revocavit Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *ad Hellesponto*; Dan. *Hellesponto*, superscripta novissimæ literæ hac nota ù. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Bong. 2. *barbariæ impotentes*; Bong. 1. *b. impotentis*, sed superscripta literæ i alia *e*. Pro *exemimus* Pal. 1. *excomimus*. Ald. *Carium*. Voss. 1. 2. *Frigiam*. Florent. *Papagoniam*; Voss. 1. *Pagoniam*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Col. Bas. Mer. Ald. Colin. Gryph. et Frob. *Pisides*. Edd. ante Snak. *Parthienem*; Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. *Parthienem*. Voss. 2. *habentes in potestatem*; Pal. 1. *habentes in potestate*.—4 Pal. 1. et Voss. 2. *plures regiones c. sum*. Voss. 2. *an neme ranti*; Pith. *an enumerati*. Frob. *quasdam ipsarum multitudo*.—5 Voss. 2. *ego enim vero*; pro quo Pal. 1.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Illyrios*] Quæ sequuntur regionum populorumque nomina, suis quæque locis explicata sunt, paucis exceptis. Triballi Mysiæ inferioris populi ad Occasum, inter Hæmum et Danubium.

<sup>b</sup> *Spartam, Achæos*] Ad hos referri videtur quod subiungit, 'imperio auspicioque' meo 'perdomui,' per Antipatrum videlicet; quod initio hujus libri vidimus. Sed pugnat ipse sibi Curtius, qui de Antipatri victoria loquentem hic Alexandrum inducit, cum idem lib. VII. cap. 4. scribat

nuntios ab Antipatro de Peloponnesium defectione missos sub ipsa motuum illorum initia, Bactria deum asssecutos Alexandrum esse, necdum tamen de victoria quicquam afferre potuisse.

<sup>c</sup> *Pisidas*] Populi fuerunt Majoris quondam Phrygiæ ad Ortum accolæ, vel, ut aliis placet, incolæ: Lycæoniam ab Occasu attingunt; ad Meridiem Pamphylia, ad Boream Galatia terminantur. Horum urbs fuit Antiochia Pisidiæ.

esse possessionem terrarum, quas tanta velocitate domuimus; ego vero, milites, ad penates meos, ad parentem sororesque et ceteros cives vel renitentibus vobis erumperem, ut ibi potissimum parta vobiscum laude et gloria fruerer, ubi nos uberrima victoriae præmia expectant, liberorum, conjugum parentumque lætitia, pax, quies, rerum per virtutem partarum secunda possessio. 6. Sed in novo, et (si verum fateri volumus) precario<sup>d</sup> imperio, adhuc jugum ejus rigida cervice subeuntibus barbaris,<sup>e</sup> tempore, milites, opus est, dum mitioribus ingeniis imbuantur, et efferatos mollior consuetudo permulceat. 7. Fruges quoque maturitatem statuto tempore expectant: adeo etiam illa sensus omnis expertia tamen sua lege mitescunt.<sup>f</sup> 8. Quid? creditis tot gentes alterius imperio ac nomine assuetas, non sacris, non moribus, non commercio linguæ nobiscum cohærentes, eodem prælio domitas esse, quo victæ sunt? Vestris armis continentur, non suis moribus; et, qui præsentibus metuunt, in absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas captas et inclusas, quia ipsarum natura non potest, longior dies mitigat. 9. Et adhuc sic

<sup>b</sup> *In recenti, et adhuc quasi voluntaria dominatione, cujus jugum barbari nondum subacto collo perferunt.*

<sup>c</sup> *Suo tempore paulatim maturescunt.*

~~~~~

enim o. Voss. 1. Florent. Leid. Mer. Bas. et Ald. vel *retinentibus vobis*; Voss. 2. vel *retinentibus nobis*. Pal. 1. ubi *vos liberrima*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. liberum pro liberorum. Dan. parentumque lætia. Pal. 1. *secula possessio*.—6 Voss. 2. et vulgg. ante Freinsh. *milite opus est*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Elz. Mer. et Col. *milites, opus est*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et plurimæ edd. *ingeniis imbuuntur*. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *melior pro mollior*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et vulg. ante Freinsh. *permulcet*.—7 Pal. 1. et Voss. 2. *Fruges vero maturitatem*. Pro *statuto* Freinsh. conj. *stato*.—8 Bas. *nomini*; sed Leid. Voss. 1. 2. Florent. Dan. Pal. 1. et Ald. *nomine*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. omittunt *non ante moribus*. Voss. 2. omittit *esse post domitas*. Voss. 2. et Pal. 1. *Nostris armis*. Voss. 2. omittit *continentur*. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. et Ald. *sed qui præsentibus*. Pro: *in absentia*, Acid. malit: *in absentes*, probante Schmieder. Mox Voss. 2. Pal. 1. et Ald. *quas pro quia*.—9 Voss. 2. *quæque fuerunt*;

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Precario*] Non quod reipsa precario imperarent, aut sponte sua barbari se subiecissent; sed quia tanta erat subactarum gentium multitudo,

tanta potentia, ut fama potius terroreque Macedonum, quam vi armorum numeroque domitæ essent.

ago, tanquam omnia subacta sint armis, quæ fuerunt in ditione Darii. Hyrcaniam\* Nabarzanes occupavit; Bactra non possidet solum parricida Bessus, sed etiam minatur: Sogdiani, Dahæ, Massagetæ, Sacæ, Indi sui juris sunt. Omnes hi, simul terga nostra viderint, sequentur. 10. Ille enim ejusdem<sup>f</sup> nationis sunt; nos alienigenæ et externi: suis autem quique parent placidius; etiam cum is præest, qui magis timeri potest. 11. Proinde aut, quæ cepimus, omittenda sunt, aut, quæ non habemus, occupanda. Sicut in corporibus ægris, milites, nihil quod nociturum est, medici relinquunt; sic nos, quicquid obstat imperio, recidamus. Parva sæpe scintilla contemta magnum excitavit incendium. Nihil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorum negligentia facies. 12. Ne Darius quidem hæreditarium Persarum accepit imperium; sed in sedem Cyri, beneficio Bagoæ<sup>g</sup> castrati hominis, admissus: ne vos

Pal. 1. et Mer. quoque fuerunt. Voss. 2. parricidas; Ald. paricida; sed hæc vox deest in Pith. Pro minatur Pal. 1. minitur. Florent. Leid. et Voss. 2. Sogdianide; Dan. Pal. 1. Bong. et Voss. 1. Sogdianidæ; Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. Sogdiani, Dææ. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. et Col. Sagæ. Pal. 1. sui jure sunt. Pith. Omnes isti. Multæ edd. ante Freinsh. simul, si terga; sed Florent. Leid. Voss. 1. Mod. Amst. et Lugd. simul terga. Florent. et Leid. viderunt si sequentur; Voss. 1. Dan. et Bong. viderint si sequentur; Bong. 1. viderint sin equentur. Both. scribi jussit: æ sequentur.—10 Florent. Leid. Voss. 1. suisque autem placidius parent; Fauch. suis enim quisque placidius parent; Bong. 1. 2. Voss. 2. Dan. et Pal. 1. suisque autem placidius parent; Pith. Syrisque autem placidius parent; Lugd. et Amst. suis quisque autem placidius parent. Bong. 1. 2. Pith. et Put. hic præest; Voss. 1. 2. his præest.—11 Pro omittenda, Dan. committenda, sed jugulata princeps litera, et alteri superscripta a; Pith. et Fauch. amittenda, quomodo et Pal. 1. in quo inversa hæc duo membra leguntur: cum quæ non habemus occupanda, aut quæ cepimus amittenda sunt; Voss. 2. aut quæ non habemus occupanda sint, aut quæ cepimus omittenda sunt. Pal. 1. et Voss. 2. omittunt. Sicut. Voss. 2. omittit milites, et mox exhibet: et medici. Florent. Leid. Dan. et Voss. 1. negligentia facies.—12 Pal. 1. Nec Darius. Voss. 2. beneficio Bagræ;

## NOTÆ

\* Hyrcaniam] 'Hyrcania' infra cap. seq. 'Bactra' lib. vii. cap. 4. 'Sogdiani' lib. vii. cap. 10. 'Dahæ' lib. vii. cap. 1. 'Massagetæ' ibid. 'Sacæ' lib. viii. cap. 4. 'Indi' lib. viii. cap. 9.

<sup>f</sup> Ejusdem] Per κατὰ φύσιν dicuntur ejusdem esse nationis, quod ei-

dem parerent imperio; quanquam ne subditi quidem Persarum aut Bessi erant imperio illorum plerique, ut Massagetæ, Dahæ, Sacæ, &c. Scythæ omnes, et sui juris.

<sup>g</sup> Beneficio Bagoæ] Vide Supplem.

lib. ii. cap. 1. et quæ diximus lib. iii. cap. 3. et 13.

magno labore credatis Bessum vacuum regnum occupaturum. 13. Nos vero peccavimus, milites, si Darium ob hoc vicimus, ut servo ejus traderemus imperium, qui ultimum ausus scelus, regem suum, etiam externæ opis egentem, certe, cui nos victores pepercissemus, quasi captivum in vinculis habuit, ad ultimum, ne a nobis conservari posset, occidit. 14. Hunc vos regnare patiemini? quem equidem cruci affixum videre festino, omnibus regibus gentibusque fidei, quam violavit, meritas poenas solventem. 15. At hercule, si mox eundem Græcorum urbes aut Hellespontum vastare nuntiatum erit vobis; quo dolore afficiemini, Bessum præmia vestræ occupasse victoriæ? Tunc ad repetendas res festinabitis: tunc arma capietis. 16. Quanto autem præstat territum adhuc et vix mentis suæ compotem opprimere? Quatridui<sup>b</sup> nobis iter superest, qui tot proculcavimus nives, tot amnes superavimus, tot montium juga transcurrimus. Non mare illud,<sup>i</sup> quod exæstuans iter fluctibus occupat, euntes nos moratur; non Ciliciæ fauces et angustiae includunt: plana omnia<sup>j</sup> et prona sunt. 17. In ipso limine victoriæ stamus: pauci nobis fugitivi et domini sui interfectores supersunt. Egregium me hercule



Pal. 1. *b. Bagora*; Ald. *b. Bugoë*.—13 *Nos vero peccamus* Pal. 1. *etiam externe* Voss. 1. *opus egentem* Pal. 1. et Bas. *certe* deest in Pith. *aut ultimum* Col.—14 Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. Bas. et Frob. *crucifixum videre*. Pal. 1. *gentibus regibusque*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *et fidei*. Voss. 2. *et meritas*.—15 Voss. 2. *si eundem mox*. Florent. Leid. et Voss. 1. *occupavisse victoriæ*.—16 *Qui quatridui nobis, &c.* Voss. 2. *transcurrimus* Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *inter fluctibus* Voss. 2. *nos euntes* Pith. *nos* deest in Bong. 1.—17 Voss. 2. *omittit sui ante interfectores*. Pal. 1. Ald. Colin.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Quatridui*] Hecatompylos Bactris aberat, si Plinio credimus lib. vi. cap. 15. stadia 2636. si Straboni, 4530. quorum etsi alterutrum falli constat, proculdubio tamen plus quatridui itinere supererat.

<sup>i</sup> *Non mare illud*] Pamphylium mare, de cuius transitu diximus lib. v. cap. 3.

<sup>j</sup> *Plana omnia*] Totum iter planum et declive est. Sed quam procul hoc abesset a vero, ex iis quæ sequuntur satis constabit. Parthia ipsa, unde egrediendum erat, montibus ac desertis vastissimis tota cingitur, ut ex Plinio aliisque discimus; præter Oxum fluvium, &c.

opus, et inter prima gloriæ vestræ numerandum posteritati  
famæque tradetis, Darii quoque hostis, finito post mortem  
ejus odio, parricidas esse vos ultos, neminem impium effu-  
gisse manus vestras. 18. Hoc perpetrato, quanto creditis  
Persas obsequentiores fore, cum intellexerint, vos pia bella  
suscipere, et Bessi sceleri, non nomini suo, irasci ?

iv. 1. Summa militum alacritate, jubentium, 'quocum-  
que vellet, duceret,' oratio excepta est : 2. nec rex moratus  
impetum, tertioque per Parthienem die <sup>a</sup> ad fines Hyrcaniæ  
penetrat; Cratæo relicto cum iis copiis, quibus præerat,  
et ea manu, quam Amyntas ducebat, additis sexcentis equi-  
tibus et totidem sagittariis, ut ab incursione <sup>b</sup> barbarorum  
Parthienem tueretur. 3. Erygyium 'impedimenta,' modico  
præsidio dato, 'campestri itinere ducere' jubet. Ipse cum  
phalange et equitatu CL. stadia <sup>c</sup> emensus, castra in valle,  
qua Hyrcaniam adeunt, communit. Nemus præaltis den-

Gryph. Bas. Col. Mer. Frob. Lugd. et Amst. *inter præmia gloriæ*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pith. Put. et Florent. *inter prima gloriæ, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Darium q. hostem*; 'quod si præplacet, delenda est, Freinshemio monente, vox parricidas,' Schmieder. Amst. Darii q. hostes. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *illius odio.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *vestras manus.*—18 Mer. *vos et pia bella.* Voss. 1. *suscipere.* Voss. 2. *non nomini ejus,* probante Snakenburgio.

1 Pro *jubentium*, Florent. Leid. tres Gronovii, Sigeb. Colon. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. *subeuntium*, quod Gronovio Obs. II. 4. Heinsio, et Snakenburgio recipiendum videtur. 'Heumanno tamen, recte opinor, magis probatur vulgata,' Schmieder. Bas. *subclaman-tium.* Leid. Voss. 1. et Col. *ducere pro duceret.*—2 Voss. 2. omittit *per ante Parthienem*; edd. vett. *per Parthienem.* Voss. 2. *ad finem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *cum his copiis.* Venet. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. et ceteræ ante Freinsh. *et ex manu.* Venet. Rom. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Mer. Frob. Ald. Colin. Gryph. et Basil. *sex millibus equitibus.* Voss. 2. *ab incursu.*—3 Pro *Erygyium*, Florent. *Frigum*; Leid. *Phrigum*; Voss. 1. *Riphum*; Ald. *Phrygium*; Dan. *Phrygum*; Voss. 2. et Pal. 1. *Phorigium*; Col. *Phorygium*; Mer. *Phrygiam*; Elz. *Erigium*; alii *Erygyum.* Pal. 1. omittit: *campestri itinere.* Bong. 1. *stadia mensus.* Mer. *communit.* *Nemus præaltum.* Voss. 2. omittit *densique.* Vulgo ante Freinsh.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Tertio die*] Diodorus tertio die quam cæstra moverat post sedatos milites, Hecatompylon venisse tradit.

<sup>b</sup> *Ut ab incursione*] Apud Arrianum lego missum in Tapuros Craterum

persequendis militibus exteris qui Darii secuti erant: Parthiæ vero Satrapem constitutum Ammynapem quendam Parthum.

<sup>c</sup> *CL. stadia*] Quinquaginta duo milia cum 50. passibus.



sisque arboribus umbrosum est, pingue vallis solum rigan-  
tibus aquis, quæ ex petris imminentibus manant. 4. Ex  
ipsis radicibus montium Zioberis<sup>d</sup> amnis effunditur, qui  
tria fere stadia in longitudinem universus fluit; deinde  
saxo, quod alveolum interpellat, percussus, duo itinera  
velut dispensatis aquis aperit.<sup>e</sup> 5. Inde torrens et saxo-  
rum, per quæ incurrit, asperitate violentior terram præceps  
subit.<sup>f</sup> Per ccc. stadia conditus labitur; rursusque velut ex  
alio fonte conceptus editur, et novum alveum intendit, priore  
sui parte spatiosior: 6. quippe in latitudinem XIII. sta-  
diorum diffunditur; rursusque angustioribus coercitus ripis  
iter cogit: 7. tandem in alterum amnem cadit, cui 'Rhidago'<sup>g</sup>  
nomen est. 7. Incolæ affirmabant, 'quæcumque dimissa

<sup>a</sup> A rupe quæ tenuem ejus alveum interrumpit resiliens, duos canales sibi facit, quasi ex æquo divisus undis.

<sup>b</sup> Postea rapidior factus, &c. subter humum repente conditur.

<sup>c</sup> Velut ex alia scaturigine natus oritur, et novum canalem ingreditur, latior quam prius fuerat.

<sup>d</sup> Iterumque coarctatus ripis minus distantibus, alveum contractiorem habet.



ex petris eminentibus; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Amst. ex petris im-  
minentibus.—4 Leid. Bong. 1. 2. et Voss. 1. Ziobetis; Voss. 2. Zoberis; Pal.  
1. Obentis; ap. Diodor. Στῖβερης μέγας ποταμός. Bong. 1. effundit. Vulgg.  
ante Freinsh. quod a. interpolat; Bong. 1. 2. Pal. 1. Dan. Fauch. Pith. Pat.  
Voss. 1. 2. Leid. Florent. et Const. quod a. interpellat, ut legendum putabat  
Acidalius. Ald. percursus.—5 Voss. 2. omittit: Inde torrens. Mer. exhibet:  
per quam incurrit; Pal. 1. per quæ currit. Pal. 1. præceps subit; alii:  
subit præceps. Sigeb. Florent. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. conceptus edit;  
Colon. et alius Modii: conceptas edit.—6 Voss. 2. in latitudine; Voss. 1. in  
altitudinem. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. decem et trium stadiorum; Pith.  
triginta et trium stadiorum. Pal. 1. velut angustioribus. Leid. et Voss. 1. co-  
hercitus ripis. Florent. Voss. 1. et Bong. 2. cadat; et sic Bong. 1. nisi quod  
ultimo a superscriptum est i. Florent. Leid. Dan. et Bong. omittunt cui.  
Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Dan. Ridagno; Voss. 2. Ridagus; Bong. 1. 2. Rida-  
grio; Ald. Rhindaco.—7 Dan. Pal. 1. quicumque dimisso; Leid. Voss. 1. 2.  
Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Bas. Mer. et Elz. quicumque dimissi; Florent.  
quicumque dimissa; sic Bong. 1. sed superscripto e syllabæ qui; Venet. et

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Zioberis] Stibætē Diodorus ap-  
pellat, ex quo forte Curtianus Ziobe-  
ris, sive Ziobetis, aut Zibetes, quomo-  
do alii legerunt. Alveolum] Ingen-  
tem fluvium ab ipso exordio Siculus  
describit. Interpolat] Vide lib. iv.  
cap. 6. et supra cap. 2.

<sup>e</sup> Rhidago] Hujus fluvii nec Diodo-  
rus, nec alius, quem sciam, in Hyrcania  
Parthiave meminit. Flaviorum  
porro qui se, ut Zioberis, sub terram  
condant, maxime insignium nomina  
collegit Rodolphus Agricola lib. iiii.  
de Nat. eorum quæ effluunt e terra.

essent in cavernam, quæ propior est fonti, rursus, ubi alios os amnis aperit, existere.’ Itaque Alexander ‘duos tauros, qua subeunt aquæ terram, præcipitari’ jubet, quorum corpora, ubi rursus erumpit, expulsa videre, qui missi erant, ut exciperent. 8. Quartum jam diem eodem loco quietem militi dederat, cum literas Nabarzanis, qui Darium cum Besso interceperat, accipit; quarum sententia hæc erat: ‘Se Dario non fuisse inimicum; immo etiam, quæ credidisset utilia esse, suasisse: et quia fidele consilium regi dedisset, prope occisum ab eo. 9. Agitasse Darium, custodiam corporis sui contra jus fasque peregrino<sup>f</sup> militi tradere, damnata popularium fide, quam per ducentos et triginta annos inviolatam regibus suis præstitissent. 10. Se in præcipiti et lubrico stantem<sup>f</sup> consilium a præsentī necessitate repetisse. Darium quoque, cum occidisset Bagoan,<sup>g</sup> hac excusatione satisfacisse<sup>h</sup> popularibus, quod insidiantem

<sup>f</sup> *Ubi fluvius novum exitum habet, emergere.*

<sup>f</sup> *In periculoso et ancipiti statu positum.*

Veron. quicunque immissi. Pal. 1. *propior esset*; Voss. 1. et Dan. *proprior est*, sed delet *r* in Dan. Vulgg. a Mod. usque ad Freinsh. *fontem*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Venet. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *fonti*. Pro *ubi*, Voss. 2. Ed. pr. Venet. Rom. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *sibi*; Voss. 1. et Bong. 1. *sibi*; Frob. vero: *per*. Voss. 2. Venet. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Col. Mer. et Bas. *apertum*; Florent. Leid. Voss. 1. Amst. et Lugd. *aperitur*; Frob. *in apertum*. Pal. 1. omittit *existere*. Mox Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. omittunt *tauros*. Pro *erumpit* Acid. conj. *erumpunt*.—8 *Quarto jam die* Voss. 2. *Nabarzanis* Florent. et Leid. Paulo post Ald. *quæ c. utilissima esse*.—9 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *per II. et CCC. annos*; Pith. et Fauch. *per duo millia et CCC. annos*. Mod. et qui eum secuti sunt usque ad Freinsh. *Persæ præstitissent*, improbane Schmieder.—10 Vulgg. ante Modium: *necessitate repetisse*. Pal. 1. *cum o. Bogran*. Voss. 2. et Pal. 1. *insidiantem peremisset*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et nonnullæ edd. *insidiantem interemisset*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. Freinsh. et recentt. *insidiantem sibi in-*

## NOTE

<sup>f</sup> *Peregrino*] Græcis militibus, cap. 10. *Popularium*] Persarum. *Ducen-*  
*tos et trig.*] Vide lib. iv. cap. 14.

<sup>g</sup> *Bagoan*] Eunuchum a quo evectus in solium fuerat; quem deinde insidiantem sibi coëgit venenum ebibe-

re quod regi paraverat. Vide Diod. lib. xvii. ad Olymp. cxi. an. 2.

<sup>h</sup> *Satisfecisse*] Excusatione opus habuit Darius, partim ob summam Bagogæ gratiam, cum ipse recenti ac velut precario potiretur imperio,

[sibi] interemisset. 11. Nihil esse miseris mortalibus spiritu carius : amore ejus ad ultima esse propulsum : sed ea magis esse secutum, quæ coëgisset necessitas, quam quæ optasset. 12. In communi calamitate suam quemque habere fortunam. Si venire se juberet, sine metu esse venturum. Non timere, ne fidem datam tantus rex violaret : Deos a Deo<sup>i</sup> falli non solere. 13. Ceterum si, cui fidem daret, videretur indignus, multa exilia patere fugienti : patriam esse, ubicumque vir fortis sedem elegerit.<sup>j</sup> 14. Nec dubitavit Alexander, fidem, quo Persæ modo<sup>j</sup> accipiebant, dare, 'inviolatum, si venisset, fore.'<sup>k</sup> Quadrato tamen agmine et composito ibat ; speculatores subinde præmittens, qui explorarent loca : 15. levis armatura ducebat agmen ; phalanx eam sequebatur ; post pedites erant impedimenta : et gens bellicosa et natura situs difficilis aditu curam regis intenderant.<sup>k</sup> 16. Namque perpetua vallis<sup>k</sup> jacet, usque

<sup>i</sup> Data fide polliceri futurum ipsam incolamem si ad Regem accessisset.

<sup>k</sup> Alexandri sollicitudinem auxerat.

~~~~~

teremisset.—11 Bong. 1. ad ultimum, exculpto a ; et mox omittit : *propulsum : sed ea magis esse*. Voss. 2. *esse securum*. Pal. 1. omittit : *quæ coëgisset necessitas* ; Voss. 1. 2. et Bong. etiam omittunt, *quam* ; Florent. et Leid. etiam : *quam quæ*.—12 Pal. 1. et Dan. *Deos adeo falli*.—13 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *sedem sibi elegerit*.—14 Verba : *quo Persæ modo accipiebant* deerrant in codd. Modii. Voss. 1. *et in composito ibat*.—15 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Mer. *et naturæ situs*. Pal. 1. *difficilis aditus*. Mer. et Bas. *regi intenderat* ; Theocr. *intenderant*, quod recepit Schmieder. ceteri omnes codd. et edd. *intenderat*.—16 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Dan. *valles*. Voss.

#### NOTÆ

partim ne nimium ingratus erga bene meritum videretur.

<sup>i</sup> *Deos a Deo*] Per adulationem dictum, quod sciret Alexandrum pro Jovis filio haberi velle.

<sup>j</sup> *Quo Persæ modo*] Fidem dabant juncta cum præsentibus, vel, si abessent, cum internuntiis dextera. Vide Brisson. Nabarzanem abfuisse Curtius, affuisse Arrianus scribit.

<sup>k</sup> *Perpetua vallis*] Hyrcaniam describit, felicem inprimis, amœnamque regionem : cujus limites sunt,

cum proprie dicitur, ab Austro Parthia Vetus, ab Occasu Tropatena Mediæ pars, a Septemtrione Caspium sive Hyrcanum mare, ad Orientem Margiana. Sed cum latius accipitur, ad Ochum usque fluvium pertinet, Margianamque Ptolemæi complectitur, immo et Parthiam ipsam Veterem. Hanc enim Macedones ipsique Persæ cum Hyrcania censuerunt, inquit Strabo lib. xi. Hyrcaniam recentiores vocant *Mazandaran*, alii *Tabarestan*, alii *Casson*, &c. sed ni-

ad mare Caspium patens. Duo terræ ejus velut brachia excurrunt: media flexu modico sinum faciunt, lunæ maxime similem, cum eminent cornua, nondum totum orbem sidere implente. Cercetæ,<sup>1</sup> Mosyni, et Chalybes a læva sunt: 17. ab altera parte Leucosyri et Amazonum campi; et illos, qua vergit ad Septemtrionem, hos ad occasum conversa prospectat. 18. Mare Caspium,<sup>m</sup> dulcius<sup>n</sup> ceteris, ingentis

2. *velut media brachia.* Pal. 1. et Voss. 2. non habent *media* ante *flexu*. Leid. *modica*. Voss. 2. *nondum orbem*, omisso *totum*.—17 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Cercetæ et Mosyni*; Voss. 2. *Cercetæ Mosin*; Pal. 1. *Corece Mosin*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Frob. Col. Elz. Lugd. et Amat. *Cercetæ Mossini*. Leid. et Voss. 1. 2. et *Calibes*; Ald. et *Calybes*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Elz. et *ab altera*. Pal. 1. *Leucosin*; Voss. 2. *Lecosiri*. Pal. 1. et *Amazonum*. Frob. *qua vergunt*; et *mox, prospectant*.—18 Voss. 2. omittit *serpentes*; pro quo Ald. et

## NOTE

hil incertius ista nominum veterum in recentia permutatione, cum nec sit, nec divisio plerumque respondeant.

<sup>1</sup> *Cercetæ*] Multa paucis contra Geographiam peccat Curtius: nam ut nihil dicam, illum terræ flexum in Lunæ crescentis speciem, qui apud Strab. lib. xi. et Plin. lib. vi. cap. 13. toti Caspii maris oræ Australi tribuitur, ad solius Hyrcaniæ littus restringi; hoc, inquam, ut omittam, quam te cumque in partem convertas, non quadrat Curtii descriptio. 'A læva,' inquit, 'Cercetæ,' 'Mosyni,' 'Chalybes.' Quot verba, tot errata. Cercetæ vel Cercetii ad Boreale Ponti Euxini littus erant, e regione Thermodontis ac Themiscyræ. Sed alios, de quibus hic agi putem, Cercitas versus Pharnaciam et Trapezuntem collocat Strabo; nec procul ab istis Mosynos, sive Mosynæcos, ad extremas Scydisis montis partes; istorumque vicinos facit Chalybes, qui Chaldæi quondam dicti sunt: 'penes quos potissimum,' inquit, 'Pharnacia est,' Cappadocii Ponti oppidum ad Euxinum, sicut et Trapezus. Straboni concordat Plinius lib. vi. cap. 4.

et 5. Dionys. Periegetes, alique. Nemo ad Caspium Mare reposuit. Eadem in Leucosyris et Amazonibus ad dextram Hyrcaniæ constituendis aberratio. 'Leucosyri' Ptolemæo, Straboni, Plinio, Dionysio, &c. Cappadociæ populi ad Euxinum, versus Thermodontis ostia; ubi et 'Amazonum campi,' de quibus hic loquitur Curtius, et Themiscyra. Leucosyri cur ita dicti sint, apud Strabonem leges lib. xvi. Eustathium in Dionys. lib. vi. De Amazonibus inferius ad caput 5. Atque hic vides Caspium Mare cum Euxino confundi ab Curtio; cujus erroris originem mox indicabimus, progressum lib. vii. cap. 6. Hinc illa de Hyrcaniæ situ *opduera*.

<sup>m</sup> *Mare Caspium*] A Caspiis populis Australe littus incolentibus Caspium, ab Hyrcanis Hyrcanum appellatur. De ejus origine variæ sunt antiquorum sententiæ, quas hic Curtius retulit; falsæ omnes, et præcisæ accipiantur. In mediis enim terris ita inclusum est, ut nullo, quod quidem appareat, ostio Indicum Scythicumve Oceanum excipiat, quod Strabo existimavit et Plinius; vel Mæotim paludem, quod alii senserunt, et huic nostro visum

magnitudinis serpentes ° alit: pisces longe diversi ab aliis coloris: quidam 'Caspium,' quidam 'Hyrcanum' appellant: alii sunt, qui 'Mæotim' paludem in id cadere putent: et argumentum afferunt 'aquam, quod dulcior sit quam cetera maria, infuso paludis humore mitescere.' 19. A Septemtrione ingens in littus mare incumbit, longeque agit fluctus, et magna parte exæstuans<sup>q</sup> stagnat.<sup>i</sup> idem alio

<sup>i</sup> Pelagus in vastum littus effunditur, et procul impellit undas; sed magna ejus pars, postquam exæstuando diffusa est, in modum stagni remanet.

~~~~~

Bas. pisces. Florent. Leid. et Voss. 1. piscium in eo longe diversi ab aliis coloribus; Ald. Col. et Frob. pisces longæ diversi ab aliis coloris; Pal. 1. piscis in eo longe diversum colorem; et sic Dan. nisi quod obelis configit duas novissimas literas; Fauch. et Pith. piscium in eo longe diversi ab aliis color est; Bong. 1. 2. Amst. et Lugd. piscium in eo longe diversus ab aliis color; Mer. piscis est in eo longe diversi ab aliis coloris; vulgg. piscium longe diversus ab aliis color. Amst. et Lugd. omittunt: quidam Caspium. Vide Not. Var. Florent. Leid. Bong. et Voss. 1. 2. Meotiam; Ald. Colln. et Gryph. Meotida; Pal. 1. Mæotidem; Mer. Bas. Col. et Frob. Mæotida. Voss. 2. adherent. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. quod dulcior sit, quod reposuit Schmieder. cum antea legeretur: quo dulcior sit; Frob. Col. Bas. Mer. Pal. 1. et Ald. quæ d. sit. Voss. 1. humore intescere.—19 Lugd. et Amst. Ad Septemtrionem. Pal. 1.

#### NOTÆ

esse cognoscimus ex lib. vii. cap. 4. Non major de illius amplitudine consensus. Herodotus longitudinem ait esse parasangas 300. hoc est, milliarum 1162. cum quingentis passibus; Strabo latitudinem 5000. stadia, sive milliarum 625. Joannes Persa longum scribit octingentis milliariis, latum sexcentis. Isaacus Vossius ambitum æstimat 560. fere leucis Germanicis. Vide Plinium lib. vi. cap. 13. Altitudo summa non amplius quatuor orgiarum, sive pedum quatuor et viginti, esse dicitur. Vulgatum hodie nomen, *Mer de Sala, ou de Backu*.

<sup>a</sup> Dulcius] Ita quidem Veteres prodiderunt, Solinus præsertim, cap. 80. qui probatum id Magnis Alexandro Pompeioque ex gustu scribit. Nec abest ratio, cum tam multa undique ingentia flumina recipiat, Volgam, Iaxartem, Oxum, Cyrum, Araxem, &c. Huic tamen dulcedini refragan-

tur Jovius lib. xiv. et Joannes Persa. Consule Stukium in Arriani Periplum Euxini.

° Serpentes] Idem confirmat Strabo lib. xi. Diodorus lib. xvii. Mela lib. iii. cap. 5. Pisces] Idipsum quoque Diodorus ibidem. De quibus multa Delrio lib. ii. Q. 27. Marcus Polus, et Scaliger Exercit. 61.

<sup>p</sup> Mæotim] Ingens quædam est palus supra Pontum Euxinum, in quem per Bosporem, ut diximus, Cimærium se exonerat, exceptis Tanaisidis aliorumque fluviorum aquis: quæ res, opinor, induxit Curtium ut Euxinum cum Hyrcano mari misceret lib. vii. cap. 9. et 12. quia Mæotim, quam sciebat in Euxinum labi, eandem in Hyrcanum quoque incidere apud alios legerat. Hanc vulgo dicimus, *Mer de Zabacche, ou de Tana*.

<sup>q</sup> Exæstuans] Mela lib. iii. cap. 5. 'Caspium appellant: omne atrox, sæ-

cœli statu recipit in se fretum, eodemque impetu, quo effusum est, relabens terram naturæ suæ reddit: et quidam credidere, non Caspium<sup>r</sup> Mare esse, sed ex India<sup>s</sup> in Hyrcaniam cadere, cujus fastigium, ut supra dictum est, perpetua valle summittitur.<sup>t</sup> 20. Hinc rex xx. stadia<sup>u</sup> processit semita propemodum invia, cui sylva imminabat, torrentesque et eluvies iter morabantur: nullo tamen hoste obvio, penetravit; tandemque ad ulteriora perventum est. 21. Præter alios commeatus, quorum tum copia regio abundabat, pomorum<sup>v</sup> quoque ingens modus nascitur, et

<sup>r</sup> Terram retegens, pristino in statu illam relinquit.

<sup>s</sup> Quæ a montibus in continuam plunitiem extenditur.

\*\*\*\*\*

agit fructus, et magis exæstuans; et mox: terram n. s. reddidit. Voss. 1. et quidem credidere. Ald. omittit non ante Caspium. Voss. 2. cujus vestigium. Leid. et Voss. 1. valle summittitur; Pal. 1. valle sumitur.—20 Dan. in via pro invia. Voss. 2. terrentes et s. i. morantur: nullus tamen, &c. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. penetrat. Ald. Colin. Gryph. aliaque edd. tandemque in loca tuta percentum est; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Pal. ut in textu.—21 Pal. 1. quorum cum copia; Pith. omittit copia. Bas. omittit regio.

#### NOTÆ

vum, sine portubus, procellis undique expositum: sed consuetas ac reciprocas æstuum vices habere alii affirmant, negant alii.

<sup>r</sup> Non Caspium] Hyrcanum quidam putarunt non idem esse atque Caspium, rebus propter distantiam locorum nondum satis exploratis; quam in sententiam ipse quoque Curtius nonnullis videtur concedere lib. vii. cap. 3. Sed unicum esse sequens ætas compertum habuit.

<sup>s</sup> Sed ex India] Etsi nullo aperto exitu invicem comineare liquet, non desunt tamen qui per occultos meatus Indicum Caspio, Caspium Euxino misceri affirmant. Argumentum afferunt quod Euris flantibus Caspium detumescere, inflari Euxinum animadversum sit: præterea in hujus litus ignota interdum ligna ejici fluctibus, quæ nonnisi ex Caspio Mari, circa quod nascuntur, advehi potuerint.

Contra reflantibus Zephyris Euxinum decrescere, attolli Caspium iidem asserunt. Jam vero ad Armusiam urbem in aditu sinus Persici observatum esse gurgitem quendam, qui quoties Hyrcanum detumescit, ut diximus, maris aquas absorbeat; eodem tranquillo non appareat. Ex quo conjectant alterum alteri per subterraneos canales conjungi: idque similium exemplis confirmant, quorum omnium penes ipsos auctores fides esto. Certe non male ista sentiunt cum his quæ scribit hoc loco Curtius de Caspio Mari nunc exundante, nunc intra littora sese recipiente, pro vario cœli statu.

<sup>t</sup> XX. stadia] Passus bis mille et quingentos. Eluvies] Cavata torrentibus itinera voraginesque.

<sup>v</sup> Pomorum] Hæc fere omnia, ut sæpe, translata ex Diodoro, qui tamen de ficubus, non de pomis loqui-

uberrimum gignendis uvis solum est. 22. Frequens arbor faciem quercus habet, cujus folia multo melle tinguntur: sed, nisi solis ortum incolæ occupaverint, vel modico tempore succus extinguitur.<sup>1</sup> 23. xxx. hinc stadia<sup>2</sup> processerant, cum Phrataphernes ei occurrit, seque et eos, qui post Darii mortem profugerant, dedens: quibus benigne exceptis ad oppidum Arvas<sup>3</sup> pervenit: hic ei Craterus et Erigyus occurrunt. 24. Præfectum Tapurorum<sup>4</sup> gentis Phradaten adduxerant: hic quoque in fidem receptus multis exemplo fuit experiendi clementiam regis. 25. Satrapem deinde Hyrcaniæ dedit Menapim:<sup>5</sup> exul hic regnante Ocho ad Philippum pervenerat: Tapurorum quoque gentem Phradati reddidit.

<sup>1</sup> Nisi Solis ortum anteverterint, quamvis exiguo calore mel in vapores solvitur.

Pith. vivis solum est; Bong. 2. hujus solum est; Voss. 1. hujus solum est.—22 Pal. 1. cui folia, Voss. 2. in colle pro incolæ. Florent. Voss. 2. et Bong. 1. vel m. tempore; Pith. vel modico t'p'r.—23 Voss. 2. Pal. 1. alii: hic stadia. Leid. et Voss. 1. Phrataphernes; Pith. Phrataphernes; Voss. 2. Phrataphrenos. Voss. 2. hic ei Craterus; Bong. 1. hinc ei Craterus. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. Erigyus; Amst. Erigyus; vulgg. Erigonus.—24 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Præfecto. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Col. et Bas. Taurorum gentis. Florent. Leid. et Voss. 1. Phradatem; Voss. 2. Phradantem; Bong. 1. 2. Phradatem; Pal. 1. Phrudantem; et sic mox.—25 Florent. Leid. et Voss. 1. Satrapen; Heinsius conj. Satrapiam; Florent. et Leid. Menanapi; Bong. 1. Menapi; Voss. 2. Menapem; Voss. 1. et Dan. Manapi; Pal. 1. Manapim. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Bas. Mer. et Col. Taurorum quoque gentem.

#### NOTÆ

tur. Vide quoque, si lubet, Strabonem lib. 1. et II. de mira Hyrcaniæ fertilitate.

<sup>2</sup> XXX. h. stadia] Quatuor millia, ducentis minus passibus. Phrataphernes] Hunc cum Nabarzane jam venisse testatur Arrianns, in aditu Hyrcaniæ.

<sup>3</sup> Arvas] Hoc Armusa Ptolemæi esse suspicatur Ortelius: sed ad urbem Zadracarta occurrisset Craterum ac Erigyum Arrianns scripsit.

<sup>4</sup> Tapurorum] Tapuri, sive Tapyri (Græce enim Τάυροι et Τάυροι) Parthis et Hyrcanis finitimi. In Margiana collocantur a Ptolemæo; apud Strabonem, quod eodem recidit, inter

Hyrcaniam et Ariam. Is tamen alios quoque Tapyros versus Pylas Caspias, Mediæ quondam tributos, meminit. Phradati] Autophradatem Arianna appellat.

<sup>5</sup> Menapim] Videtur hic esse Amynapes quem Arrianns Parthiæ et Hyrcaniæ Satrapea donatum ait: frequens enim est in Asiaticis nominibus adjectio vel detractio τοῦ Α in vocis principio: ut Amardi, Mardi; Aparni, Parni; Sisines, Asisines; Murathes, Amurathes, &c. Exul hic] Cnm Artabazo forte, ut mox dicitur. Ad Philippum] Regem Macedonum, Alexandri patrem.

v. 1. Jamque rex ultima Hyrcaniæ intraverat, cum Artabazus (quem Dario fidissimum fuisse supra diximus<sup>a</sup>) cum propinquis Darii ac suis liberis modicaque Græcorum militum manu occurrit. 2. Dextram venienti obtulit rex; quippe et hospes Philippi fuerat, cum Ocho regnante exularet, et hospitii pignora in regem suum ad ultimum fides conservata vincebat.<sup>a</sup> 3. Comiter igitur exceptus, 'Tu quidem,' inquit, 'rex perpetua felicitate floreas: ego, ceteris lætus, hoc uno torqueor, quod, præcipiti senectute, diu frui tua bonitate non possum.' nonagesimum et quintum<sup>b</sup> annum agebat. 4. Novem juvenes, eadem matre geniti, patrem comitabantur: hos Artabazus dextræ regis admovit, precatus 'ut tam diu viverent, donec utiles Alexandro essent.' 5. Rex pedibus iter plerumque faciebat: tunc 'admoventi sibi et Artabazo equos' jussit, ne, ipso ingrediente pedibus, senex equo vehi erubesceret. 6. Deinde, ut castra sunt posita, 'Græcos,' quos Artabazus adduxerat, 'convocari' jubet: at illi, 'nisi Lacedæmoniis (et Sino-

<sup>a</sup> *Fidelitas ad mortem usque ab eo servata in Darium, hospitii gratiam adhuc superabat, &c.*

1 Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. omittunt *rex*. Voss. 1. 2. *Hyrcaniæ ultima*. Voss. 2. *Artabazus*. Pith. *fidelissimum*.—2 Pal. 1. *erga regem*; Voss. 2. omittit præpositionem; et mox habet: *servata fides*.—3 Dan. igitur *rexceptus*, sed confixa litera *r*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Col. 1579. Lugd. Amst. *rex Deos quæso perpetua*; Voss. 2. et Pal. 1. *rex Deorum quæso perpetua*. Bong. *nonagesimum*.—4 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *omnes eadem matre*. Florent. Leid. et Bong. *dextræ regis*; Voss. 1. *dextere regis*.—5 *Rex iter pedibus faciebat plerumque* Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. Voss. 2. et Pal. 1. *ne ipso gradiente*.—6 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Ut deinde castra*. Leid. *Artabatus*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *at illi nisi fides Lacedæmoniis est* (in est superscriptum et) *inopensibus*

## NOTE

<sup>a</sup> *Supra diximus*] Lib. v. cap. 9. milliariter egerat.

et seqq. *Exularet*] Artabazus ab Ocho rege Persarum defecerat cum Memnone, cujus sororem habuit in matrimonio. Victi ex Asia fugerunt in Macedoniam ad Philippum, donec Mentoris ope (frater hic Memnonis fuit) in gratiam recepti sunt. Cum his Alexander vixit septennis fa-

<sup>b</sup> *Nonagesimum et quintum*] De ista locutione diximus lib. III. cap. 9. *Nonæm*] Ex Mentoris ac Memnonis sorore undecim filios, novem filias suscepit, Diodoro teste lib. XVI. ad Olymp. 107. an. 4. Tres solum ad ductos hic refert Arrianus.



pensibus) fides daretur,' respondent, 'se, quid agendum ipsis foret, deliberaturos.' 7. Legati erant Lacedæmoniorum missi ad Darium,<sup>c</sup> quo victo applicaverant se Græcis<sup>d</sup> mercede apud Persas militantibus. 8. Rex, 'omissis sponsonum fideique pignoribus, venire eos' jussit, 'fortunam quam ipse dedisset habituros.' Diu cunctantes, pleisque consilia variantibus, tandem 'venturos se' pollicentur. 9. At Democrates Atheniensis, qui maxime Macedonum opibus semper obstiterat, venia desperata, gladio se transfigit: ceteri, sicut constituerant, ditioni Alexandri se ipsos permittunt: 10. mille et D.<sup>d</sup> milites erant: præter hos legati ad Darium missi XC. In supplementum distributus miles; ceteri remissi domum, præter Lacedæmonios, quos 'tradi in custodiam' jussit. 11. Mardorum<sup>e</sup> erat gens con-

<sup>b</sup> Adjunxerant se Græcis.

daretur; Voss. 2. ac illi non fides Lacedæmoniis daretur; Pal. 1. et quoque Peloponnensibus; Bong. at illi nisi fides quoque Lacedæmoniis et torpensibus; Fauch. Peloponensibus, exscalpta priore lectione; vulgg. ante Freinsl. fides quoque daretur. Ex codd. Modii Schmieder. recepit: et Sinopensis. Vide Not. Var. Leid. respondens. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. siquid agendum. —7 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. et Amst. victo adplicuerant.—8 Voss. 2. ipsos jussit. Ald. Diu cunctantis. Mer. consilia narrantibus.—9 Pal. 1. semper obsisterat. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. desperata venia. Pal. 1. ditioni Alexandri. Florent. Leid. et Voss. 2. ipsos se; Pal. 1. et ipsos se; Voss. 1. et Dan. ipsos sem; sed in Dan. jugulata extrema litera.—10 Voss. 2. decem millia et quingenti milites; Frob. Col. Bas. et Ald. X. millia et D. milites. Mer. et centum milites. Voss. 2. missi XC. milia. Pal. 1. distributio: milites ceteri, &c. Voss.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Missi ad Darium*] Causam mittendi tempusque habes in Suppl. hujus libri: legatorum nomina apud Arrianum hoc loco; qui Dropidem quoque adjungit Atheniensium legatum.

<sup>d</sup> *Mille et D.*] Totidem Arrianus ac Diodorus; quo magis aspicio auctum a Curtio numerum cum quatuor millia censeret lib. v. cap. 8. Hæc autem post reditum ex Mardica excursionem gesta referuntur ab Arriano. *Legati XC.*] Quatuor solnm Lacedæmonios idem auctor appellat, sed qui forte principes erant. Sinopensem

quoque meminit, quos hic etiam multi codices Lacedæmoniis adjungunt. Est autem Sinope urbs Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum; hodie *Sinopi*, apud Chalcondylam *Pordapas*.

<sup>e</sup> *Mardorum*] Secunda hæc est Alexandri in Mardos expeditio, quam Diodorus et Arrianus primam, eamque unicam describunt. Vide quæ super ea re diximus lib. v. cap. 6. *Confinitis*] Ad Occasum Hyrcaniæ ponuntur apud Ptolemæum; assentiente, ut apparet, Strabone.

finis Hyrcaniæ, cultu vitæ aspera et latrociniis assueta: hæc sola nec legatos miserat, nec videbatur imperata factura. Itaque rex indignatus, si una gens posset efficere, ne<sup>c</sup> invictus esset, impedimentis cum præsidio relictis, invicta manu comitante procedit. 12. Noctu iter fecerat, et prima luce hostis in conspectu erat: tumultus magis quam prælium fuit. Deturbati ex collibus, quos occupaverant, barbari profugiunt; proximique vici ab incolis deserti capiuntur. 13. Interiora regionis ejus haud sane adiri sine magna vexatione exercitus poterant. Juga montium præaltæ sylvæ rupesque inviæ sepiunt; ea, quæ plana sunt, novo munimenti genere impedierant barbari. 14. Arbores densæ sunt ex industria consitæ, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rursus inserunt terræ; inde velut ex alia radice lætiores virent trunci:<sup>c</sup> 15. hos, qua natura fert, adolescere non sinunt:<sup>d</sup> quippe alium alii quasi nexu conserunt; qui ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt terram: itaque occulti nexus ramorum velut

<sup>c</sup> Viridiores repullulant stipites.

<sup>d</sup> Hos crescere non patiuntur quocumque ramorum indoles posceret.

2. in custodia.—11 Voss. 1. nec gelatos miserat. Pal. 1. si ima gens. 'Pro invicta codd. quidam Snakenburgii, invita; Freinshemius conj. reliqua manu; Heinsius, incita manu; Schefferus, indicta manu; Faber, expedita manu, quod recepit Cellarius.' 'Ex lectione invita elicias invito, scribæque impedimentis cum præsidio relictis invito, manu comitante procedit. Invito, quia et ipsum præsidium illud sequi malebat regem, gloriam suam ultimum.' Bothe.—12 Voss. 1. iter ferat. Pro tumultus Heinsius conj. cum tumultus. Mox pro profugiunt Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. profugerunt. Pro deserti Leid. devii.—13 Voss. 2. haud sana. Edd. ante Mod. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. et Both. adire s. m. v. e. poterat. Schmieder. ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. lectionem nostram restituit. Vox magna non habetur in Voss. 2. Mox Florent. inviæ sapiunt. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pith. ea quæ plena sunt. Amst. impedierant.—14 Pal. 1. dempsæ sunt. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. de industria. Voss. 2. flectunt manu. Idem codex cum Pal. 1. inferunt terræ. Dan. de alia, sed inducta litera x; Pith. et Fauch. de alia. Pal. 1. lætiores virent; Venet. et Veron. latiores virent.—15 Heinsius conj. quasi nexu mutue conserunt; Both. quasi innixum conserunt. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. occultu ramorum; Pal. 1. occulto connexu ramorum; Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. occultus connexus ramorum; Venet. et Veron. occultus nexus ra-

#### NOTE

<sup>c</sup> Efficere, ne] Alii erant igitur Mar- v. cap. 6.  
dorum populi quos ante subegerat lib.

Delfh. et Var. Clas.

Q. Curt.

2 F

laquei perpetua sepe iter claudunt. 16. Una ratio erat cædendo aperire saltum: sed hoc quoque magni operis: crebri namque nodi duraverant stipites,<sup>c</sup> et in se implicati arborum rami, suspensis circulis similes, lento vimine frustabantur ictus.<sup>f</sup> 17. Incolæ autem, ritu ferarum virgulta subire soliti, tum quoque intraverant saltum, occultisque telis hostem lacescebant. Ille, venantium modo latibula scrutatus, plerosque confodit: ad ultimum 'circumire saltum milites' jubet, 'ut, si qua pateret, irrumperent.' 18. Sed ignotis locis plerique oberrabant: excepti sunt quidam; inter quos equus regis, 'Bucephalam'<sup>g</sup> vocabant; quem Alexander non eodem, quo ceteras pecudes, animo æstimabat: nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium, et regem, cum vellet ascendere, sponte sua genua submittens excipiebat, credebaturque sentire quem veheret. 19. Majore ergo, quam decebat, ira simul ac dolore stimulatus, 'equum vestigari' jubet, 'et per interpretem pronuntiari, ni reddidissent, neminem esse victurum.'<sup>e</sup> Hac denuntiatione territi cum ceteris donis equum adducunt.

<sup>c</sup> *Frequentes nodi induraverant truncos.*

<sup>f</sup> *Flexibilibus flagellis cedentibus irritos reddebant securium ictus.*

<sup>g</sup> *Nullum illorum non trucidatum iri.*

\*\*\*\*\*

*morum.* Florent. Leid. Voss. 1. Veron. Venet. Frob. Mer. Col. Bas. et Ald. *iter claudit*; Voss. 2. *claudit iter*; Bong. 1. habet superscriptum *dunt*, ut sit *claudunt*.—16 *Vana ratio* Voss. 2. Idem codex et Pal. 1. omittunt *magni*. Pro *duraverant* Voss. 2. et nonnullæ edd. *nudaverant*; aliæ *nodeverant*. Pith. *circulis similes*.—17 *Ille venantis* Pal. 1. *ad ultimum circumvenire* Voss. 2. et Pal. 1. *ad u. circuire* edd. vett. *paterent* Ald.—18 Voss. 1. *exceptique sunt*; Voss. 2. *excepti quidam sunt*. Edd. vett. *Bucephalum*; omnes vero codd. *Bucephalam*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *namque ille*; Voss. 2. *nam nec ille*. Pal. 1. omittit *in ante dorso*. Pro *ascendere*, membranæ Modii *descendere*; unde ille *escendere*, quod habet Bong. 1. sed superscripto *a*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *sponte genua*, &c. omisso *sua*.—19 Dan. Pith. et Fauch. omittunt *ergo*. 'Vel scribendum: cum ceteris (quos excepe-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Bucephalam*] Nobilis hic Alexandri equus fuit, nomen adeptus, ut ait Plinius lib. viii. cap. 42. 'sive ab aspectu torvo, sive ab insigni taurini capitis armo impressi.' Qua sit arte domitus ab Alexandro, cum antea indomitus haberetur, leges in Suppl.

lib. i. cap. 4. Alexandri Bucephalam domantis marmorea statua Romam a Constantino translata est Alexandria, et in Quirinali colle posita in medio thermarum quas ibidem construxerat; ex quo nomen inditum, *Monte-Cavallo*.

20. Sed ne sic quidem mitigatus, 'cædi sylvas' jubet, 'aggestaque humo e montibus planiciem ramis impeditam exaggerari.'<sup>a</sup> 21. Jam aliquantulum altitudinis opus creverat, cum barbari, desperato regionem, quam occupaverant, posse retineri, gentem suam dedidero: rex, obsidibus acceptis, 'Phradati tradere eos' jussit. Inde quinto die in stativa revertitur. 22. Artabazum deinde geminato<sup>b</sup> honore, quem Darius habuerat ei, remittit domum. Jam ad urbem Hyrcaniæ,<sup>i</sup> in qua regia Darii fuit, ventum erat: ibi Nabarzanes accepta fide occurrit, dona ingentia ferens: 23. inter quæ Bagoas erat specie singulari spado atque in ipso flore pueritiæ; cui et Darius fuerat assuetus, et mox Alexander assuevit: ejusque maxime precibus motus Nabarzani ignovit. 24. Erat, ut supra dictum est, Hyrcaniæ finitima gens Amazonum,<sup>j</sup> circa Thermodonta<sup>k</sup> amnem

<sup>a</sup> *Congesta terra impleri.*

~~~~~

rant barbari) et donis, vel, quod malim, expungendum donis, tanquam glossema.' *Bothe*.—20 *Sed nec sic* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Sed non sic* Voss. 2. et Pal. 1. qui codd. omittunt *sed quidem*. Voss. 2. *silvam*. Idem codex cum Pal. 1. et Met. et *montibus*.—21 *Jamque* Pal. 1. *Namque* Voss. 2. *aliquantum* Florent. Leid. et Voss. 1. *Acidalius et alii malunt: in aliquantum....desperato*; postquam desperatum fuit. Et sic edidit Tell. *desperati* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Bas. Mer. Frob. et Col. *Phradanti* Pal. 1. et Voss. 2. Freinshemius mavult: *Phradati patere eos, &c.*—22 *Artabazo* Voss. 2. *quam Darius* Voss. 1. Bong. 1. Ald. Colin. Gryph. Lugd. Elz. Frob. Mer. Col. et Bas. *Pro ei* Voss. 2. et Pal. 1. *eum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Ald. Colin. et Gryph. *Jamque ad urbem*; Pal. 1. *Tandem ad urbem*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Nabazanes*.—23 Voss. 2. *atque ipso*, omissa præpositione *in*. Pal. 1. *cui Darius*, omisso *et*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *assuetus fuerat*; quæ voces non habentur in Bong. membranæ Acidalii, et edd. quibusdam vet. —24 Pith. omittit *Hyrcaniæ*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pith. *Thermodonta*; Voss. 2. *Termodonta*; Frob. Mod.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Geminato*] Altero tanto majorem ei honorem impertitus, quam sub Dario acceperat. Pro *quam* legunt alii *quem*; sed plures habent *quam*. Nec similia desunt exempla, maxime apud Tacitum, ubi 'quam' pro 'magis quam,' aut 'supra quam,' accipitur.

<sup>i</sup> *Urbem Hyrcania*] Zadracarta sive Zeudracarta vocat Arrianus lib. iii. at Ptolemæus lib. vi. cap. 9. Hyrcaniam metropolim. *Ibi Nabarzanes*]

Vide quæ diximus ad cap. 4.

<sup>j</sup> *Gens Amazonum*] Incredibile dictu quantopere in eo conspirent scriptorum plerique, Græci, Latini; primæ, mediæ, postremæ ætatis; ut Amazonum gentem fuisse quandam, atque imperium affirmant. Eorum catalogum texuit Freinshemius. Et quamvis plurimi diversa, multi pugnantis,

Themiscyræ incolentium campos. 25. Reginam habebant<sup>1</sup>

Col. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. (Paris. 1678. 4°.) Snak. Barb. Bip. et Schmieder. *Thermoodonta*; Bong. 1. 2. Pal. 1. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Tell. (Lond. 1705. 8°.) Maitt. et Both. *Thermoodonta*. Græcum est *Θερμύδαρ*, *Θερμύδαρτος*, secunda longa. Quint. Calaber. lib. 1. *Kai tote Θερμύδαρτος ἀπ' εὐρυπόροιο ποταμῶν*. Propert. III. 14. 14. 'Thermoodonteis turma vagatur agris.' Cf. Apoll. R. II. 370. 807. 973. Orph. Arg. 734. Nonn. D. XX. 198. Dionys. Perieg. 657. 774. Stat. Sylv. I. 6. 56. Ovid. Pont. IV. 10. 51. Claud. Rapt. P. II. 66. Sil. Ital. VIII. 431. et Virg. *Æn.* XI. 659. ubi similiter peccatum. Vide Heyn. ibid. et Wakef. Sylv. Crit. tom. III. p. 94. Voss. 1. 2. *Themiscira*; Pal. 1. *remiscire*; Mer. *Themisra*; Ald. *Themiscra*.—25 *Thalestris* edd. vet. *Thalestris*

#### NOTÆ

omnes fabulosa tradiderint; vix tamen credam nihil prorsus veri subesse, cui tantum fabularum superstructum sit. Fuerit igitur alicubi bellatricum mulierum agmen, quale a Baccho ductum, non minus quam virorum, testis est Eusebius ex Prochoro. Nec vero id ut credatur aliquando visum esse, multum nobis laborandum est, qui sciamus quid superiore sæculo in obsidione Harlemica et Sancerrana gestum sit ab integris viraginum cohortibus. Stradam consule de Bello Belg. Dec. I. lib. VII. Ne quid de iis mulieribus dicam quæ virilem in modum suis regnis, sæpe etiam exercitiis præfuerunt. Tale quidpiam priscis temporibus contigerat; quod Græci fabularum amantes solita vanitate ad miraculum anxerunt, ut cuique lubitum fuit. Lege si vacat Herodotum lib. IX. Strabonem lib. XI. Diodorum lib. II. Apollodor. lib. II. Philostratum in Heroic. Plutarchum in Theseo, Justinum lib. II. ex quibus ferme descripta quæ ceteri tradiderunt. Adiri etiam possunt ex Recentioribus Goropius Becanus lib. VIII. et Reineccius in Regno Amazon. a quibus ea de re tota fusa disputatum.

<sup>k</sup> *Circa Thermoodonta*] Thermodon Cappadociæ in Ponto Polemoniaco fluvius Euxinum ingreditur, non pro-

cul urbe Themiscyra quæ in eodem littore sita erat. Sed Curtius solenni errore Euxinum pro Caspio sumsit, inter quæ intervallum est 375. m. passuum, vel ut alii 250. Plinius lib. VI. cap. 11.

<sup>1</sup> *Reg. habebant*] Multo illud magis dubium, vel potius fabulosum, gravissimi auctores putant, ullum Alexandri temporibus Amazonum regnum, ullamve reginam fuisse, quæ ad eum venire potnerit. Et vero si regnabant tum temporis in Cappadocia, et ad eam diem regnaverant, quomodo tot Medorum antea Persarumque bellis, et quæ statim inter Alexandri circum ea loca successores ibi gesta sunt, nulla usquam Amazonum mentio? Cur non Alexandrum in Galatia, hoc est, in sui regni foribus, versantem Thalestris convenerat? Quomodo ipsum antiqua visendi monumenta studiosissimum capido non incescit, tam famosas, tam propinquam Themiscyram adeundi? Sed ut hæc omittamus, certum falsitatis argumentum est ipsius Alexandri silentium; qui, cetera quæ his locis gesserat accurate scribens ad Antipatrum, de Amazonibus silet. 'Et sane ex tanto scriptorum numero, qui maxime veritatis habuerunt rationem, nihil ea de re dicunt:' (immo fabulam risit Ptolemæus Alexandri comes:) 'qui tradiderunt, non

Thalestrin, omnibus inter Caucasum montem et Phasin<sup>m</sup> amnem imperitantem. Hæc cupidine visendi regis accensa finibus regni sui excessit; et cum haud procul<sup>a</sup> abesset, præmisitindicantes, 'venisse reginam adeundi ejus cognoscendique avidam.' 26. Protenus facta potestate veniendi, ceteris jussis subsistere, CCC. foeminarum<sup>o</sup> comitatu processit. Atque ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiliit duas lanceas dextra præferens. 27. Vestis non toto Amazonum corpore obducitur; nam læva pars ad pectus est nuda, cetera deinde velantur: nec tamen sinus vestis, quem

omnes codd. cum Bas. Lugd. et Amst. *fasin amnem* Voss. 2. *Phasim amnem* edd. vett. *Phasin amnem* omnes codd. Voss. 1. *imperitantem*. Dan. *procul ab esset*. Membranæ Modii: *adeundi eos*.—26 Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *tercentis foeminarum*; Dan. *trecentis foeminarum*; Pith. et Fauch. *centis foeminarum*. Ald. Colin. Gryph. Frob. et Amst. *comitatu*, quod præferunt Schefferus et Schmiæder. Moxius ex codd. legit: *in conspectum*. Pith. *dissiliit*; Bong. 2. *desiliit*; Voss. 2. *prosiluit*; edd. vett. *desiliit*; codd. Snakenburgii cum Ald. Coliu. Gryph. Frob. Bas. Col. Mer. Lugd. et Amst. *desiliit*.—27 Vulgg. ante Raderum: *non t. A. corpori*; Goropius vero legit: *non toto corpore*. Fuit qui rescribendum putaret: *non ex toto, A. corpore obducitur*. Voss. 2. et vulgg. *cetera inde*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *quem* ante *nodo*; Voss. 1. Pal. 1. et

## NOTE

consentiunt.' Strabonis verba sunt auctoris gravissimi, lib. xi. cui suffragatur Arrianus lib. vii. Plutarchus in Alex. &c.

<sup>m</sup> *Caucasum montem et Phasin*] Qui in Thermodonte ac Themiscyra erravit, consequens erat ut in Caucaso etiam et Phasi hallucinaretur. Et vero Caucasum ex Paropamisio fecisse infra videbimus lib. vii. cap. 3. qui longe ultra Hyrcaniam in Ortum remotus est; cum verus qui dicitur Caucasus, Amazonum finitimus, ad Pontum sit Euxinum, Orientem inter ac Septemtrionem. Phasis ex Paryedro Armeniæ monte oritur eodem atque Euphrates fonte; ut exhibet Ptolemæi Tab. iiii. Asiæ, et ex Strabone colligi potest. Inde Septemtrionem versus labitur crebris flexibus sinuosus, et in Colchidem defluens, atque ad Occasum flexus, Ponto miscetur Euxino ad urbem sibi cognominem:

ntrique hodie nomen *Fazze*. A Phasi dicti sunt 'Phasiani,' aves exquisitæ, *des Faisans*; quod ex ejus ripis, ubi frequentes sunt, credantur primum in Græciam ab Argonautis advectæ. Ad Curtium redeo. Videtur hic inter Phasim et Caucasum Amazonici regni fines includere: sed quo id pacto fieri potuit si ad Thermodontem incoluerunt Themiscyræ campos, longo sane citra Phasim intervallo?

<sup>a</sup> *Haud procul*] Ita censuit Curtius, falsa ductus opinione, Amazonum campos Hyrcaniæ fuisse finitimos. Sed Strabo a Thermodonte ad portas Caspias, quas jam tum prætergressus erat Alexander, stadia sexies mille numerat, quæ sunt passuum 750. m. Prudentior Justinus qui 25. dierum iter facit.

<sup>o</sup> *CCC. foeminarum*] Hellenismus, pro 'trecentis feminis.'

nodo colligunt, infra genna descendit. 28. Altera papilla intacta servatur, qua muliebris sexus liberos alant; aduritur dextra,<sup>p</sup> ut arcus facilius intendant et tela vibrent. 29. Interrito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum ejus haudquaquam rerum famæ parem<sup>i</sup> oculis perlustrans: quippe hominibus barbaris in corporum majestate veneratio est; magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est. 30. Ceterum interrogata, 'num aliquid petere vellet,' haud dubitavit fateri, 'ad communicandos cum rege liberos se venisse: dignam, ex qua ipse regni generaret hæredes: foeminini sexus se retenturam; marem reddituram patri.' 31. Alexander, 'an cum ipso militare vellet,' interrogat: et illa, causata, 'sine custode regnum reliquisse,' petere perseverabat, 'ne se irritam spei pateretur abire.'<sup>j</sup> 32. Acrior ad Venerem foeminæ cupido quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. XIII. dies in obsequium desiderii ejus absumti sunt. Tum illa regnum suum, rex Parthienus<sup>q</sup> petiverunt.

<sup>i</sup> *Staturam corporis non æqualem famæ rerum ab eo gestarum.*

<sup>j</sup> *Spe sua frustratam discedere permitteret.*



Ald. quem modo colligunt; Voss. 2. q. nodo colligitur.—28 Altera papilla Bong. 1. quæ muliebris Pal. 1. alat Voss. 2. et Pal. 1. intendatur Pith. et tela librent Heinsius.—29 Voss. 1. 2. Thalestris. Voss. 2. omittit habitum ejus. Voss. 1. rerum fame parem. Mer. perlustrat. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et edd. multæ post Modinum: omnibus barbaris.—30 Voss. 2. ad communicandum. Pal. 1. regis generaret; Voss. 2. regeneraret. Edd. ante Freinsb. foemini sexus; omnes codd. foeminini sexus. Lugd. et Amst. omittunt se, quod tamen extat in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. &c.—31 Pal. 1. at illa causata; quod recepit Bothe, cum hac annotatione: 'Possis et ipsum at ortum credere ex prægressa syllaba; nam abesse salva sententia potest.' Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. sine custodia; unde Heinsius conj. sine custodia. Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. abire pateretur.—32 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. ac ut paucos; Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. at ut paucos. Ald. et Bas. sustineret; Col. substitueret. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. omittunt ejus. Pal. 1. omittit

#### NOTE

<sup>p</sup> *Aduritur dextra*] Hinc factum putant Amazonis nomen, quod altera carerent mamilla; ex *μαστός*, mamma, et a privante. Sed Philostratus aliam

attulit causam; quod mamma non alerentur et lacte materno, sed equino; ne effæminatus facerent.

<sup>q</sup> *Parthienus*] Parthia et Parthiene

vi. 1. Hic vero palam cupiditates suas solvit; continentiamque et moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in superbiam ac lasciviam vertit. 2. Patrios mores disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam, et civilem habitum,<sup>a</sup> velut leviora magnitudine sua ducens, Persicæ regiæ, par Deorum potentia, fastigium æmulabatur.<sup>4</sup> 3. Jacere humi venerabundos pati cœpit: paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere, et captivis pares facere expetebat. 4. Itaque purpureum<sup>a</sup> diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, vestemque Persicam<sup>b</sup> sum-

<sup>a</sup> Popularem vivendi modum.

<sup>b</sup> Persicorum regum arrogantiam divina magnitudini se exæquantem imitabatur.

\*\*\*\*\*

sunt. Post Tum Dan. inter lineas habet ab eadem manu: postquam utro se habere comperit. Pal. 1. Parthienon.

1 Hic vero rex Dan. in altissimam quamque Sigeib. in altissima quaque fortunam Voss. 1. Scheffer. conj. in altissima quaque fortuna. Voss. 2. et Pal. 1. in s. ac l. convertit.—2 Scheffer. legit: Patrios mores, disciplinam Macedonum, regum s. temperatum et c. habitum. Tum 'temperatus habitus' superbo oppositus est. Schmieder. Pith. etiam omittit τὸν que. Mox regiæ tanquam glossa damnat Bothe. Voss. 2. et Pal. 1. fastigia.—3 Multæ edd. ante Freinsh. venerabundos ipsum; sed Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Bas. omittunt ipsum; Pal. 1. et Voss. 2. exhibent: venerabundos caput ipsum; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. venerabundus ipsum, omissis sequentibus pati caput. Pal. 1. omittit gentium. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Dan. facere expectabat.—4 Pal. 1. capiti circumdedit. Pro ne omen, Florent. nemō;

#### NOTÆ

supra, cap. 2. Eo rediit ut inde in Ariam duceret.

\* *Purpureum*] Diadema Persicum descripserat Curtius lib. III. cap. 3. 'Cœrulea fascia albo distincta circumibat' cydarim; nunc colorem ipsius diadematis fuisse dicit 'purpuream albo distinctum'; in quo vel lapsus est memoriæ, vel scriptiois mendum. Est autem diadema, proprium regum ornamentum, fascia capiti circumducta; ex quo nomen ei διάδημα, a διαδέν, cingo, redimio. Quare idem est hoc loco diadema, quod lib. III. cap. 3. fascia quæ cydarim regii capitis insigne circumibat.

Conciliari secum posset ipse Curtius, si illic cum Radero legeremus: 'hoc cœruleum fascia purpurea albo distincta circumibat.'

<sup>b</sup> *Persicam*] Persica vestis eadem fuit atque Medica, ut ex scriptoribus constat promiscue utramque accipientibus. Vel unus Arriani locus sufficiat lib. VI. extremo. Idque disertè docet Strabo de Medica loquens lib. XI. Erat autem Medica seu Persica vestis stolæ genus ad talos usque demissum, quam deinde Parthi quoque rerum potius asciverunt. Frustra est igitur Plutarchus dum Alexandrum excusare nititur ea re, quod



sit; ne omen quidem veritus, quod a victoris insignibus in devicti transiret habitum: 5. et ille se quidem Persarum spolia gestare dicebat: sed cum illis quoque mores induerat; superbiamque habitus animi insolentia sequebatur. 6. Literas quoque, quas in Europam mitteret, veteris annuli gemma obsignabat; iis, quas in Asiam scriberet, Darii annulus imprimebatur; ut appareret, unum animum duorum non capere fortunam.<sup>c</sup> 7. Amicos<sup>c</sup> vero et equites, cumque his principes militum, aspernantes quidem, sed recusare non ausos, Persicis ornaverant vestibus. 8. Pellices CCC. et LX. totidem quot Darii fuerant, regiam implebant; quas spadonum greges, et ipsi muliebria pati assueti, sequebantur. 9. Hæc luxu et peregrinis infecta moribus

<sup>c</sup> *Unius mentem non sufficere utriusque imperlo.*

~~~~~

Leid. Voss. 1. 2. Pith. Fauch. Bong. 2. Dan. et Pal. 1. *nemo non*; Bong. 1. *ne onem*, superscripta syllaba *mi*, quasi esset *neminem*. Pal. 1. *a victoribus*. Leid. et Voss. 1. *spolia Persarum*.—6 Pal. 1. *moribus induerat superbiam*; quæ, &c. 'Latine scribendum erat: s. c. i. mores quoque induerat. Frustra Pal. 1. *moribus*. Fuit cum scribendum existimarem: *sed similis quoque*, &c. sicut c et s literæ nonnunquam permiscerentur in codd.' *Bothe*.—6 Dan. *veteres*, sed correctum *veteris*. Pal. 1. *absignabat*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. et Lugd. *his pro iis*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *Asia*.—7 Modius ex membranæ suis legit: *his unaque principes*; alii: *unaque principes*; Voss. 2. Fauch. et Pith. *hi namque principes*; Florent. *hii namque principes*; Voss. 1. *huanamque principes*; Dan. et Pal. 1. *his namque principes*; Bong. 1. 2. *huncque principes*; Edd. vett. cum Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. Freinsb. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Bip. et Both. *cumque his principes*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *oneraverat vestibus*.—8 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *Pellices CCCC*. Pith. *P. quadringenti*; Fauch. *P. quadringentæ*; Voss. 2. *P. quadringenta*. Pal. 1. *totidem qua*; Voss. 1. *totidem quod*.—9 *Hoc luxu* Pal. 1. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. et Elz. Voss. 1. omittit periodum usque ad to-

#### NOTÆ

non Medicum habitum, sed Persicum, quia minus barbaricus esset, assumserit.

<sup>c</sup> *Amicos*] Arrianus lib. vi. extremo unum fuisse ex Macedonibus Peucestam tradit, qui Medicam vestem acceperit, ut Persis placeret, quorum Satrapes ab Alexandro factus erat. Neque enim dubium est quin hic Arrianus scripserit *μεταλαβὼν*, non *μετα-*

*βαλὼν τὴν Μηδικήν*, ut ex ipso contextu apparet. Diodorus autem lib. xix. huic soli indultum ab Alexandro scribit ut Persicam gestaret stolam. Vtrum Plutarchus in Alex. id quoque ab Hephæstione factum asserit, eamque causam fuisse cur illo interprete cum Barbaris ageret; Cratæro, quia patrii moris tenacior erat, apud Græcos et Macedonas uteretur.

veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates, palam aversabantur; totisque castris unus omnium sensus ac sermo erat, 'plus amissum<sup>d</sup> victoria, quam bello quæsitum esse: 10. tum maxime vinci ipsos, dedique alienis moribus et externis: tantæ moræ pretium,<sup>e</sup> domos quasi in captivo habitu reversuros: pudere jam sui, regem victis quam victoribus similiorem, ex Macedoniæ imperatore Darii Satrapen factum.' 11. Ille non ignarus, et principes amicorum et exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat: sed, opinor, liberis pretium servitutis ingratum est. 12. Igitur ne in seditionem res verteretur, otium interpellandum erat bello; cujus materia opportune alebatur.' 13. Namque Bessus, veste regia sumta, 'Artaxerxen' appellari se' jusserat; Scythasque<sup>f</sup> et ceteros

<sup>d</sup> Pro tam diuturnæ expeditionis præmio.

<sup>e</sup> Quies interrompenda erat renovato bello, cujus occasio commode parabatur.



tisque; sed infra ascripta est alia manu et atramento quasi obsolete. Pal. 1. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. Frob. et Bas. infecti. Pal. rudis natio voluptatesque; Bong. et Voss. 2. rudis natio voluptates; Fauch. rudis ratio voluptates; Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Frob. et Col. rudis natura voluptates. Voss. 2. et Ald. aversabantur; Venet. Veron. et Mer. versabantur. Voss. 2. totis castris, omisso τῶν que. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. esse quasitum.—10 'Schefferus legi vult: Tum cum maxime vinci ipsos ducique alienis moribus, quomodo victi et captivi dicuntur.' Schmieder. Cum maxime Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. Tum cum maxime Col. Mod. Lugd. et Amst. Tum maxime Pal. 1. Ald. Colin. et Gryph. dumque alienis Pal. 1. denique alienis Voss. 2. quo tantæ Florent. Leid. et Bong. quante more Voss. 1. qu. tantæ Voss. 2. quod tantæ Pal. 1. quos tantæ Dan. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. et Mer. omittunt pretium. Mer. habitu reversos. Pal. 1. pudere jam suum. Edd. ante Snakenburg. satrapem; omnes vero codd. satrapen.—11 Ille vero ignarus Pal. 1. Idem codex et Voss. 2. omittunt que post donis. Bong. recipere; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Pal. 1. reparare. Pal. 1. et edd. vett. sed ut opinor; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. et Gryph. sed opinor.—12 Pith. in seditionem reverteretur. Voss. 2. otus interpellandum; Pal. 1. otius interpellandum; Mer. otio interpellandum. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. et Dan. bellum. Voss. 1. oportuna.—13 Florent. Leid. et Voss. 1. Artaxerxen; Pal. 1. et Dan. Artaxersem; Voss. 2. Artaxersen. Mox Florent. Leid. Bong. 1. 2.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Plus amissum] Bello imperium ac divitias paraverant; victoria mores patrios, militavis disciplinæ vigorem, famam, &c. perdidierant.

<sup>e</sup> Artaxerxen] Sic Codomannus, re-

gum ultimus, Darium se appellari jussit, cum ad regnum evectus est. Artaxerxis nomen aliquot Persarum regibus proprium faciunt Græci plerumque scriptores; quamvis ex scrip-

Tanais accolas contrahebat. Hæc Satibarzanes nuntiabat: quem receptum in fidem, regioni, quam antea obtinuerat, præfecit. 14. Et cum grave spoliis apparatuque luxuriæ agmen vix moveretur; 'suas primum, deinde totius exercitus sarcinas, exceptis admodum necessariis, conferri' jussit 'in medium.' 15. Planities spatiosa erat, in quam vehicula onusta perduxerant. Expectantibus cunctis; quid deinde esset imperaturus, 'jumenta' jussit 'abduci; suisque primum sarcinis face subdita, ceteras incendi' præcepit. 16. Flagrabant exurentibus dominis, quæ ut intacta ex urbibus hostium raperent, sæpe flammæ restinxerant; nullo sanguinis<sup>s</sup> pretium audente deflere, cum regias opes idem ignis exureret. 17. Brevis deinde oratio mitigavit dolorem; habilesque militiæ et ad omnia parati lætabantur, 'sarcinarum potius, quam disciplinæ fecisse jacturam.' Igitur Bactrianam<sup>h</sup> regionem petebant. 18. Sed Nicanor, Parmenionis filius, subita

~~~~~

et Dan. *Satabazanes*, sed in Dan. jugnata secunda *a*; Pal. 1. *Sabersanes*; Pith. *Sadibarzanes*; Fauch. *Satharzanes*; Voss. 2. Ald. Mer. Froh. Bas. Col. Lugd. Elz. et Amst. *Nazarbanes*. Voss. 2. *fidem regni*; Pal. 1. *fide regno quod*.—14 Mer. *apparatumque*; Bas. *apparatu*. Voss. 2. *luxoria*; et sic Dan. sed superscripto *u*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *referre jussit*. Voss. 2. sic distinguit: *jussit. In medium planities, &c.*—15 Fauch. *speciosa erat*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. in qua. Ald. Froh. Bas. et Mer. *perduzerat*; Col. *præduxerat*. Mox *face extat* in Dan. cum litura; Voss. 2. Ald. Col. Mer. et Bas. *face subducta*. Ald. Colin. Gryph. Ba. Froh. Mer. et Col. *præcipit*.—16 Voss. 2. *extantibus dominis*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *intacta*. Ald. *restrinxerant*. Voss. 2. *pretio audente*, et in margine, *pretium adveniente*; Pal. 1. *pretium ardentu*.—17 *Brevi* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pith. *deinde horatio Leid. deinde ratio* Voss. 1. 2. Dan. Ald. Mer. Col. et Bas.—18 Pal. 1. et Ald. *petebat*.—19 Voss. 2.

#### NOTÆ

tura colligi possit commne omnium fuisse cognomentum, ut in Ægypto Pharaonum, deinde Ptolemæorum, &c. *Art* quippe lingua Persica 'magnum' sonat; *Xerxes* 'bellatorem.' Herod. lib. vii. et Hesychius. Vide Camerarium Subcis. 2.

<sup>f</sup> *Scythas*] Massagetæ, aliosque, lib. vii. cap. 7. Tanais, ibidem. *Satibarzanes*] Ariorum Satrapes sub Dario, qui Alexandro Ariam ingressio

occurrerat. Arrian. lib. iii.

<sup>s</sup> *Sanguinis*] Quem sæpe vulnerati fuderant, ut his victoriæ præmiis fruerentur.

<sup>h</sup> *Bactrianam*] Inferius describetur lib. vii. c. 4. *Nicanor*] Eadem de ejus morte Arrianus. Sed peccavit ejus Interpres Vulcanius, qui Argyraspidum ductorem appellat, cum Græce scriptum sit *δρακιστιῶν* non *ἀργυρασπίδων*. Vide lib. iv. cap. 13.

morte correptus, magno desiderio sui affecerat cunctos. 19. Rex ante omnes moestus cupiebat quidem subsistere funeri affuturus; sed penuria commeatuum festinare coge-  
bat. Itaque Philotas cum II. millibus et DC. relictus, ut  
justa fratri persolveret: ipse contendit ad Bessum. 20.  
Iter facienti literæ ei afferuntur a finitimis Satraparum; e  
quibus cognoscit, 'Bessum quidem hostili animo occur-  
rere cum exercitu: ceterum Satibarzanem, quem Satrapen<sup>i</sup>  
Ariorum ipse præfecisset, defecisse ab eo.' 21. Itaque  
quanquam Besso imminebat,<sup>f</sup> tamen ad Satibarzanem  
opprimendum præverti<sup>j</sup> optimum ratus, levem armaturam  
et equestres copias educit, totaque nocte strenue facto iti-  
nere, improvisus hosti supervenit. 22. Cujus cognito ad-  
ventu Satibarzanes cum II. millibus equitum (nec enim  
plures subito contrahi poterant) Bactra perfugit, ceteri  
proximos montes occupaverunt. 23. Prærupta rupes est,  
qua spectat Occidentem: eadem, qua vergit ad Orientem,  
leniore submissa fastigio,<sup>g</sup> multis arboribus obsita, peren-

<sup>f</sup> *Etsi in Bessum ire properabat.*

<sup>g</sup> *Magis acclivi jugo depressa.*

\*\*\*\*\*

omittit et et relictus.—20 Florent. Leid. Voss. 2. et Dan. *facienti ei*; Voss. 1. *faciendi ei*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *a finibus*. Voss. 1. et Bong. 2. *satrapharum*. Ald. *Satibarzanem*; Fauch. *Sartibarzanem*; Mer. Col. et Bas. *Satibarzanem*; Voss. 2. *Nabarzanem*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Dan. *quem Satrapham*, sed in Dan. inducto *h.* Voss. 2. omittit *Ariorum*. 'Editores vel: *quem satrapia Ariorum ipse præfecisset*; vel: *quem Satrapen Ar. ipse fecisset*, sive *refecisset* legere malunt.' Schmieder.—26 Leid. et Voss. 1. omittunt ad ante *Satibarzanem*. Pal. 1. pro *præverti* habet *prasenti*; Voss. 2. *præveniri*. Voss. 1. et Dan. *levem*; Voss. 2. et Pal. 1. *levi armatura copias equestres ducit*. Leid. Voss. 1. et Bong. *itinere strenue facto*. Voss. 2. omittit *itinere*.—22 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. omittunt *enim*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *subito*. Theocr. *Bactra profugit*.—23 Edd. omnes ante Schmieder. *rupes erat*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *rupes est*. Voss. 2. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *leviore s. fastigio*. Bong.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Satrapen* [*Satrapæ*] Alii minus bene *Satrapem*. Mallet tamen Freinshemius, *Satrapem refecisset*, id est, denuo creasset.

<sup>j</sup> *Præverti*] Recte sic quidem; utrumque enim dicimus 'præverto'

et 'prævertor.' verius tamen, opinor, diceretur *reverti*; nam ex Aria Bactrianam petenti, immo forte jam ingressa, nuntiata defectio est; ut revertendum contra Satibarzanem fuerit.

nem habet fontem, ex quo largæ aquæ manant. 24. Circumitus ejus XXX. et II. stadia<sup>k</sup> comprehendit: in vertice herbidus campus. In hoc 'multitudinem imbellem considerare' jubent: ipsi, qua rupes erat, arborum truncos et saxa obmoliuntur. XIII. millia armata erant. 25. In horum obsidione Cratero relicto, ipse Satibarzanem sequi festinat: et quia longius eum abesse cognoverat, ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant, redit. 26. Ac primo 'repurgari' jubet, 'quicquid ingredi possent:' deinde, ut occurrebant inviæ cotes præruptæque rupes, irritus labor videbatur obstante natura. 27. Ille, ut erat animi semper obluctantis difficultatibus,<sup>a</sup> cum et progredi arduum, et reverti periculosum esset, versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, ita ut fieri solet, ubi prima quæque damnamus, subjiciente animo: hæsitanti, quod ratio non potuit, fortuna consilium subministravit. 28. Vehemens Favonius<sup>l</sup> erat, et multam materiam<sup>m</sup> ceciderat miles, aditum per saxa molitus: hæc vapore torrida inaruerat.<sup>i</sup> 29. Ergo

<sup>a</sup> Ut erat ingenio adversus omnia impedimenta pugnante.

<sup>i</sup> Hæc ligna ardore Solis exsiccata erant.

perennem. Florent. Leid. et Voss. 1. large.—24 Voss. 2. XXXII. omisso et. Mer. jubet. Nonnullæ edd. vett. qua rupes deerat, ut conj. Heinsius; Acidalius veram putat scripturam: qua rupes sederat; Scheffer. qua rupes cesserat, ant, qua rupes deserat.—25 Florent. Leid. Voss. Bong. et Mer. In quorum. Mod. et alii obsidionem. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. abesse cum. Florent. occupaverunt; Leid. occupavere. Voss. 2. rediit.—26 Pal. 1. et Voss. 2. expugnari; Ald. expurgari; Bong. 1. et Pith. repurgari. Pal. 1. jubet quæ ingredi posset; Ald. jubet ut quicquid ingredi posset; Pith. quicquid ingredi possent, omisso jubet; ceteri Bongarsiani: jubet, ut quicquid ingredi possent. Heinsius conj. quicquid ingredienti obesset.—27 Edd. multæ ante Snak. ut solet; sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Frob. Col. Mer. et Bas. ut fieri solet. Voss. 2. ut prima. Pal. 1. quæque damnantur.—28 Pal. 1. multa materia miles. Voss. 1. additum; Mer. aditumque. Pro inaruerat Sebisius malebat inaruerat; Ald. intraverat; Pal. 1. aruerat; Leid. Voss. 1. et Bong. jam inaruerat; Voss. 2. jam aruerat.—29 Vulgg. ante Snak. adgerari; sed

#### NOTÆ

<sup>k</sup> XXX. et II. stadia] Quatuor miliaria. De ista loquendi forma, 'triginta et duo,' diximus lib. III. cap. 9.

<sup>l</sup> Favonius] Ventus ab Occasu æquinoctiali spirans adversus Eurum sive subsolanum; ex eo dictus quod ter-

ram suo calore foveat: quamohrem a Græcis quoque Zephyrus, quasi ζephyρός, vitam ferens, appellatus est.

<sup>m</sup> Materiam] Lignum, ut diximus lib. v. cap. 3.

‘aggeri alias arbores’ jubet, ‘et igni dari alimenta:’ celeriterque stipitibus cumulatis fastigium montis æquatum est: 30. tunc undique ignis injectus cuncta comprehendit: flammam in ora hostium ventus ferebat; fumus ingens<sup>a</sup> velut quadam nube absconderat cælum: 31. sonabant incendio sylvæ; atque ea quoque, quæ non incenderat miles, concepto igne proxima quæque adurebant. Barbari suppliciorum ultimum,<sup>o</sup> si qua intermoreretur ignis, effugere tentabant; sed, qua flamma dederat locum, hostis obstabat. 32. Varia igitur cæde consumti sunt: alii in medios ignes, alii in petras præcipitare se; quidam manibus hostium se obtulerunt: pauci semiustulati venere in potestatem. 33. Hinc ad Craterum, qui Artacacnam<sup>p</sup> obsidebat, redit. Ille, omnibus præparatis, regis expectabat adventum, cap-

~~~~~

Florent. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. aliique *adgeri*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Voss. 2. et vulgg. ante Snak. *dare*; sed Ald. et recentt. *dari*. Pal. 1. *celeriter qua*; Voss. 2. *celeriter qui*. Pith. *stipitibus*.—30 Voss. 2. *comprehendens*.—31 Idem codex omittit *quoque*. Venet. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Col. et Bas. omittunt *non ante incenderat*. Mox Voss. 2. Pal. 1. alii *intermoreretur ignis*; Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *intromitteret ignis*; Frob. *intromitteret ignis*. Voss. 2. *si qua flamma*.—32 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. 2. alii *medio ignis*; Bong. 1. alii *medio ignes*, sed superscripto *i*, ut sit *ignis*. Pal. 1. omittit: *alii in petras præcipitare se*; Voss. 2. omittit: *alii in petras*; Bong. Dan. et Voss. 1. omittunt *in*; Amst. omittit *se*. Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. habent *petris*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *manibus hostium obtulerunt*; Pal. 1. *manibus obtulerunt*; Bong. *hostium manibus se obtulerunt*. Voss. 1. *paucis s. venere*.—33 Voss. 2. *qui Nabarzanem*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *qui Artacacna*; Ald. *qui Artabazana cava*; Mer. *qui*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Fumus ingens*] Simili ferme strategemate captam a Christianis Hierosolymam referunt Belli Sacri scriptores, cum Godefridus Bullionius ignem in centones stramineos aridamque hujus generis materiam conjici jussisset, quæ a Saracenis erant objecta muris, ut machinarum impetum cedendo infringerent.

<sup>o</sup> *Suppliciorum ult.*] Ignem quo nulum acerbius supplicium. Sæpe tamen apud Latinos scriptores ultimum sive extremum supplicium crux est.

Vide Lipsium de Cruce lib. II.

<sup>p</sup> *Artacacnam*] Ipse igitur a persequendo Satibarzane reversus ad obsidendam Petram, Craterum, quem ibi reliquerat, Artacacna misit. Erat hæc Ariorum metropolis sive regia, si Arriano credimus; qui ‘Artacacna’ vocat. Diodorus ‘Chortacana’; Strabo ‘Arctacana’; Ptolemæus, ut videtur, ‘Articaudna’; alii codices Cartiani *Artacana*. Paulo aliter hæc retulit Arrianus.

tæ urbis titulo, sicut par erat, cedens.) 34. Igitur Alexander 'turres admoveri' jubet; ipsoque aspectu territi barbari: e muris supinas manus tendentes, orare cœperunt, 'iram in Satibarzanem defectionis auctorem reservaret; supplicibus semet dedentibus parceret.' Rex, data venia, non obsidionem modo solvit, sed omnia sua incolis reddidit. 35. Ab hac urbe digresso supplementum novorum militum occurrit. Zoilus D. equites ex Græcia adduxerat: III. millia ex Illyrico Antipater miserat. Thessali<sup>9</sup> equites C. et XXX. cum Philippo erant: ex Lydia II. millia et DC. peregrinus miles, adyenerant: CCC. equites gentis ejusdem sequebantur. 36. Hac manu adjecta Drangas<sup>9</sup> pervenit: bellicosa natio est. Satrapes erat Barzaöntes, sceleris in regem suum particeps Besso. Is suppliciorum, quæ meruerat, metu profugit in Indiam.

*j Gloriam expugnatae urbis Alexandro reservans.*

\*\*\*\*\*

*Artacava.*—34 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *barbari territi.* Voss. 2. *de muris.* Mod. Col. Frob. Mer. Bas. Amst. et Lugd. *ut iram.* Voss. 2. *in Nabarzanem;* Ald. Colin. et Gryph. in *Satibarzanem;* Col. Mer. et Bas. *Satibarzanem.* Voss. 2. *et semet.*—35 Voss. 2. *currit pro occurrit.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Bas. *Zolus.* Voss. 2. *militis pro equites.* Mer. II. *millia et II. p. miles, &c.* Pal. 1. *advenerat.*—36 *Hic manu* Voss. 2. *Drangas* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *Dracas* Ald. Col. Mer. et Bas. *pervenit* deest in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *Barzanenses* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Barzanenses* Voss. 2. *Nabarzanem* Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Mer. et Bas. *Barrenenses* Dan. *Barsene* Pal. 1. *Bazaöntes* alii. *Mox pro Besso* Pal. 1. *bello;* Mer. *cum Besso.*

#### NOTE

<sup>9</sup> *Thessali*] Non illi recentes a Thessalia; sed ex iis qui, ceteris dimissis cum adhuc esset in Media, voluntarii remanserant; unde illos Philippus adduxit. Sed hos Arrianus ante obsessa Artacava venisse scribit.

<sup>9</sup> *Drangas*] Apud Arrianum 'Zarangæos' legimus, quibus aliquanto post subjungit Drangas cum Dragogis. Plinius quoque lib. vi. cap. 23. Zarangas a Drangis distinguit. Sed finitimos esse apparet, ejusdemque regionis incolas, quæ Straboni ac Ptolemæo 'Drangiana.' Hæc Aria-

næ pars erat inter Ariam, Arachosiam, Gedrosiam, Carmaniamque inclusa. Respondere videtur hodierno tractui quem *Sigistan* appellant. Suspicebam ex 'Zarangæ' factum esse 'Darangæ,' propter affinitatem soni Δ et Ζ apud Veteres; tum ex isto, 'Drangæ;' ut unum idemque nomen esset. Sane quæcumque de Zarangæis Arrianus tradit, ea de Drangis Curtius, Diodorus, Strabo referunt; Barzaöntem illis Satrapam fuisse, apud eos detectas esse Philotæ insidias, ab iis in Agriaspas sive Evergetas ventum esse, &c.

VII. 1. Jam nonum diem stativa erant,<sup>a</sup> cum externa vi non interritus modo rex, sed invictus, intestino facinore petebatur.<sup>1</sup> 2. Dymnus, modicæ apud regem auctoritatis et gratiæ, exoleti, cui 'Nicomacho' erat nomen, amore flagrabat; obsequio uni sibi dediti corporis vinctus. 3. Is, quod ex vultu quoque perspicui poterat, similis attonito, remotis arbitris cum juvene secessit in templum, 'arcana se et silenda afferre præfatus:' 4. suspensumque expectatione 'per mutuam caritatem et pignora utriusque animi' rogat, 'ut affirmet jurejurando, quæ commisisset,' silentio esse tecturum.<sup>2</sup> 5. Et ille ratus, nihil,<sup>b</sup> quod etiam cum perjurio detegendum foret, indicaturum, 'per præsentem Deos' jurat. 6. Tum Dymnus aperit, 'in tertium diem insidias regi comparatas, seque ejus consilii fortibus viris et illustribus esse participem.'<sup>3</sup> 7. Quibus juvenis auditis, 'se vero fidem in parricidio dedisse,' constanter abnuat,<sup>4</sup> 'nec ulla religione, ut scelus tegat, posse constringi.' 8. Dymnus, et amore et metu amens, dextram exoleti complexus

<sup>a</sup> Ab hostium externorum viribus.<sup>b</sup> Domesticorum scelere periclitabatur.<sup>c</sup> Ea quæ Dymnus ipsi aperiret.<sup>d</sup> Negat se fidem obstrinxisse ad celandam conjurationem in regem.

1 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. Dan. et edd. ante Freinsh. *non tñtus modo*; Pal. 2. *non at tutus*; Pal. 3. *non teritus*; Venet. Veron. Vet. Ald. Col. lin. Gryph. Col. et Mer. *non teritus modo*; Voss. 2. Pal. 1. Bong. 2. et Frob. *non interritus modo*.—2 *Dimnus* Florent. ut ap. Diodor. *divinus* Voss. 2. *Limnus* ap. Plut. Alex. 49. *auctoritatis apud regem* in eodem. Florent. Leid. et Voss. 1. *Nichomaco*; Voss. 2. *Nicomaco*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Dñ. et Bong. *vinctus*, pro eo quod est in edd. ante Schmieder. *victus*.—3 Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *silentia adferre*; Bong. 1. *silenti adferre*, superscripta syllaba *da*.—4 Voss. 2. et Pal. 1. *adfirmet ut*.—5 Ald. *cum perjurio*. Voss. 2. et Pall. 1. 2. *Deos adjurat*.—6 Leid. et Voss. 1. 2. *regi insidias*. Bong. Gruteri: *sequi ejus consilium*; Voss. 2. *seque consilium*. Scheffer. putat deesse cum, legique oportere: *se ejus consilii fortibus cum viris, &c.*—7 Acidalius legit: *in parricidium*.—8 Voss. 2. Pall. 2. 3. Ald. Col. lin. Gryph. Col. Frob. et

## NOTE

<sup>a</sup> *Stativa erant*] Castra in eodem loco fuerant. 'Stativa' lib. iv. c. 10.

<sup>b</sup> *Ratus, nihil*] Non existimans, quod erat a Dymno indicandum sibi, tale esse, ut illud, etiam violata jurisjurandi fide, detegere Alexandro deberet.

<sup>c</sup> *Per præsentem*] In Templum enim secesserant. Eamque fuisse Macedonum consuetudinem, ut manibus ad aras Deorumque simulacra admotis jurarent, ex Justino discimus lib. xxiv. cap. 2.



et lacrymans, orare primum, 'ut particeps consilii operisque fieret: 9. si id sustinere non posset; attamen ne præderet se, cujus erga ipsum benevolentiae præter alia hoc quoque haberet fortissimum pignus, quod caput suum permisisset fidei adhuc inexpertæ.' 10. Ad ultimum aversari scelus perseverantem metu mortis terret: 'ab illo capite conjuratos pulcherrimum facinus inchoaturos.' 11. Alias deinde 'effœminatum et muliebriter timidum,' alias 'proditorem amatoris' appellans, nunc ingentia promittens, interdumque regnum quoque, versabat animum tanto facinore procul abhorrentem. 12. Strictum deinde gladium modo illius, modo suo admovens jugulo, supplex idem et infestus, expressit tandem, 'ut' non solum silentium, sed etiam operam' polliceretur: 13. namque abunde constantis animi, et dignus, qui pudicus esset, nihil ex pristina voluntate mutaverat: sed, 'se captum Dymni amore,' simulabat, 'nihil recusare.' 14. Sciscitari inde pergit, 'cum quibus tantæ rei societatem inisset: plurimum referre, quales viri tam memorabili operi admoturi manus essent.' 15. Ille, et amore et scelere male sanus, simul gratias agit, simul gratulatur, 'quod fortissimis juvenum non dubitasset seungere, Demetrio corporis custodi, Peucolao, Nicanori:' adjicit his Aphœbetum, Loceum, Dioxenum, Archepolim et

\* *Idem orans et militans simul, extorsit ab eo, ut, &c.*

† *Ut erat mente admodum firma.*

\*\*\*\*\*

Bas. *primum cepit*.—9 Vide Not. Var. Voss. 2. omittit *erga*.—10 Voss. 2. Ald. Bong. Gruteri, et Pall. 1. 2. 3. *aversari pignus*. Leid. et Voss. 1. *mortis metu*.—12 Voss. 2. *modo illi*. Pith. Put. Fauch. Dan. Pal. 1. Voss. 2. et multæ edd. ante Freinsh. *ut tandem*; Voss. 1. et Bong. 2. omittunt *tandem*. Pro *operam* Pith. habet *asperam*; Bong. 1. 2. *aperam*, sed superscripto *s*, ut sit *asperam*.—13 Ante *rd namque* quædam excidisse videntur Barthio. Vid. Not. Var. Bong. 1. et alii nonnulli omittunt *se* ante *captum*; Ald. habet: *si captum*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *captus*; Voss. 2. Gruteriani, Col. Frob. Mer. Bas. *se captum*.—14 Voss. 1. et Col. Scitari. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et edd. vett. ante Freinsh. *deinde pergit*.—15 'Aliqui codd. (Dan. Bong. Gruteri, et Pal. 1.) *fortissimus*, quod Freinshemius, cum reciperet, ad exoletum referebat, quem ille male sanus amator gaudio promissæ operæ sic extollebat.' *Schmieder*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Amst. *se adjungere*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *Peucolao*; Voss. 2. Bong. Gruteri, et Pall. 1. 2. *Penaculo*; Pal. 3. *Petulao*; Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *Peculao*. Florent. Leid. et Voss. 1. *adicit*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. et Pal.

Amyntam. 16. Ab hoc sermone dimissus Nicernachus, ad fratrem, (Cebalino<sup>d</sup> erat nomen,) quæ acceperat, defert. Placet 'ipsum subsistere in tabernaculo, ne, si regiam intrasset, non assuetus adire regem, conjurati proditos se esse resciscerent.' 17. Ipse Cebalinus ante vestibulum regiæ, neque enim propius aditus ei patebat, consistit; operiens aliquem ex prima cohorte amicorum, quo introduceretur ad regem. 18. Forte ceteris dimissis, unus Philotas, Parmenionis filius, incertum quam ob causam, substiterat in regia: huic Cebalinus, ore confuso 'magnæ perturbationis notas præ se ferens, aperit, quæ ex fratre compererat; et 'sine cunctatione nuntiari regi' jubet. 19. Philotas, laudato eo, protenus intrat ad Alexandrum; multoque invicem de aliis rebus consumto sermone, nihil eorum, quæ ex Cebalino cognoverat, nuntiat. 20. Sub vesperam eum prodeuntem in vestibulo regiæ excipit juvenis, 'an mandatum executus foret' requirens. 21. Ille, 'non vacasse sermoni

<sup>d</sup> Perturbato vultu.

1. *Apæbetum*; Pith. et Bong. 2. Gruteri *Apocbetum*; Frob. *Aphobetum*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Jocum*; Bong. 1. *Lorcum*; Bong. 1. *Lorcum*; Dan. Pal. 1. et Voss. 2. *loceum*; Bong. Gruteri *Loctum*. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Bas. *Diosemum*; Florent. Leid. Dan. Pal. 1. Fauch. et Pith. *Idioxenum*; Voss. 1. *Adioxenum*; Pal. 3. *Idcozenum*; Bong. 1. *Idoxenum*; Bong. 2. edd. vett. Gruteri et Col. *Diozenum*; vulgg. *Diogenum*; Elz. *Diogenum*. Voss. 1. 2. Bong. Dan. et Pal. 3. *Arcepolim*; Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri *Arcepolim*. Florent. omittit et. Voss. 1. Bong. Dan. et Pall. 1. 2. *Amintam*.—16 Edd. ante Freinsh. *Ceballino*; Voss. 1. *Ceballimus*; Bong. Gruteri *Ochalmio*; Mediol. *Crebalion*; Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pall. 1. 2. 3. et Bong. *Cebalino*. Voss. 2. *se proditos esse*; Voss. 1. omittit *esse*.—17 Pith. et Bong. 2. *neque e. proprius*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. Grut. Frob. Col. et Amst. *opperiens*; Voss. 2. Ald. Mer. et Elz. *operiens*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Fauch. Pall. 1. 2. 3. et Bong. 2. *amicorum ex prima cohorte*. Bas. Lugd. Amst. Frob. alii: *a quo*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Gruteri, Pall. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. *quo*; Bong. 1. ut.—18 Florent. et Dan. *Phylotas semper*. Leid. Voss. 1. et Bong. *subsisteret*; Voss. 2. *substiteteret*; Bong. 1. *subsisterat*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *dilatione pro cunctatione*. Ald. et Mer. *nuntiare regi*; Amst. *regi nuntiari*; Voss. 2. *nuntiari jubet regi*.—19 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *conlaudato eo*. Leid. et Voss. 1. 2. *sermone consumpto*.—20 Voss. 2. *excipit juvenis*.—21 Bas. *rem pro regem*; Voss. 2. *regem sermone suo*. Mox

#### NOTE

<sup>d</sup> *Cebalino*] Sic quoque vocatur Diosdoro lib. xvii. Ol. xciv. 4. sed Plutarcho 'Balinus.' *Prima cohorte*] E-

rant enim plures cohortes amicorum, aliæ aliis nobiliores.

*Delph. et Var. Clas.*

*Q. Curt.*

2 G

suo regem,<sup>a</sup> causatus,<sup>a</sup> discessit. Postero die Cebalinus venienti in regiam præsto est: intrantemque admonet 'pridie communicatæ cum ipso rei.' Ille 'curæ sibi esse' respondit: ac ne tum quidem regi, quæ audierat, aperit. Cœperat Cebalino esse suspectus. 22. Itaque non ultra interpellandum ratus, nobili juveni, Metron erat ei nomen, super armamentarium<sup>e</sup> posito,<sup>i</sup> 'quod scelus pararetur,' indicat. 23. Ille, Cebalino in armamentario abscondito, protenus regi, corpus forte curanti,<sup>f</sup> 'quid ei index detulisset,' ostendit. 24. Rex, ad comprehendendum Dymnum missis satellitibus, armamentarium intrat: ibi Cebalinus gaudio elatus, 'Habeo, te,' inquit, 'incolumem ex impiorum manibus ereptum.' 25. Percontatus deinde Alexander, quæ noscenda erant, ordine cuncta cognoscit. Rursusque institit quærere, 'quotus dies esset, ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium.' 26. Atque illo fatente, 'jam tertium esse,' existimans, haud incorrupta fide tanto post deferre quæ audierat, 'vinciri eum' jussit. 27. Ille clamitare cœpit, 'eodem temporis momento, quo audisset, ad

<sup>a</sup> *Causam afferens quod Regi non vacasset attendere suæ delationi.*

<sup>i</sup> *Armamentarii præfecto.*



Dan. *sibi esset.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Dan. *respondet.*—22 Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *interpolandum.* Bong. Gruteri *Metrono*; Mer. *Metion*; Bas. *Metrion*; Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Mer. Bas. Lugd. Elz. et Amst. *nomen ei*; Leid. Florent. Voss. 1. 2. Bong. Gruteri, Dan. et Pall. 1. 2. 3. *ei nomen.* Vide Not. Var.—23 Florent. Leid. et Voss. 1. *omitunt ei ante index.*—24 Florent. *incolumen.*—25 Leid. et Voss. 1. *Nicomachus.*—26 Voss. 2. *posse differre.* Florent. Leid. et Voss. 2. *jussisset*; Voss. 1. *jussit at.*—27 Edd. ante Freinsh. *omitunt cepit*, quod habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *Pro audisset* Pal. 2. *adisset*, et omnia omisit usque ad *an institisset.* Edd. vett.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Armamentarium*] Locus in quo arma ceteraque ad bellicum apparatus spectantia reconduntur, *un arce-nac.* Sed Gallicus interpretes vertit, *la garderobe*; quod ut sine ratione factum a tanto viro non putaverim, ita quæ faciendi causa fuerit, minus assequor; præsertim cum videam Diodorum, ex quo sumsit Curtius, *δνλο-*

*θήκην* dicere. Nisi forte quod in vestiario regis quoque arma servarentur, *armamentarium* hoc loco idem putavit esse ac 'vestiarius,' itaque interpretari maluit.

<sup>f</sup> *Curanti*] Lavanti in balneo, ut ex Diodoro accipimus, et ex ipso Curtio cap. 8.

Philotan decurrisset: ab eo percontaretur.' 28. Rex item quærens, 'an Philotan adisset; an institisset ei, ut perveniret ad se;' perseverante eo affirmare, quæ dixerat, manus ad coelum tendens, manantibus lacrymis, 'hanc sibi a carissimo<sup>s</sup> quondam amicorum relatam gratiam' querebatur. 29. Inter hæc Dymnus, haud ignarus, quam ob causam accerseretur a rege, gladio, quo forte erat cinctus, graviter se vulnerat, occursuque satellitum inhibitus, perfertur in regiam. 30. Quem intuens rex, 'Quod,' inquit, 'in te, Dymne, tantum cogitavi nefas, ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipso videretur?' Illum jam defecerat vox: itaque edito gemitu, vultuque a conspectu regis averso, subinde collapsus extinguitur. 31. Rex, Philota 'venire in regiam' jussu, 'Cebalinus,' inquit, 'ultimum supplicium meritis, si in caput meum præparatas insidias biduo texit, hujus criminis reum Philotan substituit; ad quem protenus indicium detulisse se affirmat: 32. quo propiore gradu amicitiae me contingis, hoc majus est dissimulationis tuæ facinus; et ego Cebalino magis, quam Philotæ id convenire fateor. Faventem habes iudicem, si, quod admitti non oportuit, saltem negari potest.' 33. Ad hoc Philotas haud sane trepidus, si animus vultu

*Philotam suo loco reum sceleris fecit.*

*Philotam*; codd. vero omnes *Philotan*. Lugd. decurrisset; Voss. 2. detulisse. Ald. ab eo percunctaretur; Pal. 1. habeo percomperta; Leid. et Voss. 1. percomperta; Voss. 2. præcomperta; Dan. Bong. et Gruteriani: ab eo percompertum; Pal. 3. ab eo percontaretur.—28 Voss. 1. omittit item, pro quo Freinsh. mavult item item, h. e. identidem: Acidalio placebat iterum, quod habet Amst. pervenirent Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. hanc omittit Voss. 2.—29 Bong. omittit haud ignarus. Mer. occursu satellium.—30 Dan. quid pro quod. Bong. omittit tantum. Dan. et Pith. vultuque conspectu; Bong. 1. habet adaspectu.—31 Bas. Philotas. Bong. in regiam venire. Ald. meritis est; Froh. Col. Mer. et Bas. meritis esset. Voss. 2. comparatas insidias. Pro texit Florent. Leid. Pall. 1. 2. 3. Bong. Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Froh. Col. Mer. et Bas. texisset; Voss. 2. prætexisset; Bong. 2. ter esset. Leid. Voss. 2. et Bong. Philotrem. Pith. constituit.—32 Voss. 2. omittit: id convenire fateor, et mox habet: habes iudicem. Pith. et Eanch. si quod amitti. Pro oportuit Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Bong. Gruteri, Dan. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. potuit. Pro negari Bothe maluit levare, vel fucari.—33 Voss.

#### NOTE

<sup>s</sup> Carissimo] Philota. Accerseretur] Vide lib. iv. cap. 13.

æstimaretur, 'Cebalinum quidem scorti sermonem ad se detulisse; sed ipsum tam levi auctori nihil credidisse' respondit, 'veritum, ne jurgium inter amorem et exoletum, non sine risu aliorum, detulisset. 34. Cum Dymnus interemerit se ipsum, qualiacumque erant, non fuisse reticenda:' complexusque<sup>b</sup> regem, orare coepit, 'ut præteritam vitam potius quam culpam, silentii tamen, non facti ullius, intueretur.' 35. Haud facile dixerim, crediderintne ei rex, an altius iram suppresserit: dextram reconciliatæ gratiæ pignus obtulit, et 'contemtum magis, quam celatum indicium esse videri sibi' dixit.

VIII. 1. Advocato tamen consilio amicorum, cui tum Philotas adhibitus non est, 'Nicomachum introduci' jubet. Is eadem, quæ detulerat ad regem, ordine exposuit. 2. Erat Craterus regi carus in paucis, et eo Philotæ ob æmulationem dignitatis adversus: 3. neque ignorabat, sæpe Alexandri auribus nimia jactatione virtutis<sup>a</sup> atque operæ gravem fuisse, et ob ea non quidem sceleris, sed contumaciæ tamen esse suspectum. 4. Non aliam premendi inimici occasionem<sup>c</sup> aptiorem futuram ratus, odio

<sup>a</sup> Nimia ostentatione fortitudinis meritorumque suorum odiosum fuisse.

<sup>b</sup> Perdendi Philotæ opportunitatem.

\*\*\*\*\*

2. *extimaretur*, et paulo post omittit *aliorum*.—34 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *interemerit semet*; Amst. et Lugd. *semet interemerit*. Pro *erant* Bothe legit *sint*, vel *fuerint*.—35 Leid. Voss. 1. et Dan. *pignus optulit*. Voss. 2. *sibi videri*; Florent. omittit *sibi*; Codd. Snakenburgii *videri sibi dixerit*.

1 Amst. *concilio*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bongarsiani codd. et Gruteri omnes: cui tamen.—3 Voss. 2. *nec ignorabat*. Ald. *Alexandro*. Pro *jactatione*, Florent. Leid. Voss. 1. omnes Gruteri, Sigeb. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *actione*; Colon. *taxatione*, et pro v. l. *jactatione*. Voss. 1. Mer. Col. Bas. et Ald. *opere*. Voss. 2. *et ab ea*. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri: *tum esse suspectum*; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 3. *tamen esse suspectum*, quod recepit Schmieder. Ceteræ edd. delent *et*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Complexus*] Nimis hoc festinatum, intercedisse aliquid ante illa verba, nec satis reo ac supplici conveniens, cum *Dymnus*, &c. tum alteram quoque lacunam sequi ante ista, *Complexusque*: quod quidem haud ex vano conjectari fatebitur quisquis totius narrationis seriem attentius legerit.

suo pietatis præferens speciem, 'Utinam,' inquit, 'in principio quoque hujus rei nobiscum deliberasses. 5. Suasissemus, si Philotæ velles ignoscere, patereris potius ignorare eum, quantum deberet tibi, quam usque ad mortis metum adductum cogeres, potius de periculo suo, quam de tuo cogitare beneficio. Ille enim semper insidiari tibi poterit: tu non semper Philotæ poteris ignoscere. 6. Nec est quod existimes, eum, qui tantum facinus ausus est, venia posse mutari: scit eos, qui misericordiam consumserunt,\* amplius sperare non posse. 7. At ego, etiam si ipse vel poenitentia vel beneficio tuo victus quiescere volet, patrem ejus Parmenionem, tanti ducem exercitus et inveterata apud milites tuos auctoritate, haud multum infra magnitudinis tuæ fastigium positum, scio non æquo animo salutem filii sui debitum tibi. 8. Quædam beneficia<sup>a</sup> odimus: meruisse mortem confiteri pudet. Superest, ut malit videri injuriam accepisse, quam vitam: proinde scio, tibi cum illis de salute esse pugnandum. 9. Satis hostium superest, ad quos persequendos ituri sumus: latus a domesticis hostibus muni: hos si summoves, nihil metuo ab externo.' Hæc Craterus. 10. Nec ceteri dubitabant, 'quin conjurationis indicium suppressurus non fuisset,

\* Qui gravitate criminis clementiam omnem exhausserunt.

esse.—4 Pith. suæ pietatis.—5 Edd. multæ ante Freinsh. paterere potius; Florent. Leid. Voss. 1. omnes Gruteri, Ald. Colin. Gryph. et Bas. patereris potius. Bong. 1. omittit cogeres, quod exhibent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Ald. pro quo Pal. 2. habet cogites; Pal. 3. cogeretur; Bong. et Grut. cogens. Pro potius Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. sapius. Vide Not. Var. Voss. 2. tibi insidiari.—6 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Pall. 1. 2. omnes Gruteri et Raderi omittunt facinus. Mer. qui materiam consumpserunt.—7 Voss. 2. in pro infra, et mox si pro scio. Pith. dediturum tibi.—8 Modius proinde scito, probantibus Clerico et Schmieder. proinde scias editio Raderi.—9 Vox hostibus a Barthio pro glossa habetur. Pro muni, Venet. Vet. 1474. Veron. et Mer. muniendum. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. submoveas.—10 Ne ceteri Bong. [Bong. Gruteri] Pal. 3. et

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Quædam benef.] Illa videlicet quibus indiguissse probrosum et infame est. Injuriam] Quod conjurationis

suspectum habueris, et ad mortis metum adduxeris.

nisi auctor aut particeps. Quem enim<sup>b</sup> pium et bonæ mentis, non amicum modo, sed ex ultima plebe, auditis quæ ad eum delata erant, non protenus ad regem fuisse cursurum? 11. Ne Cebalini<sup>c</sup> quidem exemplo, qui ex fratre comperta ipsi nuntiasset, Parmenionis filium, præfectum equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum? simulasse etiam non vacasse sermoni suo regem, ne index<sup>d</sup> alium internuntium quæreretur. 12. Nicomachum, religione quoque Deum astrictum, conscientiam suam exonerare properasse: Philotan, consumto per ludum jocumque pæne toto die, gravatum esse<sup>e</sup> pauca verba, ad caput regis pertinentia, tam longo et forsitan supervacuo inserere sermoni. 13. At enim non credidisse talia deferentibus pueris!<sup>e</sup> cur igitur extraxisset biduum, tanquam indicio haberet fidem: dimittendum fuisse Cebalinum, si delationem ejus damnabat. 14. In suo quemque periculo magnum animum habere: cum de salute regis timeretur, credulos esse debere; vana quoque deferentes admittere.' 15. Omnes

<sup>d</sup> Non esse dignatum.

\*\*\*\*\*

Dan. dubitant Mer. Mox Voss. 2. sed ultima, omisso ex.—11 Idem codex Cebalinius. Lugd. qui a fratre. Voss. 2. omittit omnium. Voss. 1. 2. archanorum. Voss. 1. ut index.—12 Pith. properassent. Voss. 2. Philotan; edd. vett. Philotam; Pall. 1. 2. 3. Dan. Pith. Pnt. Fauch. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. Philotan. Voss. 2. absumto pro consumto. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Pal. 1. pertinentia ad caput regis.—13 Florent. Leid. Voss. 2. omnes Gruteri, Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. si non credidisset; Voss. 1. non credidisset. Mer. deferentibus pro veris, cur, &c. Eadem: si dilationem.—14 Fauch. et Dan. una quoque. Frob. et Bas. deferenteis; Florent. Leid. omnes Gruteri, Ald. et Mer. deferentis; Bong. 1. 2. deferentis, sed superscripto e.—15 Voss. 1. ut particeps.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Quem enim] Id est: Quis enim pius, &c. non statim cucurrisset? Vide lib. iv. cap. 2.

<sup>c</sup> Cebalini] Anne Cebalini quidem exemplo statim fuisse cursurum Philotam, si pius et bonæ mentis esset?

<sup>d</sup> Index] Cebalinus conjurationis delator. Religione] Jurejurando per Deos præsentibus dato; cap. 7.

<sup>e</sup> Pueris] Puer alias nomen ætatis est, quæ proprie inter infantiam et

adolescenciam decurritur: factumque est ex vetusto, 'puerus,' 'puera;' unde, 'puellus,' 'puella:' et erat etiam apud priscos Latinitatis auctores in fæminino genere, ut apud Priscianum legimus ex Livio Andronico; 'sancta puer, Saturni filia.' Conditionem alias significat servi aut famuli cujuscumque. Hoc loco de ætate accipi debet: verum latius, ut de adolescentibus quoque intelligi possit.

igitur 'quæstionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam [esse]' decernunt. Rex admonitos, 'ut consilium silentio premerent,' dimittit. 'Pronuntiari' deinde 'iter in posterum diem' jubet, ne qua novi initi consilii daretur nota. 16. Invitatus est etiam Philotas ad ultimas ipsi epulas, et non cœnare modo, sed etiam familiariter colloqui cum eo, quem damnaverat, sustinuit.<sup>f</sup> 17. Secunda deinde vigilia, luminibus<sup>g</sup> extinctis, cum paucis in regiam coeunt Hephæstion et Craterus et Cœnus et Erigyus: hi ex amicis; ex armigeris autem Perdiccas et Leonnatus. Per hos imperatum, 'ut, qui ad prætorium excubabant, armati vigilent.' 18. Jam ad omnes aditus dispositi milites; 'equites quoque itinera obsidere' jussi, ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediæ<sup>h</sup> magnisque copiis præerat, occultus evaderet. 19. Attarras<sup>i</sup> autem cum trecentis armatis intraverat regiam: hinc decem satel-

\*\*\*\*\*

Florent. Leid. Dan. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri: uti *consilium*. Lugd. et Amst. *Pronuntiare*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omnes omittunt *diem*.—16 Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Frob. *ipsius epulas*; Modius correxit ex codd. *ipsi epulas*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Amst. et Lugd. *et rex non cœnare*. Edd. antiq. cum Mer. Frob. Bas. Ald. Col. et Elz. *alloqui cum eo*.—17 Florent. Voss. 1. 2. et omnes Gruteri *Erigyus*; Ald. Mer. Col. et Bas. *Erigonus*; Bong. *Erignus*; alii *Erigyus*. Florent. Leid. Dan. et Pall. 1. 2. *imperatum ut qui prætorium*; Voss. 2. *imperatum qui prætorium*; Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *imperatum ut qui juxta prætorium*; Bong. Gruteri; *imperatum cum cubabant*, omissis intermediis. In Fauch. exsculptæ sex ultimæ *roû prætorium* literæ, et earum loco substitutum erant.—18 *Jam erant ad* Dan. et Mediol. *Jam erant milites equites ad* codd. Gruteri; *Jamque ad* Voss. 2. *dispositi erant equites* Florent. Leid. Voss. 1. Venet. Veron. et Mer. *dispositi erant milites equites* Voss. 2. *dispositi equites in ceteris*.—19 Dan. et Bong. *Atharras*; Bong. Gruteri: *Atarcao*; Pal. 2. *Atareas*; Voss. 2. *Athareas*; Pal. 3. *Attarras*; Ald. *Turrias*; Pith. *Atharas*; Florent. Leid. *Atarras*, et sic mox. Col.

#### NOTE

<sup>f</sup> *Sustinuit*] Alexander: *il eut bien le courage de*, &c. *Secunda vigilia*] Lib. III. cap. 8.

<sup>g</sup> *Luminibus*] Facibus extinctis quæ noctu præferuntur euntibus; ne videret a quoquam observarentur. *Armigeris*] Quales essent armigeri dicemus lib. VII. cap. 1.

<sup>h</sup> *Qui tum Mediæ*] Quanquam enim

Mediæ Satrapeam Oxydati dederat, cap. 2. Parmenionem tamen, qui copiis præesset, illic reliquerat. Vide lib. v. cap. 1. de Satrapea.

<sup>i</sup> *Attarras*] An potius, quod suspicabatur Freinslemius, *Atharias* ille senior lib. v. cap. 2. quem alii Tharriam, Adarchiam, Aphariam vocant?



lites traduntur, quorum singulos deni armigeri sequebantur. 20. Ii ad alios conjuratos comprehendendos distributi sunt: Attarras, cum trecentis ad Philotan missus, clausum aditum domus moliebatur,<sup>g</sup> quinquaginta juvenum promptissimis stipatus: nam ceteros cingere undique domum jusserat, ne occulto aditu Philotas posset elabi. 21. Illum, sive securitate animi, sive fatigatione resolutum,<sup>f</sup> somnus oppresserat; quem Attarras torpentem adhuc occupat. 22. Tandem ei sopore discusso cum injicerentur catenæ; 'vicit,' inquit, 'bonitatem tuam, rex, inimicorum meorum acerbitas:' nec plura elocutum capite velato in regiam adducunt. 23. Postero die rex edixit, 'omnes<sup>j</sup> armati coirent.' Sex millia fere militum venerant: præterea turba lixarum calorumque impleverant regiam. 24. Philotan armigeri agmine suo tegebant,<sup>e</sup> ne ante conspici posset a vulgo, quam rex allocutus milites esset. 25. De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace, erāt vulgi:<sup>h</sup> nihil potestas regum valebat,

<sup>g</sup> *Occlusam domus januam convellebat.*

<sup>f</sup> *Sive fiducia conscientiae securum, sive lassitudine languentem.*

<sup>e</sup> *Sua turmu incluserant Philotam.*

<sup>h</sup> *Antiquo Macedonum more milites judicabant de criminibus belli tempore: in pace jus hoc plebis erat.*

omittit autem.—20 *Hi ad alios* Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Bas. Lugd. et Amst. sunt deest in Voss. 2. Bong. Gruteri, et Pall. 1. 2. deest etiam domus. Pith. et Bas. *ne occultu*.—21 Voss. 2. *sine securitate*.—22 Voss. 2. omittit ei. Florent. Leid. Voss. 1. et omnes Gruteri: *cum inicerentur*. Omnes fere edd. omittunt meorum, quod Schmieder. ex Leid. Florent. Voss. 1. Pal. 3. Bong. 1. 2. et Elz. revocavit. Edd. ante Schmieder. *nec p. loquutum*, qui ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pall. 1. 2. et Bong. recepit: *nec p. elocutum*. Edd. ante Freinsh. *abducunt*.—23 Pith. Frob. Mer. et Bas. *ut omnes*. Voss. 1. *coherent*, pro quo Bong. Gruteri *essent*. Ald. *turba Lixarum*.—24 Edd. vett. *Philotam*; Voss. 1. *Filotan*.—25 Ald. *De c. reges*; Pith. Fauch. et Dan. *De c. regibus*; Frob. Col. et Bas. *De c. rebus reges*; Voss. *De c. rebus rex*. Voss. 2. *inquirebat et exercitus*; Frob. Col. et Bas. *inquirebant*. *Exercitus, &c.* Mer. *inquirebat*. *Exercitus*. Bong. Gruteri, Mer. Bas. Col. Ald. Colin. Gryph. et Frob. in parte c. vulgi. Florent. Leid. Voss. 1. 2. codd. Gruteri et Bong. et

#### NOTE

<sup>j</sup> *Omnes*] De solis, opinor, Macedonibus accipiendum, ad quos pertinebat de crimine cognoscere. Nec solos tamen eos venisse constat ex cap.

9. nec omnes affuisse putem, cum sex millia tantum advenerint, reliquis forte ob angustias loci exclusis.

nisi prius valuisset auctoritas.<sup>1</sup> 26. Igitur primum Dymni cadaver infertur, plerisque, quid patrasset, quone casu extinctus esset, ignaris.

1x. 1. Rex deinde in concionem procedit, vultu præferens dolorem animi. Amicorum quoque mœstitia expectationem haud parvam rei fecerat. 2. Diu rex demisso in terram vultu attonito stupentique similis stetit: tandem recepto animo, 'Pæne,' inquit, 'milites, paucorum hominum scelere vobis ereptus sum. Deum providentia et misericordia vivo. Conspectusque vestri venerabilis cogit, ut vehementius parricidis irascerer, quoniam spiritus, immo unus vitæ meæ fructus est, tot fortissimis viris, et de me optime meritis, referre adhuc gratiam posse.' 3. Interrumpit orationem militum gemitus, obortæque sunt omnibus lacrymæ. Tum rex, 'Quanto,' inquit, 'majorem in animis

~~~~~

nihil. 'Sic (nisi prius valuisset auctoritas) Ald. et codd. Gruteri omnes, nulla alia voce adjecta.' Snak. Hinc apparet aliam olim fuisse lectionem.—26 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Dymni primum*; Voss. 2. ut semper, *Divini*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *quid parasset*; Dan. et Pal. 3. *quid perasset*; Voss. 2. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri: *quid passus*.

1 Voss. 2. omittit *animi*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Dan. Pall. 1. 2. Bong. Gruteri, et Elz. *haud parvam ei fecerat*; Amst. *h. p. ejus fecerat*; vulgg. *h. p. fecerat*; Col. Mer. Bas. Pal. 3. Freinsh. et recentt. *h. p. rei fecerat*.—2 Voss. 2. *Diu demisso rex*; vulgg. omittunt *rex*; alii habent *dimisso*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *paucorum*. Mox Voss. 1. 2. et edd. pleræque *vester*; Florent. Leid. Bong. et codd. Gruteri omnes *vestri*. Voss. 1. et Bong. 2. *coget*, quod deest in Bong. 2. *coëgit* in vulgg. ante Freinsh. *cogit* Leid. Voss. 2. codd. Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. et Mer. *parricidiis* Florent. Voss. 2. et vulgg. *quam spiritus* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. Pal. 3. et Mer. 'Vox spiritus suspecta. Barthius *speratus*, Rubenius *supremus* legit. Theocr. *unus, uno vitæ meæ unus, &c.*' Schmieder. Nic. Heinssius malit: *quoniam præcipuus, immo, &c.* Bothe: *quoniam speratissimus unus vitæ, &c.* 'Insuperatissime' legitur apud Plantum Pæn. v. 3. 8. Pro immo unus Ald. habet, *unus, unus*: Bas. Col. Frob. Lngd. et Amst. *immo vitæ meæ unus fructus est*. Voss. 2. omittit *viris*. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *de me, omisso et*. Voss. 2. *adhec*. Florent. Leid. Voss. 2. omnes Gruteri præter Bong. Ald. et Mer. *possem*; Voss. 1. et Bong. 2. *possent*; Bong. 1. *posset*.—3 *Interrumpitque* Voss. 2. Ald. Col. et Bas. *rationem militum* Dan. et Pal. 3. *omnibus* deest in Voss. 1. *inquit quanto* Ald. Frob. Bas. Col.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Potestas....auctoritas*] 'Potestas' ad imperandum cogendumque pertinet; 'auctoritas' ad suadendum. Nulla erat Macedonum regum po-

testas damnandi aut absolvendi reos capitalium criminum, nisi prius suam populo militibusve sententiam approbassent.

vestris motum excitabo, cum tanti sceleris auctores ostendero ! quorum mentionem adhuc reformido, et, tanquam salvi esse possint, nominibus abstineo. 4. Sed vincenda est memoria pristinae caritatis,<sup>a</sup> et conjuratio impiorum civium detegenda. Quomodo autem tantum nefas sileam ? Parmenio, illa ætate, tot meis, tot parentis mei meritis devinctus, omnium nobis amicorum vetustissimus, ducem tanto sceleri se præbuit. 5. Minister ejus Philotas Peucolaum et Demetrium et hunc Dymnum, cujus corpus aspiciatis, ceterosque ejusdem amentia in caput meum subornavit.<sup>b</sup> 6. Fremitus undique indignantium querentiumque tota concione obstrepebat; qualis solet esse multitudinis, et maxime militaris, ubi aut studio agitur, aut ira.<sup>c</sup> 7. Nicomachus deinde et Metron et Cebalinus producti, quæ quisque detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas particeps sceleris destinabatur : itaque, indignatione pressa, vox indicum silentio excepta est.<sup>d</sup> 8. Tum rex, 'qualis,' inquit, 'ergo animi vobis videtur, qui hujus rei delatum indicium ad ipsum suppressit? Quod non fuisse vanum, Dymni exitus declarat. 9. Incertam rem deferens, tormenta non timuit Cebalinus : Metron ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut eo, ubi lavabar,

<sup>a</sup> Superandus est sensus prioris mei in illos amoris.

<sup>b</sup> Cum amore vel odio incitatur.

<sup>c</sup> Designabatur conjurationis socius.

<sup>d</sup> Sedata militum ira, testimonium delatorum auditum est cum silentio.

~~~~~

et Mer.—4 Bongarsius mavnit: *Quomodo enim*. Voss. 2. *tantum facinus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Fauch. *se sceleri tanto*.—5 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pall. 1. 3. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Leucolaum*; Voss. 2. Pal. 2. et Bong. Gruteri *Leucolaum*. Edd. fere omnes: *ejus amentia*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pall. o. Amst. Lugd. et Elz. *ejusdem amentia*, quod revocavit Schmieder. *ejusdem amentia comites* Ald. Frob. Mer. Col. et Bas.—6 Voss. 2. omittit *undique*.—7 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *inparticeps sceleris destinabatur*; sed in Bong. 1. exscriptum *in* in; verum in Dan. iterum ad marginem notatum: *inparticeps*, ceu rara vox; Pal. 3. *inparticeps destinabatur*; Bong. Gruteri, Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *in particeps sceleris*. Voss. 2. *destinabant*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Bong. Venet. Veron. Mediol. et Mer. *expressa vox*.—8 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Tunc rex*. Florent. Voss. 1. Bong. et Put. *erga*, sed in Put. correctum *ergo*; Bong. 1. *erga*, superscripto *me*; Leid. *erga me*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et pleræque edd. ante Freinsh. *id ipsum*.—9 Gruteri omnes codd. omittunt *tormenta*. Pith. *nec momentum*. Voss. 2. omittit

irrumperet. 10. Philotas solus nihil<sup>a</sup> timuit, nihil credidit: o magni animi virum! Iste, si regis periculo commoveretur, vultum non mutaret? indicem tantæ rei sollicitus non audiret? Subest nimirum silentio facinus, et avida spes regni præcipitem animum ad ultimum nefas impulit. 11. Pater Mediæ præest: ipse, apud multos copiarum duces meis præpotens viribus, majora, quam capit, spirat.<sup>c</sup> 12. Orbitas quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur. Sed errat Philotas: in vobis liberos, parentes, consanguineos habeo: vobis salvis, orbus esse non possum. 13. Epistolam deinde Parmenionis interceptam, quam ad filios Nicanorem et Philotan scripserat, recitat, haud sane indicium gravioris consilii præferentem. 14. Namque summa ejus hæc erat: 'primum vestri curam agite; deinde vestrorum: sic enim, quæ destinavimus, efficiemus.' 15. Adjecitque rex: 'sic esse scriptam, ut, sive ad filios pervenisset, a consciis posset intelligi, sive intercepta esset, falleret ignaros.' 16. At enim Dymnus, cum ceteros par-

<sup>a</sup> *Phara, quam quorum capax sit, affectat.*

<sup>c</sup> *Non intelligeretur ab iis qui conscii non erant.*

\*\*\*\*\*

ut ante eo.—10 Idem codex: *Philetas solum*. Dan. Bong. Gruteri, Pall. 1. 3. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et edd. plurimæ ante Freinsl. omittunt *si ante regis*. Voss. 2. *periculum*. Dan. Pall. 2. 3. Ald. Elz. alii: *cum moneretur*; Pal. 1. et Bong. Gruteri: *cum moverentur*; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *commoveretur*. Mer. *ultimum* pro *vultum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et reliqui Gruteri omittunt *non ante mutaret*. Bong. Gruteri *solitus* pro *sollicitus*; Pal. 1. *solus*. Iterum iidem codd. omittunt *non ante audiret*.—11 Voss. 2. *spes regis*, et distinguit post *animum*. Ald. et Mer. *mediæ*. Voss. 2. omittit *apud*. Pro *spirat*, quod Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Bong. Lugd. et Amst. exhibent, Ald. et alii *sperat*; Pal. 3. *sperat*, sed huic superscriptum *spirat*; alii *aspirat*.—12 Mer. *mea (sine liberis sum)*. 'Adduntur hæc: *quod sine liberis sum*, sive a Curtio, sive ex glossa, ne quis putet Alexandrum liberos perdidisse morte, sed ut sciatur, nondum habuisse.' Schmeider. Voss. 1. 2. et Mer. *Sed erat*. Voss. 2. *in nobis parentes, liberos*.—13 Codd. Gruteri, Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *consilii ferentem*.—14 Fauch. *vobis* pro *vestri*. Ald. Mod. Frob. Mer. Col. et Bas. *sic e. q. d. faciemus*.—15 Leid. *intelligi*. Voss. 2. *si esset*.—16 Idem codex: *At enim*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Nihil* Solus Philotas nihil timuit menta, quorum se periculo exponere regi; cum Cebalinus adeo timuerit bat, si rem delatam non probaret. meo capiti, ut nihil veritus sit tor-

ticipes sceleris indicaret, Philotan non nominavit: hoc quidem illius non innocentiae, sed potentiae indicium est, quod sic ab iis timetur etiam, a quibus prodi potest, ut, cum de se fateantur, illum tamen celent. Ceterum Philotan ipsius indicat vita. 17. Hic Amyntæ,<sup>b</sup> qui mihi consobrinus fuit, et in Macedonia capiti meo impias comparavit insidias, socium se et consocium adjunxit. Hic Attalo,<sup>c</sup> quo graviolem inimicum non habui, sororem suam in matrimonium dedit. 18. Hic, cum scripsissem ei, pro jure tam familiaris usus atque amicitiae, qualis sors edita esset Jovis Hammonis oraculo, sustinuit rescribere mihi: se quidem gratulari, quod in numerum Deorum receptus essem; ceterum misereri eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui modum hominis excederet.<sup>a</sup> 19. Hæc sunt etiam animi pridem alienati a me et invidentis gloriæ meæ indicia; quæ quidem, milites, quamdiu licuit, in animo meo pressi. Videbar enim mihi partem viscerum meorum abrumpere, si, in quos tam magna contuleram, viliores

<sup>a</sup> Cujusmodi responsum datum fuisset ab, &c.

<sup>b</sup> Qui humanæ sortis conditionem superare vellet.



*Dirinus.* Voss. 1. *particeps.* Voss. 2. Bong. Gruteri, Ald. Pall. 1. 2. Frob. Mer. Col. et Bas. *ut dum de se.*—17 Voss. 2. *Hec Amyntæ;* Ald. Colin. Gryph. Mod. Mer. Col. et Bas. omittunt *Hic.* Voss. 2. *ei qui et Macedonia.* Voss. 1. *socium se et consocium;* Mer. *socium et consocium.* Voss. 2. *Attalo.*—18 Pal. 2. *Huic cum;* Pal. 3. *Nunc cum.* Pro *ei* Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri et Bong. habent *et.* Voss. 2. *Jovis Amonis;* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Ald. *Jovis Ammonis.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *sustinuit scribere.* Voss. 2. *numero Deorum.*—19 Leid. Voss. 1. et Ald. *etiam p. animi;* Col. Bas. Lugd. Frob. et Amst. *animi etiam.* Florent. Leid. Ald. Frob. Mer. Col. Bas. Lugd. Amst. et Elz. *quæ equidem;* Voss. 1. *qui equidem;* Voss. 2. omittit *quæ.* Pith. *quamdiu licuit milites.* Voss. 2. *pressit.* Mox Pith. omittit *mihi.* Voss. 2. *abrumpere.* Pith.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Amyntæ*] Perdicca genitus erat Philippi fratre, post cujus mortem ab ipso Philippo patruo ac tutore educatus, ejusdem filiam duxerat. Eo mortuo, cum Alexandri patruelis sui vitæ insidiaretur, ab illo occupatus est. *Consobrinus* hic sumitur pro *patruele*, quod non est infrequens, præ-

sertim apud Jurisconsultos.

<sup>c</sup> *Attalo*] Hujus sororem, vel sororis potius filiam, Philippus Olympiadi superinduxerat; quæ occasio simulatum Alexandro fuit cum Attalo primum, deinde cum Philippo. Suppl. lib. 1. cap. 9. Vide quoque hoc loco Freinsheimii Notas.

mihi facerem. 20. Sed jam non verba punienda sunt; linguæ temeritas pervenit ad gladios.<sup>4</sup> Hos, si mihi creditis, Philotas in me acuit. 21. Id si ipse admisit, quo me conferam, milites? cui caput meum credam? Equitatu, optimæ exercitus parti, principibus nobilissimæ juventutis unum præfeci: salutem, spem, victoriam meam fidei ejus tutelæque commisi. 22. Patrem in idem fastigium, in quo me ipsi posuistis, admovi:; Mediam, qua nulla opulentior regio est, tot civium sociorumque millia imperio ejus ditionique subjeci. Unde præsidium petieram, periculum extitit.<sup>4</sup> 23. Quam feliciter in acie occidissem, potius hostis præda, quam civis<sup>d</sup> victima! nunc servatus ex periculis, quæ sola timui, in hæc incidi, quæ timere non debui.<sup>e</sup> 24. Soletis identidem a me, milites, petere, ut saluti meæ parcam. Ipsi mihi præstare potestis, quod suadetis, ut faciam: ad vestras manus, ad vestra arma confugio: invitis vobis salvus esse nolo; volentibus, non possum, nisi vindicor.<sup>f</sup> 25. Tum Philotan, religatis post tergum manibus, obsoleto amiculo velatum, jussit induci. Facile apparebat, motos esse tam miserabili habitu, non sine invidia paulo ante conspecti.<sup>f</sup> 26. Ducem equita-

<sup>4</sup> *Sermonis procacia processit usque ad arma.*

<sup>4</sup> *Ad eundem gradum proxime exegi.*

<sup>4</sup> *Ab iis periculum mihi creatum est, a quibus tutamen quærebam.*

<sup>4</sup> *Adeo lugubri specie Philotæ, quem non multo ante felicem cum invidia viderant.*

*contumelia mihi facerem viliores.*—20 Voss. 2. et Bong. Gruteri: *prævenit gladios.* Mox edd. pleræque ante Freinsh. *Id si ipsum dimisero;* Ald. *Id si ipsum dimisi;* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Id si ipsi admisit;* Voss. 2. *Id si mihi ipsi amisit;* Pal. 1. *Id si mihi ipsi admisit, vel dimisit;* Pal. 2. *Id si ipse admisit;* Pal. 3. *Id si in spem admisit;* Bong. Gruteri: *Id si spem admisit;* Mer. *Id si ipse dimisi.* Lectio nostra debetur Freinshemio. Vide Not. Var. —22 Mer. *Partim pro Patrem.* Pith. Bong. 1. Pal. 3. Florent. Leid. et Voss. 1. *Media.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 3. Dan. et a secunda manu Bong. est, et tot. Bong. in periculo, probante Freinshemio; Pal. 1. et Bong. Gruteri *periculumque.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. Bas. Amst. Lugd. et Elz. existit.—23 Voss. 2. *cecidissem,* et mox omittit *quæ ante timere.*—24 Mer. *salvum esse.*—25 Voss. 2. *absoleto amiculo.* Ald. *motus esse.*—26 Ald.

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Civis]* Philotæ. Cives sunt qui bare quidam 'concives' appellant. in eadem nati atque educati patria, <sup>e</sup> *Non debui]* Quia creari mihi a iisdem utuntur legibus, &c. quos bar- meis non debuerant.

tus pridie viderant; sciebant, regis interfuisse convivio: repente non reum modo, sed etiam damnatum, immo vinc-tum,<sup>f</sup> intuebantur. 27. Subibat animos Parmenionis quò-que, tanti ducis, tam clari civis, fortuna: qui modo duobus filiis,<sup>g</sup> Hectore et Nicanore, orbatus, cum eo, quem reli-quum calamitas fecerat, absens diceret causam." 28. Ita-que Amyntas,<sup>h</sup> regis prætor, inclinatham ad misericordiam concionem rursus aspera in Philotan oratione commovit. 'Proditos eos esse barbaris: neminem ad conjugem suam, neminem in patriam et ad parentes fuisse rediturum: vel-ut truncum corpus demto capite, sine spiritu, sine nomine, aliena terra ludibrium hostis futuros.' 29. Haudquaquam pro spe ipsius, Amyntæ oratio grata regi fuit, quod conju-gum, quod patriæ admonitos, pigriores ad cetera munia exequenda fecisset. 30. Tunc Coenus, quanquam Philotæ

" Cum Philota, quem solum adversa fortuna patri reliquerat superstitem, de-fendere se in iudicio capitis absens cogebatur.

\*\*\*\*\*

Mer. Col. Bas. Elz. alii: *non reum quidem modo, sed, &c.* Bong. 2. omittit non; Bong. 1. ascripsit oræ non solum; Florent. Leid. et Voss. 1. *rep. reum quidem sed*; et sic Dan. et Bong. cui a manu aliena: *non reum*, quomodo etiam in Voss. 2. et Pall. 1. 2. Mox Bong. 1. 2. *immo vinctum*; Leid. *immo victum*. —27 Voss. 1. *tam clari cujus*. Bong. 1. omnes Gruteri et Mediol. *quo modo*; Fauch. *quomodo*; Florent. Leid. Pith. et Bong. 2. *qui quomodo*; Voss. 2. omittit *modo*. Dan. *Hectore*; pro quo in Voss. 2. *Philota*. Florent. Leid. Voss. 1. et Gruteri omnes: *ac Nicanore*. Pith. *calamitas reliquum*. —28 Flo-rent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri et Bong. *regius pro regis*. Voss. 2. Pall. o. et Bong. Gruteri *præfectus pro prætor*. Edd. fere omnes ante Freinsh. *inclinantem*; Ald. *inclinatham*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Gruteri, Frob. Mer. Bas. et Col. *inclinatham*. Mox pro *esse* Schmieder. malit *fuisse*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Gruteri omnes omittunt prius *neminem*. Vulgg. ante Freinsh. in *aliena terra*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et Mer. *aliena terra*, omisso *q̄* in. Bong. 1. *hostes futuros*; Bong. Gruteri: *hostibus futuros*. —29 Vulgg. ante Freinsh. *pro re*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *prosperare*; Voss. 2. et Gruteri omnes *pro specie*; alii *prosper*; lectio nostra *pro spe* debetur Freinshemio. Voss. 2. *ad cetera munimina*. —30

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Immo vinctum*] Gravius igitur quid-dam esse videbatur principem virum ligari, quam simpliciter damuari.

<sup>g</sup> *Duobus filiis*] Hector ex Nilo flu-mine ægre emersns expiraverat, lib. iv. cap. 8. Nicanor Paulo ante ex morbo decesserat, supra cap. 6.

<sup>h</sup> *Amyntas*] Non fuit hic Amyntas Andromenis filius quem inter reos visuri sumus lib. vii. cap. 1. sed alter forsitan ex duobus illis qui fortitudi-nis ergo Chiliarchæ creati sunt, lib. v. cap. 2. Hos enim 'Prætores' vo-care possis.

sororem matrimonio secum conjunxerat; tamen acrius quam quisquam in Philotan invecus est: 'parricidam esse regis, patriæ, exercitus' clamitans: 31. saxumque, quod forte ante pedes jacebat, eripuit,<sup>i</sup> emissurus in eum; ut plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens: sed rex manum ejus inhibuit, 'dicendi prius causam debere fieri potestatem reo, nec aliter judicari passurum se' affirmans. 32. Tum dicere jussus Philotas, sive conscientia sceleris, sive periculi magnitudine amens et attonitus, non attollere oculos, non hiscere audebat. 33. Lacrymis deinde manantibus, linquente animo, in eum, a quo tenebatur, incubuit: abstersisque amiculo ejus oculis, paulatim recipiens spiritum ac vocem, dicturus videbatur. 34. Jamque rex, intuens eum, 'Macedones,' inquit, 'de te judicaturi sunt: quæro, an patrio sermone<sup>j</sup> sis apud eos usurus.' 35. Tum Philotas, 'Præter Macedonas,' inquit, 'plerique adsunt, quos facilius, quæ dicam, percepturos arbitror, si eadem lingua<sup>k</sup> fuero usus, qua tu egisti: non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intelligi posset a pluribus.' 36. Tum rex, 'Ecquid videtis, adeo<sup>l</sup> etiam sermonis patrii Philotan tædere?

Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri: in matrimonio.—31 Voss. 1. *forte*; Ald. Mer. Col. et Bas. *ante forte*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 3. et Ald. *eripuit*, ut in textu; Pall. 2. 3. et ceteri codd. et edd. *arripuit*. Mox pro *dicendi prius causam*, quod ex Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. Bong. Gruteri, Dan. et Pal. 1. servant, Bong. 1. Ald. et edd. ante Freinsh. habent: *dicenda p. causæ*. Mer. et Ald. *fieri reo potestatem*; Florent. Leid. Voss. 1. et vulgg. ante Freinsh. omittunt *reo*.—32 Pal. 3. Venet. Veron. Mediol. aliæ edd. vett. *dicere rursus permissus Philotas*; Ald. *dicere rursus permissus Philotas*; Bong. 1. *dicere rursus Philotas*, omisso *permissus*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. 1. 2. Dan. et Bong. Gruteri *dicere orsus Philotas*, omisso *permissus*. Edd. vulgg. ante Freinsh. seu periculi.—33 Voss. 2. *extersisque*; Pith. *abstersoque*. Voss. 2. *respiciens spiritum*.—35 Leid. et Voss. 1. *intelligi posset*; Voss. 2. *intelligi possit*.—36 Voss. 1. 2. et Bong. 2. *hæc quid videtis*; Pith. *en*

## NOTE

<sup>i</sup> Eripuit [arripuit] Alii eripuit.

<sup>j</sup> Patrio sermone] Macedonicus sermo Græcæ linguae Dialectus erat a ceteris diversa, quippe quam plerique Græcorum non intelligerent, ut ex hoc ipso loco, et ex cap. 11. satis apparet. Idque Strabonis quoque testimonio firmari potest, lib. VII.

Sic multæ sunt Germanicæ Gallicæque linguae Dialecti quas vix intelligunt, qui non assueverunt.

<sup>k</sup> Eadem lingua] Græca, opinor, eaque communi, quæ ab omnibus audiretur.

<sup>l</sup> Adeo] Alii legebant: odio etiam patrii S. Ph. teneri. Sed venustior



solus quippe fastidit eum dicere.\* Sed dicat sane utcumque cordi est; dum memineritis, æque illum a nostro more atque sermone abhorrere.' Atque ita concione excessit.

x. 1. Tum Philotas, 'Verba,' inquit, 'innocenti reperire facile est; modum<sup>a</sup> verborum misero tenere difficile. 2. Itaque inter optimam conscientiam et iniquissimam fortunam destitutus, ignoro, quomodo et animo meo et tempori paream.' 3. Abest quidem optimus causæ meæ iudex: <sup>b</sup> qui cur me ipse audire noluerit, non me hercule excogito, cum illi, utrimque cognita causa, tam damnare me liceat quam absolvere; non cognita vero liberari ab absente non possum, qui a præsentē damnatus sum. 4. Sed quanquam vincti hominis non supervacua<sup>c</sup> solum, sed etiam invisā defensio est, quæ iudicem non docere videtur sed arguere; tamen,

\* *Dedignatur illo uti.*

<sup>a</sup> *Qua ratione et indoli meæ et præsentī statui orationem accommodem.*

\*\*\*\*\*

*quid videtis.* Pal. 3. Ald. alii: *odio etiam*; Bong. 1. *ido etiam*, et superscrip-  
to odio; Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri et Bong. 2. *adeo etiam*.  
Vulg. ante Freinsh. *tedere*; aliæ edd. *teneri*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et  
Bong. Gruteri *tedere*. Mer. *solum*, et sic codd. Modii. Acidalius pro *eum*  
malit *eo*, approbante Radero; et sic etiam legit Tell. 'Possit etiam legi  
*fastidit eum*, expuncto *dicere*.' Freinsh. Pro *dicere* Florent. Leid. Voss. 2.  
Dan. et Bong. habent *discere*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pall. 2. 3. et  
Bong. *ei cordi*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pall. 1. 2. et Bong. *quo a pro*  
*atque*; Voss. 2. Bong. 1. et Pal. 3. *quam a*. Voss. 2. *ita a concione*.

2 Pro *quomodo* Bong. Dan. Pall. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. et  
*quomodo*. Voss. 2. *quomodo et quo animo in eo obsequar et tempori paream*.  
Bong. 1. omittit *paream*.—3 Voss. 1. non *m. a. excogito*. Pleræque edd.  
ante Modium: *utique cognita*; Voss. 2. *utcumque cognita*; Amst. *utrumque*  
*cognita*, probante Scheffero; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Pal. 1.  
Colon. Sigeb. Lugd. Col. et edd. post Freinsh. omnes: *utrimque cognita*.  
Voss. 1. *caussata pro causa*. Mox codd. Modii: *nam si cogitavero liberari ab-*  
*sente illo non possum, quo præsentē damnatus sum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2.  
omnes Gruteri, Ald. et Mer. etiam omittunt *ab*. Ald. *quin a præsentē*; Voss.

#### NOTÆ

ceterorum lectio quam representavi-  
mus.

<sup>a</sup> *Modum*] Livius lib. xxix. 'Dant  
animum ad loquendum libere ultimæ  
miseriæ.' Ovid. Met. xiii. 140. 'Dol-  
or ipse disertum fecerat.' Tacit.  
Ann. iv. 'Mæsta, ubi semel proru-  
pere, difficilior reticentur.'

<sup>b</sup> *Judex*] Alexander. *Utique*] A-  
lias *utrimque*.

<sup>c</sup> *Supervacua*] Quia ipso regis judi-  
cio jam videbatur damnatus, quod  
vinctus esset; cum vinciri nisi scele-  
ris convicti non solentur. Vide lib.  
vii. cap. 1.

utcumque licet dicere, memet ipse non deseram, nec committam, ut damnatus etiam mea sententia<sup>d</sup> videar. 5. Equidem cujus criminis reus sim, non video. Inter conjuratos nemo me nominat: de me Nicomachus nihil dixit: Cebalinus plus, quam audierat, scire non potuit. 6. Atqui conjurationis caput me fuisse credit rex! potuit ergo Dymnus eum præterire, quem sequebatur?<sup>e</sup> præsertim cum quærenti socios vel falso fuerim nominandus, quo facilius, qui verebatur, posset impelli. 7. Non enim detecto facinore nomen meum præteriit, ut posset videri socio pepercisse; sed Nicomacho, quem taciturnum<sup>e</sup> arcana de semet ipso credebatur, confessus, aliis nominatis, me unum subtrahebat. 8. Quæso, commilitones, si Cebalinus me non adisset, nihil me de conjuratis scire voluisset, num hodie dicerem causam nullo me nominante? 9. Dymnus sane et vivat adhuc, et velit mihi parcere: quid ceteri? qui de se confitebuntur, me videlicet subtrahent! Ma-

<sup>b</sup> *Me prætermittere quem habebat conjurationis ducem.*

~~~~~

2. qui præsentē, omīssa præpositione a; Elz. quia præsentē.—4 Hanc alicujus conjecturam profert et damnat Acidalius: *Sed q. v. h. non invidia solum, s. e. supervacua d. est, qui j. non d. v. sed se arguere.* Florent. Leid. Bong. Dan. membranæ Modii, et Pall. 1. 2. qui judicem. Bong. Gruteri et Mer. tamen utrumque. Scheffer. conj. tamen utcumque cum liceat dicere. Florent. Leid. Voss. 1. Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. Col. Prob. Mer. et Bas. me dicere; Pal. 3. me docere.—6 Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Pal. 1. et Mer. caput fecisse e. rex. Voss. 2. Pith. Fauch. Col. et Mer. quem insequēbatur; Dan. qua insequēbatur; Bong. Gruteri et Pal. 1. que insequēbatur. Mer. omittit rel ante falso. Bong. omittit: qui verebatur, quod ex Ald. recepit Freinshemius; Florent. Leid. Fauch. et Voss. 1. qui temptabatur; Mer. qui tenebatur; Voss. 2. et edd. pleræque ante Freinsb. qui tentabatur.—7 Voss. 2. dejecto facinore. Pro sed Nicomacho, Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venett. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. et aliæ edd. Nicomachus; Pal. 3. se Nicomachus. Lectio nostra debetur Acidalio. Amat. credebatur de semetipso. Pith. confessus. Florent. nominatus; et sic Fauch. et Dan. a manu prima.—8 Scheffer. legit: adisset, et nihil.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri codd. Bong. Venet. Veron. Mediol. et Mer. et viveret adhuc. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. Pal. 1. Venet. Veron. Mediol. et Mer. et velut; Pith. et vellet. Leid. Fauch. Venet. Veron. Mediol. et Mer. mihi parceret; Voss. 1. et Bong. 2. mihi parceri; Pith. et Voss. 2. mihi parcerent. Pith. quid de se. Pal. 1. me v. subtrahunt; Voss. 2. me v. subtraherent. Pleræque edd. omit-

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Mea sententia*] Ipso quippe silenderetur.

tio crimen fateri seque damnare vi-

Delph. et Var. Clas.

<sup>e</sup> *Quem taciturnum*] Supra cap. 7.

Q. Curt.

2 H

ligna est calamitas; et fere noxius, cum suo supplicio crucietur, acquiescit alieno.<sup>c</sup> 10. Tot conscii, ne in equuleum quidem impositi, verum fatebuntur? Atqui nemo parcit morituro; nec cuiquam moriturus,<sup>d</sup> ut opinor. 11. Ad verum crimen et ad unum revertendum mihi est. Cur rem delatam ad te tacuisti? cur tam securus audisti? hoc quaecumque est, confesso mihi, ubicumque es, Alexander, remisisti: dextram tuam amplexus reconciliati pignus animi, convivio quoque interfui. 12. Si credidisti mihi, absolutus sum: si pepercisti, dimissus: vel iudicium tuum serva.<sup>e</sup> Quid hac proxima nocte, qua digressus sum a mensa tua, feci? quod novum facinus delatum ad te mutavit animum tuum? gravi sopore acquiescebam, cum me malis indormientem<sup>f</sup> meis inimici vinciendo excitarunt. 13. Unde et parricidæ et proditori<sup>g</sup> tam alta quies somni, scelerati conscientia obstrepenste cum dormire<sup>h</sup> non pos-

<sup>c</sup> *Alterius supplicio sublevatur.*

<sup>d</sup> *Saltem mane in sententia quam tulisti.*

<sup>e</sup> *In medio periculo conscriptum.*

~~~~~~  
 unt est ante calamitas; id vero ex codd. suis restituit Freinsh. suffragantibus Florent. Leid. et Voss. 1. 2. Pro fere alii vere. Vulgg. ante Freinsh. noxia; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. noxius. Vulg. ante Freinsh. cum quis suo supplicio acquiescit pro alio cruciatus; Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mer. Bas. Ald. Collin. Gryph. Col. Frob. et recentt. cum suo supplicio crucietur, acquiescit alieno. Heinsius legit: Magna calamitas ea vere: n. c. s. s. cruciatur, &c. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. et Pall. 1. 3. nec in; Mer. omittit ne. Voss. 1. et Ald. in eculum; Amst. et Lugd. in equuleo q. positi. Voss. 2. Pal. 1. et Bong. Gruteri: nec cuidam; Pal. 2. nec quidem; Pal. 3. neo quoquam.—11 Lugd. Amst. alii: prævertendi mihi est. Voss. 2. reconciliasti.—12 Leid. Quid ac; Voss. 1. Qui hac. Pith. ad te delatum. Voss. 2. indormiente, et omittit inimici vinciendo. Leid. et Bong. excitarunt.—13 'Non opus est, ut vel cum Freinshemio, et prodita re, vel cum Acidalio, et prodito legas.' Schmieder. Voss. 2. con-

#### NOTE

<sup>f</sup> *Moriturus*] Refellit quod supra responsam ab Alexandro fuerat, non innocentem, sed potentis indicium esse, quod sic ab iis timeretur Philotas, a quibus prodi posset, ut cum de se faterentur, illum tamen celarent. Cur me, inquit, metuat mihi etiam inter tormenta parcat, qui jamjam moriturum se videt?

<sup>g</sup> *Proditori* [*prodito*] Rectius hoc

meo iudicio, quam vulgatum *proditori*. Nam 'proditor' aut nihil, aut parum addit ad 'parricidam'; et uterque securus potest somnum capere, quamdiu proditum se non putat. Sed parricidæ et prodito quæ possit esse quies somni? Nec improbandum illud Freinshemii ex *proditori* facientis *prodita re*.

<sup>h</sup> *Dormire*] Memorabile quod refert

sint? 14. Agitant eos furiae,<sup>1</sup> non consummato modo, sed et cogitato parricidio. At mihi securitatem primum innocentia mea, deinde dextra tua obtulerant: non timui, ne plus alienae crudelitati apud te liceret, quam clementiae tuae. 15. Sed ne te mihi credidisse poeniteat, res ad me deferrebatur a puero, qui non testem, non pignus indicii<sup>f</sup> exhibere poterat, impleturus omnes metu, si coepisset audiri. 16. Amatoris et scorti jurgio interponi aures meas credidi infelix, et fidem ejus suspectam habui, quod non ipse<sup>j</sup> deferret, sed fratrem potius subornaret: 17. timui,

<sup>f</sup> Nec certum argumentum sua delationis.

*dormire non possint.* Florent. Leid. Voss. 2. et Mer. *possunt*; Voss. 1. *possent*. —14 Florent. Leid. Voss. 1. Gruteri omnes, Venet. Veron. Mediol. Vet. an. 1474. Ald. Frob. Col. Bas. Freinsh. Snak. Barb. et Bip. *non cogitato modo, sed et consummato*; nisi quod Florent. Leid. et Voss. 1. habent, *sed etiam*. Mer. *non citato modo, sed et consummato*; plerique codd. Schefferi, Colon. Sigeb. Pall. 1. 2. 3. Dan. Pith. Fauch. Bong. Col. Lugdd. 1584. 1588. 1591. Amat. 1621. 1628. 1629. 1688. Cellar. Pitisc. Tell. Maill. et Both. *non consummato modo, sed et cogitato*. Ald. vero habet *consumato*; Voss. 2. *confirmato*. Mox Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *tua dextra*. Iidem codd. cum Voss. 2. et omnibus Gruteri *obtulerat*; Ald. Mer. Frob. Col. Bas. Lugd. et Amst. *obtulerant*; Acidalius conj. *attulerat*, et mox *crudelitatem*. —15 *Sed ne me tibi profert Acidalius*. Mer. *præferebatur*. Pith. omittit *a puero*. —16 Voss. 2.

#### NOTE

Tullius Orat. pro Sexto Rosc. Amerino, de Clælio Tarracinensi, qui duos inter filios inventus est gladio confossus. Filii de parentis cæde postulati hac maxime ratione absoluti sunt, quod aperto ostio dormientes, in eodem conclavi reperti erant. Ceterum etsi animi ac somni securitas illa innocentiae ut plurimum index habetur, tamen adversus id argumentum excipi poterat: primum, gravissimis curis, mœrore, desperatione vexatos alto quandoque somno obrui; ut ipsi Alexandro contigisse vidimus lib. iv. cap. 13. idem quoque de Augusto deque Othone refert Suetonius: deinde, simulari quoque somnum posse, ut argumentatur Quintilianus Declam. II. et Libanius Declam. XLIV.

Sane mirum est Philotam, quantumvis innoxium, leni placidoque somno dormire potuisse, qui tam præsentis periculo ereptum se esse meminisset.

<sup>1</sup> *Furiae*] Sic quidem de Oreste post occisam ab eo matrem Poëtæ fingunt vexatum eum esse Furiarum occursum cum tædis ubique militantium. Sed præclare Tullius pro Sex. Roscio: 'Nolite enim putare, &c. sua quemque fraus, et suus terror maxime vexat; suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit; suæ malignæ cogitationes conscientiaque animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque Furiae,' &c.

<sup>j</sup> *Non ipse*] Nicomachus. *Fratrem*] Cebalinum.

ne negaret mandasse se Cebalino, et ego viderer multis amicorum regis fuisse periculi causa. 18. Sic quoque, cum læserim neminem, inveni, qui mallet perire me, quam incolumem esse: quid inimicitiarum creditis excepturum fuisse, si insontes lacecissem? 19. At enim Dymnus se occidit? num igitur facturum eum divinare potui? minime. Ita, quod solum indicio fidem fecit, id me, cum a Cebalino interpellatus sum, movere non poterat. 20. At hercule, si conscius Dymno tanti sceleris fuisset, biduo illo proditos esse nos, dissimulare non debui; Cebalinus ipse tolli de medio nullo negotio potuit. 21. Deinde post delatum indicium, quo periturus eram, cubiculum regis solus intravi, ferro quidem cinctus. 22. Cur distuli facinus? an sine Dymno non sum ausus? ille igitur princeps conjurationis fuit: sub illius umbra Philotas latebam, qui regnum Macedonicum affecto. Et quis e vobis corruptus est donis? quem ducem, quem præfectum impensius colui? Mihi quidem obicitur, quod societatem patrii sermonis asperner; quod Macedonum mores fastidiam: sic ergo imperio, quod dedignor, immineo.<sup>4</sup> 23. Jam pridem nativus ille sermo commercio aliarum gentium exolevit; tam victoribus, quam victis peregrina lingua discenda est. 24. Non me hercule

<sup>3</sup> Quantum odii putatis me passurum fuisse.

<sup>4</sup> Sic ambio regnum Macedonum quod contemno.

et Pith. infelix credidi.—17 Florent. Leid. et Voss. 1. sese Cebalino. Voss. 2. omittit regis. Pith. causa periculi.—18 Voss. 2. mallent, probantibus Snak. et Schmieder. in textum recepit Bothe. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. accepturum.—19 Voss. 2. non igitur, et omittit eum; Modius emendavit: eum hoc divinare. Amst. Lugd. alii omittunt minime. Ald. Mer. Col. et Bas. interpolatus sum. Pal. 3. et edd. vulgg. ante Freinsh. non potuit; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Frob. Bas. Col. et Mer. non poterat.—20 At Hercules Florent. Dan. et Bong. ipse tollit Florent. Voss. 1. Dan. Pith. et Bong. 2. nullo qua negotio Florent. et Leid. nulloque negotio Bong. et Gruteri omnes.—21 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et multæ edd. post Modium: Denique post, &c. Edd. vett. Venett. Veron. Mer. Bas. Frob. Col. Ald. Colin. et Gryph. quid operiturus; Leid. Voss. 2. et Florent. operiturus, omissio quo; Voss. 1. Dan. et Bong. etiam omittunt quo, sed habent operiturus.—22 Voss. 2. Philotas latebat. Pith. qui regno. Voss. 2. omittit Macedonum. Mox Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. Equis; Florent. Hæc quis. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri, ex donis. Leid. Voss. 1. et Dan. Mihi q. obicitur. Voss. 2. mores fastidivi. Voss. 1. 2. Leid. et vulgg. sic ego; Pal. 3. si ego.—23 Voss. 1. sermone. Voss. 2.

ista me magis lædunt,<sup>i</sup> quam quod Amyntas, Perdiccæ filius, insidiatus est regi; cum quo quod amicitia fuerit mihi, non recuso defendere,<sup>k</sup> si fratrem regis non oportuit diligi a nobis: 25. sin autem in illo fortunæ gradu positum etiam venerari necesse erat; utrum, quæso, quod non divi-  
navi,<sup>l</sup> reus sum? an impiorum amicis insontibus quoque moriendum est? Quod si æquum est, cur tamdiu vivo? si injustum, cur nunc demum occidor. 26. At enim scripsi, misereri me eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui se Jovis filium crederet! Fides amicitiae, veri consilii periculosa libertas, vos me decepistis! vos, quæ sentiebam, ne reticerem, impulistis! 27. Scripsisse me hæc fateor regi, non de rege<sup>m</sup> scripsisse: non enim faciebam invidiam, sed pro eo timebam: j dignior<sup>o</sup> mihi Alexander videbatur, qui

<sup>i</sup> *Ista nihilo plus mihi nocent.*

j *Non odium illi constabat, sed ne incurreret, illi metuebam.*

exoluit. Pith. omittit est.—24 Mer. iste pro ista. Pal. 3. *dedunt* pro *lædunt*. Mer. *quam Amyntas*, omisso *quod*. Ald. *cum quo amicitia*, omisso *quod*; Voss. 2. *quidem quæ*. <sup>k</sup> Mox legendum videtur: *non recuso; defenderem si fratrem regis non oportuit diligi a nobis*; hac sententia: Quod mihi cum Amynta amicitia fuerit, non recuso, non nego; *defenderem*, defendere me deberem, defensionis esset locus, si, &c. Aliis in loco vexato alia placebant. Modo tollunt negationem ante *recuso*, modo ante *oportuit*; modo legunt *dependere*, i. e. pœnas subire; modo *non defendo*, ejecto verbo priori, tanquam e margine in ipsam orationem traducto. Ceterum Amyntas non frater regis, sed patruelis erat; frater autem vel eam ob causam appellari poterat, quod sororem Alexandri haberet uxorem. <sup>l</sup> *Schmieder*. Vide Not. Var. Voss. 2. Bong. Gruteri et Pall. 1. 3. *sed fratrem*; unde Scheffer. conj. *si et fratrem*.—25 Bong. Gruteri *unum* pro *utrum*; Acidalius vero legit, *iterum*; et Heinsius: *futurum q. q. n. d. cur reus sum*. Florent. *cur non nunc*. Ald. *occider*.—26 Pith. *miserrime*. Voss. 2. *horum* pro *eorum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Bas. et Gruteri omnes præter Pal. 3. omittunt *vos* ante *me decepistis*.—27 Edd. plurimæ ante Freinsh. *hoc fateor*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Gruteri omnes: *hæc fateor*. Edd. antiq. cum Ald. Colin. Gryph. aliæ ante Modium omittunt *et scripsisse* post *rege*; id tamen habent Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Gruteri om-

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Defendere*] Non recuso pœnas subire, quod Amyntæ amicus fui, si crimen est regis fratrem amasse. *Fratrem*] Patruelis erat Amyntas Alexandri, ut diximus ad cap. 9. Sed et *frater* et ἀδελφός de patruèle quandoque dicitur, ut hoc loco erudite dis-

putat Freinshemius.

<sup>l</sup> *Non divinavi*] Amyntam illum Alexandri vitæ insidiari.

<sup>m</sup> *Non de rege*] Ad ipsum scripsi solum; non ad alios, ut ei obrectarem, et invidiam conflarem.

<sup>o</sup> *Dignior*] Dignius Alexandro pu-

Jovis stirpem tacitus agnosceret, quam qui prædicatione jactaret. 28. Sed quoniam oraculi fides certa est; sit Deus<sup>p</sup> causæ meæ testis: retinete me in vinculis, dum consulitur Hammon in arcanum et occultum scelus. Interim, qui regem nostrum dignatus est filium, neminem eorum, qui stirpi suæ insidiati sunt, latere patietur. 29. Si certiora oraculis creditis esse tormenta; ne hanc quidem exhibendæ veritatis fidem deprecor.<sup>a</sup> 30. Solent rei capitis adhibere<sup>q</sup> vobis parentes: duos fratres<sup>r</sup> ego nuper amisi; patrem nec ostendere possum, nec invocare audeo, cum et ipse tanti criminis reus sit. 31. Parum est enim, tot modo liberorum parentem in unico filio acquiescentem eo quoque orbari, ni ipse in rogam meum imponitur. 32. Ergo, carissime pater, et propter me morieris, et mecum? Ego tibi vitam adimo, ego senectutem tuam extinguo! Quid enim

<sup>a</sup> Non recuso hanc quoque rationem inire probandæ veritatis.

nes, probantibus Rad. et Freinsh. Voss. 2. omittit *tacitus*.—28 Voss. 1. *retinente in vinculis*, omisso *me*. Ald. *dum consumitur*. Vulgg. ante Freinsh. *Hammon interim*, omisso: *in arcanum et occultum scelus*. Voss. 2. Ald. et Mer. pro *Hammon* habent *admodum*; Bong. 2. *ammodum*; Gruteri omnes, Florent. Leid. et Voss. 1. *Ammo, dum*; Col. et Bas. *Hammonius*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *archanum et occultum scelus*; Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *arcanum et occultum scelus*; Frob. in *arcanum*, &c. ut in textu. Vide Not. Var. Voss. 2. *nostrum suum dignatus*. Pith. *stirpem suam*.—29 Pal. 3. *Sed certiora*. Voss. 2. *oracula*. Pith. *creditis ejus tormenta*. Voss. 2. omittit *hanc*. Pith. *virtutis fidem*.—30 Pro *adhibere* Acid. et Rad. malint *exhibere*. Voss. 2. *adhibere nobis*, et mox omittit *duos*. Pal. 2. *ostendere nec possum*; Voss. 2. Pal. 1. et Bong. Gruteri: *ostendere non possum*. Voss. 2. *reus esset*.—31 Alii omittunt *enim*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *liberum parentem*. Florent. Leid. Voss. 2. Bong. et Gruteri omnes nisi *ipse*.—32 Pith. et Fanch. *Ergo Kme pater*. Amst. Lugd. alii: *aversantibus Diis*. Pith. *fructus ex me*.—

#### NOTÆ

tabam esse atque honorificum magis, si se Jovis filium enim sciret, non jactaret ipse tamen originem suam.

<sup>p</sup> *Sit Deus*] Meæ testem innocentiae appello ipsum Hammonem.

<sup>q</sup> *Adhibere*] Ut precibus lacrymisque judices ad misericordiam inflectant; cujus rei obvia sunt exempla, præsertim apud Tullium. Observa porro *parentes* idem hoc loco videri

quod nos Gallice dicimus *les parens*, pro cognatis quibuscumque. Sic enim quandoque accipi docent Freinsheimius ad Florum, Casaubonius et Salmasius in Pollionem de xxx. Tyrannis. Sane Philotas quid 'parentum' nomine intelligeret, postmodum explicans, 'fratrum' mentionem facit.

<sup>r</sup> *Duos fratres*] Supra cap. 9. *Nuper*] Hector ante duos circiter annos

me procreabas infelicem adversantibus Diis? an ut hos ex me fructus perciperes, qui te manent?' 33. Nescio, adolescentia mea miserior sit, an senectus tua: ego in ipso robore ætatis eripior; tibi carnifex spiritum adimet, quem, si fortuna expectare voluisset, natura reposcebat. 34. Admonuit me patris mei mentio, quam timide et cunctanter, quæ Cebalinus detulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim, cum audisset, venenum a Philippo medico regi parari, detertere eum voluit epistola<sup>a</sup> scripta, quo minus medicamentum biberet, quod medicus dare constituerat. 35. Num creditum est patri meo? num ullam auctoritatem ejus literæ habuerunt? Ego ipse, quoties, quæ audieram, detuli, cum ludibrio credulitatis repulsus sum. Si et, cum indicamus, invisī,<sup>t</sup> et; cum tacemus, suspecti sumus; quid facere nos oportet?' 36. Cumque unus e circumstantium turba exclamasset, 'Bene meritis non insidiari.' Philotas, 'Recte,' inquit, 'quisquis es, dicis. 37. Itaque, si insidiatus sum, pœnam non deprecor; et finem facio dicendi, quoniam ultima verba gravia sunt visa auribus vestris.' Abducitur deinde ab iis, qui custodiebant eum.

<sup>a</sup> Qui tibi impendunt.

33 Leid. Bong. 1. 2. et Dan. *adulescentia*. Voss. 2. omittit *expectare*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bong. Gruteri, Pall. 1. 2. Frob. Col. Mer. et Bas. *natura poscebat*; Bong. 1. et Pith. *natura poscebat*; Dan. *natura poscebat*.—34 Voss. 2. Amst. et Lugd. *voluit eum*. Florent. Leid. et Voss. 1. *dare constitueret*.—35 Voss. 2. *literæ ejus*. Pal. 3. et Mod. *et cum ludibrio*. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Gruteri omnes præter Pal. 3. *crudelitatis*; in Bong. 1. tamen emend. *credulitatis*. Mox Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Sic et cum*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 3. Modiani, et edd. plurimæ, *Si et cum*; et sic recentt. Pro *invisi* Freinsh. conj. *irrisi*, vel *irrisi*, quod reposuerunt Tell. et Maitt. 'Necessariæ non sunt, quamvis non displicent Freinsh. conjecturæ.' Schmieder.—36 Fauch. *turba proclamasset*. Hinc omnia usque ad *quid questione* desunt in Bong. 1. Mox Venet. Veron. et Mer. *non licuisse insidiari*; *rd* non omittunt Voss. 2. et Pith.—37 'Immerito editores hunc locum vexarunt, dum vel *vias* abjiciant, quæ vox in omnibus fere codd. [Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnibus Gruteri, Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Mer. et Bas.] exhibetur; vel *vestris*, quod verbum, in multis quidem deficiens, [Florent. Leid. Voss. 1.

#### NOTÆ

perierat: Nicanor non ita pridem. vulgatum *invisi*. Respicit enim ista,

<sup>a</sup> *Epistola* Vide lib. III. cap. 6. 'cum ludibrio credulitatis repulsus

<sup>t</sup> *Invisi* [irrisi] Rectius hoc quam sum.'



XI. 1. Erat inter duces manu strenuus Belon quidam, pacis artium et civilis habitus<sup>a</sup> rudis,<sup>a</sup> vetus miles, ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, promotus: 2. qui tacentibus ceteris, stolidi audacia ferox, admonere eos cœpit; 'quoties quisque deversoriis, quæ occupassent, proturbatus esset, ut purgamenta servorum Philotæ reciperentur eo, unde commilitones expulisset. 3. Auro argentoque vehicula ejus onusta totis vicis stetisse: ac ne in vicina quidem deversorii quenkam commilitonum receptum esse; sed per dispositos,<sup>b</sup> quos ad somnum habebat, om-

<sup>a</sup> *Politioris vitæ ignarus.*

\*\*\*\*\*

2. et Bong. Gruteri,] cum Freinshemio restituendum censerem, si abesset. *Schmieder.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *Adducitur.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *ab his.*

1 Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri et Bong. *Bolon*; Mer. *Bellon*. —2 Voss. 2. *quoties quisque*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. ante Freins. *quoties suis quisque*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. *quoties quisque*. Voss. 1. *quas occupassent*. Voss. 2. et Mer. *perturbatus esset*; vulgg. ante Freins. *deturbatus esset*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *proturbatus esset*. Lugd. Elz. alii: *et purgamenta*. Mer. *suorum pro servorum*, et mox *reciperent eo*, u. c. *expulissent*. —3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Col. Frob. Mer. Bas. Lugd. et Amst. *at ne*; Ald. Colin. et Gryph. *anne*. Voss. 2. omittit *in ante vicina*; Florent. Leid. Voss. 1. et Gruteri omnes habent, *in viciniam*; Pal. 3. *vicinam*; vulgg. ante Freins. *in vicina*. Heinsius conj. *diversorio*; unde Bothe edidit: *ac ne in vicina q. diversorii*. Mer. *retentum esse*; Voss. 2. *receptum esset*. Florent. Voss. 1. Bong. Dan. Pall. 2. 3. et Mer. *supra somnum*; Voss. 2. omittit *ad*; Leid. *supra somnum*. 'Mihi cum Scheffero omnia ex glossa esse videntur.' *Schmieder.* Vide Not. Var. Bothe ex conj. in textum admisit: *sed per quas dispositos supra somnum, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. et

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Habitus*] Apud Curtium vox *habitus* multa significat. 1. 'vestem'; lib. III. cap. 3. 'vulgari habitu.' 2. 'corporis formam ac staturam': *la taille*; supra cap. 5. et lib. III. cap. 12. 'corporis habitu præstabat.' tum lib. VII. cap. 8. 'Si Dii habitum corporis tui, &c. 3. 'situm statumque corporis,' *la posture*; lib. VIII. cap. 4. 'durante adhuc habitu in quo,' &c. 4. 'insigne' cujusque gradus ac muneris proprium; lib. VII. cap. 1. 'habitus quoque redderetur armigeri,' nempe 'lancea.' 5. 'statum'

metaphorice, id est, 'conditionem,' lib. III. cap. 12. 'pro habitu præsentis fortunæ.' 6. 'qualitatem' sive 'indolem'; lib. V. cap. 7. 'Nequaquam pro naturæ habitu molliora ingenia sunt.' 7. 'vivendi modum,' ut hoc loco 'civilis habitus:' et supra, cap. 6. 'civilem habitum.'

<sup>b</sup> *Per dispositos*] Per servos quos Philotas circa diversorium suum disponi undique curabat, strepitum omnem prohibuit, ne somnus ejus impediri turbari posset. Hoc enim est 'dispositos habere ad somnum.'

nes procul relegatos, ne foemina illa murmurantium inter se silentio verius, quam sono excitaretur. 4. Ludibrio ei fuisse<sup>c</sup> rusticos homines, 'Phrygasque et Paphlagonas' appellatos; qui non erubesceret, Macedo natus, homines linguae suae per interpretem<sup>d</sup> audire. 5. Cur Hammonem consuli vellet? eundem Jovis arguisse mendacium, Alexandrum filium agnoscentis: scilicet veritum, ne invidiosum esset, quod Dii offerrent. 6. Cum insidiaretur capiti regis et amici, non consuluisse eum Jovem: nunc ad oraculum mittere, dum pater<sup>e</sup> ejus solicaretur, qui praesit in Media, et pecunia, cujus custodia commissa sit, perditos homines ad societatem sceleris impellat. 7. Ipsos missuros ad oraculum, non qui Jovem interrogent, quod ex rege cognoverint, sed qui gratias agant; qui vota pro incolumitate regis optimi persolvant.' 8. Tum vero universa concio accensa est; et a corporis custodibus initium factum, clamantibus,

~~~~~  
 Fauch. *religatos*. Voss. 2. et Fauch. *femina ulla*; Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *fremitu ulla*. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. *sono excitaretur*.—4 Acidalius legit: *Ludibrio ei fuisse se: rusticos, &c.* Voss. 2. *Frygasque et Paphlagonas*. Pith. omittit *lingua sua*.—5 Ald. Cum *Ammonem*; Florent. et Leid. *Ne cum Ammonem*; Voss. 1. 2. Bong. et Gruteri omnes *Ne cum Hammonem*; Col. Bas. et Mer. *Cum Hammonem*; Frob. Cui *Hammonem*; Sigeb. *Nec vero Hammonem*. Schefferus legit: *Cur H. c. vellet eundem, cujus arguisset m. A. f. agnoscentis?* probante Schmieder. Pro *scilicet* Voss. 2. habet *solis*. Leid. *invidiosum esset*.—6 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. et Lugd. *solicitetur*. Venet. Veron. Mediol. Vet. 1474. aliae edd. *pecunia, qua ejus custodia*; Bong. *p. cujus custodia*, et Bong. Gruteri: *p. ejus custodia*, omisso *qua*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pall. o. nt in textu.—7 *Ipsos missuros* Mer. qui *J. interrogent non Florent*. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Gruteri, et Mer. *cognoverant* Voss. Bong. Gruteri, et Pal. 1. *per incolumitate* Voss. 1.—8 Voss. 2. omittit *est post accensa*. Mod.

## NOTE

<sup>c</sup> *Fuisse*] Ipsos Macedonas commilitones. Legunt alii: *fuisse se, &c.* *Phrygas et Paphlagonas*] Utrique apud Græcos præsertim pro stolidis ac rusticis habebantur. De Phrygibus quidem notum adagium: 'Sero sapiunt Phryges.' Paphlagonas autem per ludibrium appellari consueverant qui linguae vitio inter loquendum cessitant, hærent, repetunt, balbutiunt; quo nomine Cleonem Atheniensem

exagitavit Aristophanes Comicus in Equit. διὰ τὸ φωνῆς ἀνῆχες, propter absonam et ingrati vocem, inquit Suidas in Παράδεισ.

<sup>d</sup> *Per interpretem*] Ut qui dedignaretur vulgari Macedonum uti sermone, rudi illo et ineleganti, cujus illum puderet.

<sup>e</sup> *Dum pater*] Ut interim Parmenio ad apertam defectionem sollicitari posset audito filii periculo.

‘discerpendum esse parricidam manibus eorum.’ Id quidem Philotas, qui graviora supplicia metueret, haud sane iniquo animo audiebat. 9. Rex in concionem reversus, sive ut in custodia quoque torqueret, sive ut diligentius cuncta cognosceret, concilium in posterum diem distulit: et quanquam in vesperam inclinabat dies, tamen ‘amicos convocari’ jubet: 10. et ceteris quidem placebat, ‘Macedonum more obrui saxis;’ Hephæstion autem et Craterus et Cœnus<sup>f</sup> ‘tormentis veritatem exprimendam esse’ dixerunt: et illi quoque, qui aliud suaserant, in horum sententiam transeunt. 11. Consilio ergo dimisso, Hephæstion cum Cratero et Cœno ad quæstionem de Philota habendam consurgunt. 12. Rex, Cratero arcesso et sermone habito, cujus summa non edita est,<sup>g</sup> in intimam<sup>h</sup> deversorii partem secessit, et remotis arbitris in multam noctem quæstionis expectavit eventum. 13. Tortores in conspectu Philotæ omnia crudelitatis instrumenta proponunt. 14. Et

<sup>b</sup> Cujus argumentum vulgatum non est.

~~~~~

custodibus maxime initium f. clamantium. Leid. *discerpendum parricidam*, omisso rē esse. Lugd. Amst. alii *ipsorum* pro *eorum*. Mox Bong. 2. omittit *sane*. Leid. *iniquanimo*; Voss. 1. *in quo animo*.—9 Vulg. edd. ante Freinsh. *quoque torqueretur*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. et recentt. *quoque torqueret*. Voss. 2. *acta* pro *cuncta*; idem codex et Frob. *consilium*; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 3. et edd. pleræque. Vulg. edd. ante Freinsh. omittunt *et ante quanquam*.—10 Leid. Florent. et Gruteri omnes *Hephæstio*; Voss. 1. 2. *Ephestio*; Ald. *Hephestion*, ut semper; Bong. Frob. Col. Bas. et Mer. *Ephestion*. Bong. *quidem* pro *autem*. Pro *dixerunt* Heinsius conj. *duxerunt*. Amst. in h. s. *transierunt*.—11 Vulg. edd. ante Freinsh. *Concilio*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes et Ald. *Consilio*.—12 Pro *arcesso* alii *accersito*. Mer. *expectavit aduentum*.—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Dan. *conspectum*. Amst. *omnis*; Voss. 2. Venet. Veron. Elz. alii: *omnia c. tormenta*.—14 Florent. Leid. et

#### NOTE

<sup>f</sup> Cœnus] Aut igitur falso creditus erat eo consilio lapidem in Philotam conjicere voluisse, ut eum tormentis subtraheret, cap. 9. aut postea mentem mutavit, veritus fortasse ne propterea suspectus haberetur.

<sup>g</sup> In intimam] Plutarchus in Alex. tortum ait Philotam fuisse ‘Alexan-

dro pone obtensa aulæa foris exaudiente. Quo tempore eum dixisse aiunt, cum miserandis et abjectis vocibus precibusque Philotas Hephæstionem compellaret: Adeone mollis tu, Philota, et effeminatus tantas res moliebare?’

Ille ultro, 'quid cessatis,' inquit, 'regis inimicum, interfec-  
torem, confitentem occidere? quid quæstione opus est?  
cogitavi, volui.' Craterus exigere, 'ut, quæ confiteretur,  
in tormentis quoque diceret.' 15. Dum corripitur, dum  
obligantur oculi, dum vestis exuitur, 'Deos patrios, gen-  
tium jura,' nequicquam apud surdas aures invocabat. Per  
ultimos deinde cruciatus, utpote et damnatus, et inimicis in  
gratiam regis torquentibus, laceratur. 16. Ac primo, quan-  
quam hinc ignis, illinc verbera, jam non ad quæstionem,  
sed ad poenam ingerebantur, non vocem modo, sed etiam  
gemitus habuit in potestate:<sup>c</sup> 17. sed postquam intumes-  
cens corpus ulceribus flagellorum ictus nudis ossibus in-  
cussos ferre non poterat; 'si tormentis adhibitori modum  
essent, dicturum se, quæ scire expeterent, pollicetur: 18.  
sed finem quæstioni fore, jurare eos per Alexandri salu-  
tem 'volebat, 'removerique tortores.' Et utroque impetra-  
to, Cratero inquit, 'dic quid me velis dicere.' 19. Illo in-  
dignante 'ludificari eum,'<sup>d</sup> rursusque revocante tortores;  
'tempus petere' cœpit, 'dum reciperet spiritum, cuncta  
quæ sciret, indicaturus.' 20. Interim equites, nobilissimus

<sup>c</sup> Non ad inquirendam veritatem, sed ad eum cruciandum adhibebantur.

<sup>d</sup> Reppressit.

Voss. 1. illo ultro. Elz. et Amst. conscientem pro confitentem. Pro Craterus  
Voss. 2. habet erat herus.—15 Tum corripitur Modius. et dum obligantur Flo-  
rent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. omnes Gruteri, Mer. Bas. Col.  
Lugd. et Amst. gentium jura Deos patrios vulgg. edd. ante Freinsh. Deos pa-  
trios, gentium jura Leid. Florent. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, et Bong. Mox  
Florent. et Voss. 1. cruciatus. Idem codd. cum Voss. 2. Bong. Dan. Pal. 3.  
Col. Frob. Mer. Bas. et Lugd. utpote et damnatus, quod reposuit Schmieder.  
et deest in ceteris et recentt.—16 Pith. omittit, sed ad poenam. Voss. 2. et  
Mer. ingrediebantur. Voss. 2. sed omnes gemitus in potestate habuit.—17 Mer.  
et Bas. sed posteaquam. Pith. incussus. Mer. Modum esset. Voss. 2. quæ sciret ex-  
pectarent; Mer. etiam expectarent.—19 Heinsius legit, ludificari reum; Florent.  
Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri Frob. Mer. Col. et Bas. ludificari eum; sed vulgg.  
edd. ante Freinsh. omittunt rō eum. Pal. 3. rursus revocante; Venet. Vet. an.  
1474. Mediol. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Erasm. rursusque renovan-  
te; Mer. rursusque renovare; Fauch. rursusque revocare. Pith. dum recipit.—20

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Ludificari eum] 'Ludificor' et  
passive dicitur et active. Utrovis  
modo hic sumas licet. Si passive,  
cum ad Hephæstionem pertinet, ac

pre 'se' positum est; quod Cartio  
non infrequens, ut jam notavimus  
lib. III. cap. 13. Sin active accipi  
placet, cum ad Philotam refer.

quisque, et ii maxime, qui Parmenionem propinqua cognatione contingebant, postquam Philotan torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant, cum ipsis necarentur, alii se interficiunt, alii in devios montes vastasque solitudines fugiunt: ingenti per tota castra terrore diffuso, donec rex, tumultu cognito, 'legem se supplicio conjunctis sontium remittere' edixit. 21. Philotas, verone an mendacio liberare se a cruciatu voluerit, anceps conjectura est, quoniam et vera confessis, et falsa dicentibus, idem doloris finis ostenditur. 22. Ceterum, 'Pater,' inquit, 'meus Hegelochus quam familiariter usus sit, non ignoratis. Illum dico Hegelochum, qui in acie cecidit: ille omnium malorum nobis causa fuit. 23. Nam cum primum 'Jovis filium' se salutare jussit rex, id indigne ferens ille, 'hunc igitur regem agnoscimus,' inquit, qui Philippum dedignatur patrem? actum est de nobis, si ista perpeti possumus. 24. Non homines solum, sed etiam Deos despicit, qui postulat Deus credi. Amisimus Alexandrum, amisimus regem: incidimus in superbiam, nec Diis, quibus se exæquat, nec

\* Se mortis lege eximere reorum cognatos.

f Eadem tormentorum cessatio proponitur.

Voss. 2. Pall. 1. 2. Dan. Bong. Gruteri, et Mer. et hi; ceteri Bong. et hii. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. insidiati essent. Voss. 2. connecarentur, omissis cum ipsis; et mox omittit in ante devios. Vulgg. edd. ante Freinsh. supplicii conjunctis sontium; Florent. supplicio conjunctorum sontium; Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Pal. 3. supplicio conjunctorum sontibus; et sic Pal. 2. inter lineas; Pal. 1. et Dan. supplicio conjunctorum insontibus; Mer. supplicium conjunctis socium; Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Bas. et recentt. post Freinsh. se supplicio conjunctis sontium. Both. conj. se supplicia conjuncti, &c. legit tamen, se supplicii conjuncti, &c.—21 Voss. 2. vero se an, &c. Amst. Lugd. alii: se cruciatu, omisso a; Voss. 2. se an a cruciatu. Bong. 1. omittit voluerit. Mer. et fama dicentibus.—22 Pith. et Fauch. inquit pater; Florent. addit, confessio Philota. Florent. Voss. 1. Dan. et Bong. Egelicho; Leid. Pal. 3. Amst. et Lugd. Egelochus; Voss. 2. Egelico; Pall. 1. 2. Bong. Gruteri, Col. Mer. et Bas. Egeloco; Ald. Hegelochus; Frob. et Elz. Egelochus. Mox Dan. Egelochum; Voss. 2. Eligiocum; reliqui ut modo. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Mer. et Bong. omittunt ille. Voss. 2. omittit nobis. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. fuit causa.—23 Voss. 1. primum Jocus filium; Mer. primum (Jovis filium) se, &c. Paulo post Voss. 2. omittit inquit. Pal. 1. Bong. Gruteri et Mer. omittunt de ante nobis.—24 Voss. 2. Deos decipit. Dan. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri Amisimus Alexandrum incidimus; Pal. 3. Alexandrum amisimus regem incidimus; Amst. Lugd. alii omittunt, Amisimus Alexan-

hominibus, quibus se eximit, tolerabilem. 25. Nostrone sanguine Deum fecimus, qui nos fastidiat, qui gravetur mortalium adire concilium? Credite mihi, et nos, si viri sumus, a Diis adoptabimur. 26. Quis proavum<sup>i</sup> hujus<sup>j</sup> Alexandrum, quis deinde Archelaum, quis Perdiccan occisos ultus est? hic quidem<sup>k</sup> intersectoribus patris ignovit.' 27.

drum; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. habent ut in textu. Voss. 2. *incidimus in superbiam*. Bong. 1. *Diis*, omisis intermediis usque ad *Deum fecimus*. Leid. *se exsequat*.—25 Pal. 2. *sanguine se Deum jactat qui nos*, &c. ad oram vero extat lectio vulgata; Pal. 3. *Deum fecimus qui gravetur*, omisis intermediis; Voss. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. 1. omittunt *fecimus*; Mer. *sanguine se jactat Deum qui*, &c. Pal. 1. *adiit concilium*; Voss. 2. *adire consilium*. Pro a *Diis* Voss. 1. habet *adhis*; Voss. 2. a *Diis id optabimus*.—26 Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *ejus pro hujus*. Pal. 1. Bong. Grut. et Voss. 2. *quis demum*. Florent. *Archilaum*. Mer. et Bas. *Perdicam*; Florent. Leid. et Voss.

## NOTE

<sup>i</sup> *Quis proavum*] 'Avus' dicitur alterutrus parentis pater, cui respondet 'nepos:' tum ex ordine 'proavo' 'pronepos;' 'abavo' 'abnepos;' 'atavo' 'atnepos;' 'tritavo' 'trinepos:' deinceps uno nomine, *maiores*, *πρόγονοι*.

<sup>j</sup> *Proavum hujus*] Duo sunt Alexandri, duo quoque Archelai et Perdicæ, ad quos trahi ista possint. Prior Alexander, Amyntæ primi filius, Perdiccam filium habuit, nepotem (ex alio tamen filio) Archelaum primum, ambos in regno Macedonico successores; decimus ipse regum Macedoniæ. Posterior Alexander, alterius Amyntæ filius, regum 18. aut 19. fratres habuit Perdiccam III. Philippum Alexandri M. patrem, et Archelaum ex alia uxore Amyntæ genitum. De prioribus illis, an de istis posterioribus sermo sit Curtio, difficile est statuere. Nos quid in utramque partem dici posse visum sit, proponemus. Ut enim ad posteriores referamus, suadere videtur primum, quod verisimile sit Hegelochum recentibus exemplis uti voluisse ad persuadendam Parmenioni et Philotæ regis cædem. Deinde quod priorem

Alexandrum et Perdiccam a suis esse occisos nusquam legitur. Quod autem *proavum* appellat, quis dicat nam a Curtio scriptum fuerit *patrum*? an forte potius a sciolo quopiam intrusum sit, *proavum hujus*, cum videret hunc ab Alexandro M. quartum numerari sursum versus in regum serie, patrumque fuisse nesciret? Certe, si proprie loqui volumus, non *proavum* sed *abavum* dicere oportebit priorem Alexandrum, ut ex Reineccio constat. Sed in contrarium hæc faciunt ut de primis illis Curtium accipiamus. Primum, quod posterior Archelaus non regnavit; regum autem impune occisorum exempla conquirebat Hegelochus. Alterum, quod Alexandri posterioris necem Perdiccas ejus frater ultus est, occiso Ptolemæo Alorite, ut tradit Diodorus, quem ferme sequitur Curtius. Tertium, quod, eodem teste, Perdiccas iste ab Illyriis hostibus, non a suis, cæsus fuit.

<sup>k</sup> *Hic quidem*] Alexander. *Intersectoribus*] Uni Alexandro Lyncistæ pepercisse legitur, ea gratia quod primum regem Alexandrum salutasset: quem tamen paulo post videbimus alio nomine damnatum lib. VII. cap.

Hæc Hegelochus dixit supra cœnam: et postera die prima luce a patre arcessor. Tristis erat, et me moestum videbat: audieramus enim, quæ solitudinem incuterent. 28. Itaque ut experiremur, utrumne vino gravatus effudisset illa, an altiore concepta consilio; arcessiri eum placuit. Venit; eodemque sermone ultro repetito adjecit, 'se, sive auderemus duces esse, proximas a nobis partes vindicaturum; sive deesset animus, consilium silentio esse tecturum. 29. Parmenioni, vivo adhuc Dario, intempestiva res videbatur; non enim sibi, sed hosti esse occisuros Alexandrum: Dario vero sublato præmium regis occisi Asiam, et totum Orientem intersectoribus esse cessurum.' Approbatoque consilio in hæc fides et data est et accepta.<sup>a</sup> 30. Quod ad Dymnum pertinet, nihil scio; et hæc confessus intelligo non prodesse mihi, quod prorsus<sup>1</sup> sceleris expers sum.' 31. Illi rursus tormentis admotis, cum ipsis quo-

<sup>1</sup> Primum post nos conjurationis curam suscepturum.

<sup>a</sup> Ad ea præstanda fides utrimque obligata est.

—————

1. 2. *Perdiccan.*—27 Voss. 2. Bong. 1. et edd. vulgg. ante Freinsh. *super cœnam*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Collin. Gryph. Bas. Mer. Elz. et Lugd. *supra cœnam*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Eras. *et postero die.*—28 Pal. 1. *arcessiri*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *accersi*; Voss. 2. Pal. 3. et Bong. Gruteri *accersi*. Pro *Venit*, Florent. Leid. Voss. 1. Gruteri omnes, Ald. Bas. Eras. et Elz. habent, *ac venire*; Voss. 2. *at venire*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *petito* pro *repetito*. Voss. 2. *esse duces*. Florent. *proxima a nobis*. Pal. 1. *partis.*—29 Dan. et Bong. 1. *Parmenio*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *esse cessura*. Voss. 2. *Approbato consilio, in hoc fides tanta est*. Vulgg. *in hæc fides data est*; Florent. Leid. Bong. Lugd. et Amst. *in hæc fides et data est*, quod reposuit Schmieder.—30 Voss. 2. *Dirisum*, ut semper; Bong. 1. et Pith. *Dampnum*; Dan. Fauch. Bong. 2. et Florent. *Damnum*; et sic in Leid. pro v. 1. Voss. 1. et Dan. *intellego*. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri *nihil prodesse*. Florent. Dan. et Bongarsiani, præter Fauch. *persus* pro *prorsus*. Voss. 1. *sceleris expressum*. Illi, &c. 'Mallem cum Modio: quod proximi sceleris expers sum.' Schmieder.—31 Edd. antiq. et post Freinsh. omnes ipsi quo-

#### NOTÆ

1. sed per syllepsin *intersectoribus* dixit, cum unicus tantum esset.

<sup>1</sup> *Prorsus*] Non omnis penitus sceleris expertem se esse dixerit, qui in regis necem consensisse modo confessus est; sed hujus videlicet, cujus

præsertim postulabatur, initæ cum Dymno conjurationis. Nam quod aliqui legunt *prioris*, id contra potius legendum videretur, *proximi*: prior enim illa, si qua fuit, Hegelochi, quam hæc Dymni conspiratio exitiit.

que hastis os oculosque ejus everberarent, ut hoc quoque<sup>m</sup> crimen confiteretur, expressere. 32. Exigentibus deinde; 'ut ordinem cogitati sceleris exponeret; cum diu Bactra retentura regem viderentur, timuisse' respondit, 'ne pater LXX. natus annos, tanti exercitus dux, tantæ pecuniæ custos, interim extingueretur, ipsique, spoliato tantis viribus, occidendi regis causa non esset. 33. Festinasse ergo se, dum præmium haberet in manibus. Repræsentare<sup>n</sup> consilium, cujus patrem<sup>o</sup> fuisse auctorem nisi crederent, tormentata, quanquam tolerare non posset, tamen non recusaret.'

que; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Bas. *ipse quoque*, quod recepit Schmieder. Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *expressere ut h. g. e. confiteretur*.—32 Voss. 2. *Gentibus deinde, ut o. excogitati*. Pith. LXX. *annos habens*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. et Pal. 1. *dux tantus tantæ, &c.* Pal. 3. *dux tantus, tantæque*. Voss. 2. *ipsi, spoliato, omisso rō que*. Pro causa Heinssius conj. *occasio*, vel *ansa*.—33 Ald. *Festinasset*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *in manibus haberet*. *Repræsentare, &c.* Bong. 1. *in manibus haberet Repræsentasse*; Dan. *in m. haberet repræsentare*; Voss. 2. Pal. 1. et Bong. Gruteri *in m. h. repensare*; Ald. et Col. *hab. in manibus*. *Repræsentare*; Tell. ex conj. Gronovii: *h. in manibus, repræsentare consilium: consensum, &c.* Edd. vulg. ante Freinsh. *fuisse auctorem si crederent*; Florent. Leid. Bong. et Voss. 1. *c. p. fuisse nisi crederent*; Pal. 3. Bong. Gruteri, et Tell. *c. p. non fuisse nisi crederent*; Voss. 2. *c. p. non f. si crederent*; Pal. 1. *patrem non fuisse nisi crederent*, omisso *cujus*; Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. Bas. et recentt. ut in textu. Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amat. *quanquam jam tolerare*; Voss. 2. omittit *quanquam tolerare*. Pro *recusaret*, quod exhibent Florent. Leid. Voss. 2. Bong. Gruteri omnes, et recentt. *recusare* habent pleræque edd. ante Freinsh. 'Brevissimum et commodissimum est, si pro: auctorem nisi crederent, cum Modio legimus: *auctorem si crederent*; et pro, *recusaret*. Illi, cum Scheffero, *recusare*. Et illi.

## NOTE

<sup>m</sup> *Hoc quoque*] Susceptæ cum Dymno conjurationis.

<sup>n</sup> *Repræsentare*] Veram hand dubie lectionem attigit Gronovius, quem secuti sumus. *Repræsentare* consilium, est illud effectum dare; quod pluribus exemplis firmat.

<sup>o</sup> *Patrem*] Varia hujus loci lectio, varia quoque interpretatio. Nos, eundem secuti Gronovium, hanc arripimus quæ magis ad hunc locum accommodata erat. Neque enim dubium id agere Philotam ut patrem suum postremi hujus criminis, initæ scilicet cum Dymno societatis, (quam

ut confiteretur quoque, tormentis expresserant,) hujus, inquam consilii expertem fuisse Parmenionem persuaderet. Nam quod apud alios legitur, *cujus auctorem fuisse patrem nisi crederent*, alienius ab hujus loci sententia videtur esse. Quippe verisimile est voluisse Philotam patris incolumitati consulere; ac si hunc accusasset, nihil erat quod id tantopere confirmatum cuperet, aut quod inimici, id ut negaret, tormentis vellent exprimere. Adde quod *auctorem* constanter ab optimis Mss. abesse constat.



34. Illi, collocuti 'satis quæsitum videri,' ad regem revertuntur: qui postero die et 'quæ confessus erat Philotas recitari, et ipsum,' quia ingredi non poterat, jussit 'afferri.' 35. Omnia agnoscente eodem; Demetrius,<sup>p</sup> qui proximi sceleris particeps esse arguebatur, producit: multa affirmatione, animique pariter constantia, et vultu abnuens, 'quicquam sibi in regem cogitatum esse, tormenta etiam' deposcebat 'in semet ipsum.' 36. Cum Philotas circumlatis oculis incideret<sup>q</sup> in Calin<sup>q</sup> quendam, haud procul stantem, 'propius eum' jussit 'accedere.' Illo perturbato et recusante transire ad eum, 'patieris,' inquit, 'Demetrium mentiri, rursusque me excruciar?' 37. Calin vox sanguisque defecerant; et Macedones Philotan inquinare innoxios velle suspicabantur, quia nec a Nicomacho, nec ab ipso Philota, cum torqueretur, nominatus esset adolescens: qui ut præfectos regis circumstantes se vidit, 'De-

<sup>q</sup> Cum Philotas oculos circumquaque volvens, eos conjecisset in Calin, &c.

Prior locus, ubi in omnibus ferme codd. auctorem abest, Freinshemio ansam præbuit, ut eandem vocem pro glossa ad patrem haberet. *Schmiedler*.—34 Voss. 2. *confessus fuerat*. Heinsius conj. *sed ipsum*.—35 Mer. *ignoscente*. Florent. et Bong. 1. *eodem et prius qui*; Voss. 2. Bong. 2. Pith. Fauch. Dan. et Bong. Gruteri: *eo Demetrius qui*; Pal. 1. *eodem et prius Demetrius qui*; Leid. omittit *Demetrius*. Pall. 1. 2. Bong. Gruteri, et Voss. *animi pariter et constantia*; Florent. Leid. Bong. Dan. et Pal. 3. *animique pariter et constantia*. Heinsius conj. *et vultus*. Dan. *quicquid sibi, &c.* Voss. 2. *conclatum esse*.—36 'Aliqui codd. [Leid. Florent. Mer. et Bong.] *ut incidere*; unde Modius: *ut incideret*, quod, si ea in oculis incidere dicuntur, quæ casu offeruntur, ferri nequit. Sed ne aliis consentio, qui modo: *ut inciderat*, [ita Acidalius,] modo *incidens*, [ita Freinsh.] legunt; modo prorsus verbum expungunt.' *Schmiedler*. Voss. 1. et Pall. 2. 3. *oculis incidere*. Pal. 3. *Ille perturbato*. Leid. Voss. 1. Dan. Pall. 1. 3. Bong. Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *recusanti*. Bong. 1. omittit *transire*, pro quo Bong. Gruteri *pertransire*. Voss. 2. *me cruciari*; Pith. et Vulgg. ante Freinsh. omittunt *me*.—37 Voss. 2. *defecerat*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. *nec ab illo*. Pith. *nominandus esset*. Florent. et Leid. *adulescens*. Voss. 2. *id cogitasse*, omisso

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Demetrius*] Hunc Arrianus non cum Philota in Zarangæis, sive Drangis, sed apud Agriaupas aliquanto post deprehensum tradit, quod Philotæ consiliorum particeps fuisse crederetur. Sed Curtius quicquid ad eam conjurationem pertinebat, sub unum

aspectum dare voluit.

<sup>q</sup> *Incideret*] Alias *incidens*. *Sanguisque*] Subito ac vehementi metu sanguis ad cor refugiens extimas corporis partes deserit; unde pallor, tremor, rigor membrorum, &c.

metrium et semet ipsum id facinus cogitasse' confessus est.  
 38. Omnes ergo a Nicomacho nominatos, more patrio, dato signo, saxia obruerunt. 39. Magno non modo salutis, sed etiam vitæ periculo liberatus erat Alexander: quippe Armenio et Philotas, principes amicorum, nisi palam sontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari.  
 40. Itaque anceps quæstio' fuit: dum inficiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur; post confessionem Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit.

~~~~~

*facinus.*—38 Voss. 2. *Qui ergo.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *nominati.*  
 —39 Iidem codd. et Lægd. omittunt *modo* ante *salutis*. Voss. 2. *sed jam vitæ*; Amst. *sed etiam invidia*; Rubenius conj. *sed et invidia*, quod, probante Freinshemio, recepit Tell. Mox Mer. *quippe Armenio.*—40 Voss. 2. *post confessionem.* Gruteri omnes, Voss. 1. 2. Leid. et Mer. *etiam neque Philotas amicorum misericordiam*, &c. et sic Bong. nisi quod in Bong. 1. deest *neque*; Florent. habet, *neque etiam Philotas amicorum misericordiam.* Vocem *Philotas* delent Acidalius et Bongarsius.

#### NOTÆ

' *Anceps quæstio*] Periculosa fuit hominum de quæstione, dum ea dubiique exitus quæstio; vel, anceps haberetur, iudicium.

**Q. CURTII RUFII**  
**DE REBUS GESTIS**  
**ALEXANDRI REGIS MACEDONUM**  
**LIBER VII.**

---

**ARGUMENTUM.**

**CAP. I.** Alexander Lyncestes, majestatis reus, interficitur. Deinde in Amyntam et Simmiam Philotæ amicos inquiritur, qui suam innocentiam gravi oratione tuentur. **II.** Amynta et fratribus in gratiam receptis, Polydamas, a rege jussus, in Mediam celeriter profectus, Parmenionem interficit. Unde indignatio et seditio, quæ tandem extinguitur. **III.** Agriaspas, Arachosios Parapamisadas sub jugum mittit Alexander, cum exercitu Parapamisum superat, et in ejus radicibus Alexandriam condit. **IV.** Bessus de bello adversus Alexandrum inter epulas consultat, sapientique Cobaris consilio minime acquiescit. Interim rex Bactra pervenit, ubi de Græcorum defectione et Satibarzane singulari certamine occiso advenit ei nuntius. **V.** Exercitus Alexandri, siti liberatus, Oxium amnem trajicit. Bessus dolo captus ad Alexandrum adducitur. A quo Darii fratri, Oxathri, crucifigendus traditur. **VI.** Sogdiana subigitur et deficit. Cyropolis et aliæ urbes expugnantur. Alexandria ad Tanaim conditur. **VII.** De bello Scythis inferendo Alexander æger ex vulnere cum suis init consilium. Aristander vates regis voluntati extorum accommodat significata. Menedemus a Spitamene cum duobus m. et ccc. equitibus interficitur: quod callide admodum dissimulat Alexander. **VIII.** Dum exercitus ad bellum accingitur, Scytharum legati adveniunt, ac de pace ad Alexandrum orationem habent. **IX.** Alexander legatis dimissis Tanaim trajicit: bellum Scythis infert: et cum victis benigne agit. Sacas se dedentes in fidem recipit; Spitamenem persequitur. **X.** Sogdiana recuperata. Sogdianorum nobilium invictus animus. Bessi supplicium. Novo milite auctus Alexandri exercitus. Urbes conditæ. **XI.** Arimazæ petra, situ naturaque loci fere inexpugnabilis, ab Alexandro capitur.

1. 1. Philotan sicut recentibus sceleris ejus vestigiis jure affectum supplicio censuerant milites; ita postquam desiderat esse, quem odissent, invidia in misericordiam vertit.<sup>a</sup> 2. Moverat et claritas juvenis, et patris ejus senectus atque orbitas. 3. Primus<sup>b</sup> Asiam aperuerat regi, omnium periculorum ejus particeps; semper alterum in acie cornu defenderat: Philippo quoque ante omnes amicus; et ipsi Alexandro tam fidus, ut occidendi Attalum<sup>c</sup> non alio ministro uti mallet. 4. Horum cogitatio subibat exercitum; seditiosæque voces referebantur ad regem: quis ille haud sane motus, satisque prudens, otii vitia negotio discuti,<sup>d</sup> edicit, 'ut omnes in vestibulo regiæ præsto afforent:' quos ubi frequentes adesse cognovit, in concionem processit. 5. Haud dubie ex composito Apharias<sup>d</sup> postulare cœpit,

<sup>a</sup> Cum probe sciret nata ex quiete vitia labore depelli.

~~~~~

Pith. Explicit liber quintus (sextus) Q. Curtii Rufi historiarum Alex. magni Macedoniae regis incipit sextus (septimus) feliciter; Leid. Voss. 1. et Bong. 1. Q. Curtii Rufi Historiarum lib. VI. explicit, incipit liber septimus; Bong. 2. Curtii Rufi hist. VI. expl. incipit lib. sept. Fauch. explicit lib. VI. incipit VII. Voss. 2. est sine inscriptione. Mer. Q. Curtii de rebus gest. Al. Magni reg. Mac. lib. VI.—1 Philotam edd. vett. Philotan omnes codd. Bong. 1. et Voss. 2. cessuerant milites. Nonnulli codd. ita posteaquam. Mer. quem ostendissent. Pall. 1. 2. 3. Ald. Colin. Gryph. et ceteræ vett. ante Modium vertitur; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Lugd. Amst. et edd. post Freinsh. omnes vertit.—3 Voss. 2. apparuerat regi... super alterum. Ald. omittit in ante acie. Pith. tam fidus amicus. Voss. 2. Artalum; pro quo Bong. Gru-teri Artabani.—4 Mer. edixit ut omnes. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. præsto sint.—5 Dan. Apharrias; Bong. et Pal. 2. Affarias; Florent. et Leid. Affarrias; Voss. 1. Afarrias; Pal. 1. Apharrios; Bong. Gru-teri Afarias; Pal. 3. Apharios; Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. Affarios; Bong. 1. Atarias; Amst. Apharias; Mer. Affari eos. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pall. 1. 2.

#### NOTE

<sup>a</sup> Vertit] Versa est. Vide lib. iv. cap. 6. Orbitas] Quod tres filios amisisset.

<sup>b</sup> Primus] A Philippo rege præmissus in Asiam cum Attalo; Diodor. lib. xvi. Grynium Æolidis oppidum expugnauerat, Suppl. lib. ii. cap. 1. quæ prima fuere belli tentamina.

<sup>c</sup> Attalum] De quo superiore libro

diximus ad cap. 9. Hunc Parmenio et Hecatæus Asiaticæ expeditionis socii de medio sustulerunt, Alexandri jussu. Vide Suppl. lib. i. cap. 10. atque ita Diodorum Curtio concilia. <sup>d</sup> Apharias] Vide lib. v. cap. 2. Lyncistes] Gentile nomen, lib. iv. cap. 13. proprium huic Alexandro cognomen erat *Ἀέροπος*, 'Aëpórov.

‘ut Lyncestes Alexander, qui multo ante quam Philotas regem voluisset occidere, exhiberetur.’ 6. A duobus indicibus, sicut supra diximus,<sup>e</sup> delatus, tertium jam annum custodiebatur in vinculis: eundem in Philippi quoque cædem conjurasse cum Pausania,<sup>f</sup> pro comperto fuit: sed, quia primus Alexandrum ‘Regem’ salutaverat, supplicio magis quam crimini fuerat exemptus. 7. Tum quoque Antipatri<sup>g</sup> socieri ejus preces justam regis iram morabantur. Ceterum recrudit soporatus dolor:<sup>h</sup> quippe veteris periculi memoriam præsentis cura renovabat. 8. Igitur Alexander ex custodia educitur, jussusque dicere, quam toto triennio<sup>i</sup> meditatus erat defensionem, hæsitans et trepidus pauca ex iis, quæ composuerat, protulit: ad ultimum non memoria solum, sed etiam mens eum destituit. 9. Nulli erat dubium, quin trepidatio conscientiæ indicium esset, non memoriæ vitium: itaque ex iis, qui proxime astite-

<sup>b</sup> Sed ira jam sopita, tunc renovata est.

//////////

et Ald. *Lincestes*. Leid. *exiberetur*.—6 Voss. 2. omittit in ante *Philippi*. Pith. *necem* pro *cadem*.—7 *Tunc quoque* Pal. 3. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *iram morabatur* Voss. 2. Mox Pal. 3. et Mer. *recanduit* pro *recruduit*. Bong. 1. *suppuratus*, sed inter lineas correctum *soporatus*. Pal. 2. a m. pr. *metum* pro *memoriam*; Voss. 2. *memori*.—8 Pith. *jussusque dici*. Pro *quam*, quod servant Pall. 1. 2. 3. Bong. et Ald. multæ edd. cum Dan. Bong. Gruteri, Florent. Leid. et Voss. 1. 2. habent *quanquam*. Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et pleræque edd. *tamen hæsitans*. Bong. 1. *caussa* pro *pauca*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omnes Gruteri, et Mer. *ex his*. Voss. 2. omittit *eum* post *destituit*.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omnes Gruteri, et Mer. *ex his*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *qui proximi*. Bong. 1. *abstiterant*.

#### NOTE

<sup>e</sup> *Supra diximus*] Perierunt ista Curtii, quæ Freinshemius ex Arriano representavit, Suppl. lib. II. cap. 11.

<sup>f</sup> *Pausania*] Nobili illo juvene a quo Philippus occisus. Suppl. lib. I. c. 9.

<sup>g</sup> *Antipatri*] Macedoniæ ab Alexandro præfecti, lib. VI. cap. 1. *Iram*] In Alexandrum Lyncisten.

<sup>h</sup> *Triennio*] Captus erat et in vincula conjectus sub mediam hyemem anni 4. Olymp. CXI. Nunc autem hic annus est Olymp. CXII. tertius, cujus

ante autumnum contingere, quæ hic narrantur, non potuerunt. Quæ enim a Darii nece (mortuus est Hecatom-bæone mense, qui Junii nostri die 28. aut 29. cæperat) quæ, inquam, ab ea nece gesta sunt in Parthis, in Hyrcania, in Ariana, et hic in Drangiana, trium sane mensium tempus implent. Plus aliquanto igitur quam tribus annis habitus in vinculis fuerat. Sed vide quoque lib. VIII. cap. 9.

rant, obluantem adhuc oblivioni lanceis confoderunt.<sup>c</sup> 10. Cujus corpore sublato, rex 'introduci jussit Amyntam<sup>d</sup> et Simmiam:' nam Polemon, minimus ex fratribus, cum Philotæ torqueri comperisset, profugerat. 11. Omnium Philotæ amicorum hi carissimi fuerant; ad magna et honorata ministeria illius maxime suffragatione producti: memineratque rex, summo studio ab eo conciliatos sibi: nec dubitabat,<sup>j</sup> 'hujus quoque ultimi consilii fuisse participes.' 12. Igitur, 'olim esse sibi suspectos matris suæ literis, quibus esset admonitus, ut ab his salutem suam tueretur. Ceterum se invitum deteriora credentem, 'nunc manifestis indiciis victum, jussisse vinciri. 13. Nam pridie quam detegeretur Philotæ scelus, quin in secreto cum ipso fuissent, non posse dubitari: fratrem vero, qui profu-

<sup>c</sup> Cum adhuc conaretur memoria vitium vincere.

<sup>d</sup> Se, qui non libenter mala crederet.

Voss. 2. obluantem adhec.—10 Florent. Leid. et vulgg. edd. ante Freinsh. ablato; Voss. 1. 2. et Bong. 2. oblato; Frob. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. sublato. Florent. Leid. et Voss. 1. Simannam Polemon; Voss. 2. Simannam Polemon; Mer. Bas. et Col. Symmannam; Pal. Dan. et Bong. Symannam Polemon; Pall. 1. 3. Sinam Polemon; Pal. 2. et Bong. Gruteri Symnam. Nam Polemon; Ald. Simiam Polemon; Frob. Simmiam Polemon; Ald. Pal. 2. Bong. Gruteri, Voss. 2. Mer. Bas. et Col. Polemon vero minimus. Voss. 2. comperisset confugerat.—11 Fauch. et Pith. amicorum Kmi fuerant; Florent. Leid. Frob. Amst. et Lugd. a. carissimi hi fuerant; a. hi fuerant, omisso carissimi. Voss. 2. ad magis et onerata; Bong. 1. etiam onerata, sed correctum inter lineas Voss. 2. misteria ipsius, et mox consiliatos. Florent. Leid. Dan. Bong. et Grut. ne dubitabat. Mer. fuisse perticeps; alii f. particeps.—12 Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. sibi esse; Mer. omittit esse. Bongarsius putabat deesse in hac periodo inquebat, aut quid tale. Freinshemio vox Igitur tollenda videtur. Voss. 2. se invictum.—13 Idem codex qui pro quin; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. quin secreto, omisso in. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. cum eo; Voss. 2. omittit cum. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Pal. 2. non p. dubitare. Voss. 1. 2. cum

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Amyntam] Andromenis filium, de quo egimus lib. iv. cap. 13. Simmiam] Amyntæ fratrem, cujus absentis agmen in pugna ad Arbela duxerat, Arriano teste. Quo credibilia sunt quæ illo loco de ejus mente conjecimus. Cave autem Amyntam hunc illum esse putes qui superiore libro

cap. 7. inter conjuratos erat Dymno numeratus; hi enim omnes lapidibus obruti sunt lib. vi. cap. ult. vel, ut refert Arrianus, jaculis confossi.

<sup>j</sup> Nec dubitabat] Id est, 'nec dubitare se' aiebat; quomodo lib. v. cap. 12. 'haud dubitare Artabazus, quin,' &c. supple, 'respondit.'

gerit, cum Philotas torqueretur, aperuisse<sup>k</sup> fugæ causam: 14. Nuper præter consuetudinem, officii specie, amotis longius ceteris, admovisse semet ipsos lateri suo, nulla probabili causa: 'seque mirantem, quod non vice sua tali fungerentur officio,<sup>f</sup> et ipsa trepidatione eorum perterritum, strenue<sup>l</sup> ad armigeros, qui proximi sequebantur, recessisse. 15. Ad hoc accedere, quod cum Antiphanes, scriba equitum, Amyntæ denuntiasset, pridie quam Philotæ scelus deprehensum esset, 'ut ex suis equis more solito daret iis, qui amisissent suos,' superbe respondisse, 'nisi incepto desisteret, brevi scitutum, quis ipse esset.' 16. Jam linguæ violentiam temeritatemque verborum, quæ in semet ipsum jacularentur, nihil aliud esse, quam scelesti animi indicem ac testem: quæ si vera essent, idem meruisse eos, quod Philotan; si falsa, exigere ipsum, ut refellant.' 17.

<sup>k</sup> Accessisse ad ipsius latus, nulla verisimili ratione adductos.

<sup>f</sup> Quod extra suum tempus tale obsequium exhiberent.

~~~~~

de Philota quaereretur; Florent. et Leid. cum de Philotæ quaereretur; Dan. cum Philotæ torqueretur; reliqui Grut. et Bong. cum de Philota quaereretur. Freinsheimio suspecta est vox fugæ; qua ejecta ad causam supplet: 'cui in secreto cum Philota fuisset.'—14 Mer. officii spem. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. amoris pro amotis. Voss. 2. seque mutantem. Voss. 1. fugerentur officio. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dau. Bong. Gruteri, Pal. 2. Frob. Mer. Bas. et Col. ex ipsa; Pal. 3. et ipsa perturbatione. Voss. 2. recepiisse pro recessisse.—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Gruteri omnes Ad hæc. Elz. et alii accidere; codd. vero accedere. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 2. Bong. 1. et Bong. Gruteri, cum Venet. et Mediol. Antiphatenes; Pal. 1. Antipharanes; Pal. 3. Antibarranes; Pith. Antiphatanes. Pal. 1. omittit quam ante Philotæ. Florent. Pith. Bong. 2. et Dan. deprehensus. Voss. 2. daret his; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. et Mer. darent his. Pro suos Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Gruteri omnes equos. Vide Not. Var.—16 Amst. Jam l. cirulentiam.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Aperuisse] Quod Philotæ intimus cum esset, aliunde non cognatus, fugere in isto rerum articulo non poterat, quin se fratresque adeo suos, Philotæ conscios proderet. Sunt tamen qui vocem fugæ intrusam putant; et aperuisse causam referant ad secretum illud cum Philota colloquium, cuius causam fuga Polemonis detexerit. Sed nihil necesse est vul-

gatam lectionem sine ullius auctoritate codicis sollicitare.

<sup>l</sup> Strenue] Monere hactenus omisimus, quia satis per se apertum videbatur, 'strenuus' et 'strenue' apud Curtium aut semper aut plerumque idem esse ac 'celer' sive 'promptus,' et 'celeriter;' quod hic præcipue locum habet.

Productus deinde Antiphanes, 'de equis non traditis, et adjectis etiam superbe minis,' indicat. 18. Tum Amyntas, facta dicendi potestate, 'Si nihil,' inquit, 'interest regis, peto, ut dum dico, vinculis liberer.' Rex 'solvi utrumque' jubet: desiderantique Amyntæ, 'ut habitus quoque redderetur armigeri,' 'lanceam<sup>m</sup> dari' jussit. 19. Quam ut læva comprehendit, evitato eo loco, in quo Alexandri<sup>a</sup> corpus paulo ante jacuerat; 'Qualiscumque,' inquit, 'exitus nos manet, rex, confitemur, prosperum eventum tibi debituros, tristiolem fortunæ imputaturos. 20. Sine præjudicio dicimus causam, liberis corporibus animisque: ha-

\* *Roganti ut etiam lancea insigne armigeri restitueretur.*

\*\*\*\*\*

Voss. 2. omittit quod *Philotas si f. e. ipsum*.—17 Idem codex *Antifanes*; Voss. 1. *Antiphataenes*; Florent. Leid. Pith. et Fanch. *Antiphataenes*; Dan. *Antiphates*; Pall. 1. 3. *Antipharranes*; Bong. 1. *Antiphatanis*; Bong. 2. *Antiphataenis*. Florent. et Voss. 2. omittunt etiam. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Gruteri: minus inde captum *Amintam* facta; Pall. 1. 3. *minis*. Inde jam captus *Amyntas* facta; Ald. Bong. 1. Bas. et Col. *minis*. Inde captus *A. f.* Bong. *minis*. Inde captum *A.* codex Snak. *minis* inde capta; Venet. Veron. Mediol. et Mer. superbe responsis insinulat. Inde captus *A. f.* Voss. 2. *minis* superbe in captum. *Amintam*; vulgg. ante Freinsb. *minis* indicat *A. f. d. p.* Heinsius legi jussit: *superbe minis index*. Ac tum.—18 Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. et Bas. omittunt si. Florent. Leid. et Dan. petito ut; Heinsius conj. *petite ut*. Amst. cum dico. Paulo post, Pith. omittit quoque. Leid. *armigeris*; Amst. et Lugd. *armigero*. Voss. 2. et Mod. *dari ei*; Lugd. et Amst. *dare ei*. 'Præfero aliam interpunctionem: ut h. q. redderetur, armigeri lanceam, &c. Vox jussit Freinshemio merito ex glossa esse videtur.' Schmieder.—19 Voss. 2. in quo corpus *Alexandri p. a.* latuerat. Bas. omittit eventum. Pith. fortunæ impugnaturos.—20 Voss. 2. Si non præjudicio. Pith. habitum in quo etiam.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Armigeri, lanceam*] Honoratissimus inter Macedones militiæ gradus fuit corporis custodem, septem numero. In his Amyntam Arrianus non numerat, qui singulorum nomina recensuit lib. vi. paulo ante finem. Proximi post hos erant armigeri, quorum ex numero Amyntam hunc fuisse apparet, quem scimus unum ex militiæ principibus extitisse lib. iv. cap. 13. et alibi sæpe. Utrorumque 'habitus,' id est, propria armatura, fuit hasta sive lancea. De armigeris quidem constat ex lib. viii. cap. 1.

ubi 'Alexander rapta lancea ex manibus armigeri,' &c. De custodibus quoque accipienda videntur illa lib. vi. cap. 11. cum os oculosque ejus (Philotæ) hastis everberarent; quas nimirum in manibus pro more gestabant.

<sup>a</sup> *Alexandri*] Lyncistæ. Sine præjudicio] Quia soluti vinculis et habitu consueto armigeri cum dicerent causam, nullo regis præjudicio damnatos apparebat, ut supra Philotas, lib. vi. cap. 7.



bitum ° etiam, in quo te comitari solemus, reddidisti. Causam non possumus,<sup>A</sup> fortunam timere desinemus. 21. Te quæso, permittas mihi id primum defendere, quod a te ultimum objectum est. Nos, rex, sermonis adversus majestatem tuam habiti nullius conscii sumus nobis. Dicerem jam pridem, vicisse te invidiam, nisi periculum esset, ne alia maligne dicta crederes blanda oratione purgari. 22. Ceterum etiamsi militis tui vel in agmine deficientis et fatigati, vel in acie periclitantis, vel in tabernaculo ægri et vulnera curantis, aliqua vox asperior esset accepta; <sup>P</sup> merueramus fortibus factis, ut mallet ea tempori nostro imputare, quam animo.<sup>1</sup> 23. Cum quid accidit tristius, omnes rei sunt: corporibus nostris, quæ utique non odimus, infestas admovemus manus; parentes, liberis si occurrant, et ingrati et invisi sunt. Cum donis honoramur, cum præmiis onusti revertimur, quis ferre nos potest? quis illam animorum alacritatem continere? 24. militantium nec indignatio nec lætitia moderata est: ad omnes affectus impetu rapimur: vituperamus, laudamus, miseremur, irascimur, utcumque præsens movit affectio. Modo Indiam adire et Ocea-

<sup>A</sup> *Causa nostra nequimus diffidere.*

<sup>1</sup> *Ut velles ea potius tribuere temporis conditioni, quam nostræ in te voluntati.*

~~~~~

Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. Dan. et Pall. 1. 3. *desinemus*, ut et Bong. 1. cui tamen superscript. *n.*, ut fiat *desinemus*.—21 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *Et quæso*. Voss. 2. *primitus* pro *permittas*, et mox: *vicisse te jam pridem*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ne alia malignius*; Voss. 2. *ne alia maligna*.—22 Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 3. et Bong. præter Bong. 1. *militis tui*; Voss. 1. *miles tui*. Voss. 2. omittit *ægri*. Mer. *asperior a se esset*. Acid. et Heins. conj. *asperior esset excepta*, reposuit Bothe. Voss. 2. omittit *factis*.—23 Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Bong. Pal. 1. et Mer. *infectas a. manus*; Voss. 1. Pith. Fauch. et Bong. 2. *infectus a. manus*. 'Lego cum Heumanno: *parentes, liberi, si occurrant*.' Schmieder. Ald. *accurrant*. Bas. *Contra cum donis*. Voss. 2. *donis oneramus*, ut correxit Steuchius in Arnob. lib. iv. improbante Berneggero. Bong. Gruteri et Pal. 1. *quis f. non potest?* Henm. legit, *quis ferre potest?* probante Schmieder.—24 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Gruteri omnes, præter Pal. 3. *nec l. morata est*. Pal. 3. *effectus si rapimur*. Octo has voces: *vituperamus*, l. m. i. u. p. m. *affectio*, pro glossa habet Scheffer. Paulo post, Voss. 2. omittit et ante

#### NOTÆ

° *Habitum*] Lanceam, ut modo diximus.

<sup>P</sup> *Accepta* [*excepta*] Vulgati, accepta.

num libet; modo conjugum et liberorum patriæque memoria occurrit. 25. Sed has cogitationes, has inter se colloquentium voces, signum tuba datum finit: in suos ordines quisque currimus, et quicquid irarum in tabernaculo conceptum est, in hostium effunditur capita. 26. Utinam Philotas quoque intra verba peccasset.<sup>j</sup> Proinde ad id revertar, propter quod rei sumus. Amicitiam, quæ nobis cum Philota fuit, adeo non eo infitias,<sup>k</sup> ut expetisse quoque nos, magnosque ex ea fructus percepisse confitear. 27. An vero Parmenionis, quem tibi proximum esse voluisti, filium, omnes pæne amicos tuos dignatione vincentem,<sup>l</sup> cultum a nobis esse miraris? 28. Tu hercule, si verum audire vis, rex, hujus nobis periculi causa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotan decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi ad hunc gradum amicitiae tuæ ascendimus. Is apud te fuit, cujus gratiam expetere, et iram timere possemus. 29. Annon propemodum in tua verba tui omnes te præeunte<sup>m</sup> juravimus, 'eosdem non inimicos

<sup>j</sup> Utinam non ultra sermonis libertatem deliquisset.

<sup>k</sup> Qui universos fere superabat gratia apud te.

*liberorum.*—25 Modius ex Colon. edidit: *has inter se loquentium vices*; omnes vero codd. et edd. habent ut in textu. Voss. 1. Lugd. et Amst. *quisque ordines.*—26 Leid. et Voss. 1. *ad id prævertar*, ut emendavit Acidalius. Voss. 2. *Amicitia.* Edd. vulgg. ante Freinsh. *eo inficior*; Pal. 1. *eo infitear*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Gruteri, Pal. 2. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. et recentt. *eo infitias*, vel *inficias*.—28 Voss. 1. *periculus causa*; Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 2. et Bong. *periculi es causa*. 'Causa non est, cur cum Scheffero legas: Qui placere vellent tibi. Tibi ab illo traditi, &c.' Schmieder.—29 Florent. Leid. et Voss. 2. *Si non propemodum tuo verberatu ei*; Voss. 1. *Si non p. tuo verberat ve*; Gruteri omnes, Dan. Mer. Ald. Bas. et Col. *Non propemodum tuo verberatu ei omnes te præeunte juravimus*; nec secus edd. ante Freinsh. nisi quod Venet. habet *te*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Eo infitias* [*inficior*] Legebant aliqui: *non eo inficias*. Sed vereor ut Latine dici possit 'ire inficias amicitiam.' Ceterum 'inficias' et 'inficior' scribendum sit, an 'infitias' et 'infitor,' disputatur utrumque probabiliter. Nam alii ab 'inficio' ducunt, quod est 'non facio' apud Varronem; alii ab 'infiteor,' quod est 'nego,' apud

Festum. Vide Etymol. Vossii. Porro hæc Amyntæ defensio gemina est illi Terentii apud Tacitum Annal. vi. excusantis suam cum Sejano amicitiam; ut alter ex altero scriptor profecisse Lipsio videatur.

<sup>b</sup> *Te præeunte* [*Præire*] verba lib. iv. cap. 13. *Juravimus*] Jurare in alterius verba dicuntur, qui verbis illis

amicosque habituros esse, quos tu haberes? hoc sacramento pietatis obstricti aversaremur scilicet, quem tu omnibus præserebas. 30. Igitur si hoc crimen est, [tu] paucos innocentes habes; immo hercule neminem. Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt: sed totidem, quot volebant esse, non poterant: ita si a consociis amicos non dividis, nec ab amicis quidem separabis illos, qui idem esse voluerunt. 31. Quod igitur conscientiae affertur indicium? ut opinor, quia pridie familiariter et sine arbitris locutus est nobiscum! At ego purgare non possem, si pridie quicquam ex vetere vita ac more mutassem: nunc vero, si, ut omnibus diebus, illo quoque, qui suspectus est, fecimus, consuetudo diluet crimen. 32. Sed equos Antiphani non dedimus! et, pridie quam Philotas detectus est, hæc mihi cum Antiphane res erat! qui si nos suspectos facere vult, quod illo die equos non dederimus; semet ipsum, quod



*præcunte.* Voss. 2. omittit *amicosque*, et mox habet: *hec sacramento*. Ple-  
ræque edd. ante Freinsh. *aversaremur*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et  
Pall. 1. 2. *obversaremur*; Bong. Grut. et Pal. 3. *obversaremur*; Voss. 2. *adser-*  
*varemur*. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *quem tum*.—30 Bong. Lugd. et Amst.  
omittunt *tu paucos*; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *tu*. Mod. Elz. ali-  
æque edd. ante Freinsh. omittunt *sed*, quod tamen exhibent codd. et edd.  
recentt. Florent. *quot volebant*. Mer. *separabis illum*. Voss. 2. qui *idem*, pro  
quo in Pith. *quidem*.—31 Lugd. et alii omittunt *ut ante opinor*. Mer. *pridie*  
*quia*. Dan. et Pith. *sine arbitris*. Voss. 1. 2. et Gruteri omnes: *sicut omni-*  
*bus*. Pith. *diluet crimen*.—32 Bong. 1. *Antiphani*, superscripto *ta*, ut sit *Ant-*  
*tiphatani*; Pall. 1. 2. *Antipharrani*; Voss. 2. *Antipatri*. Bong. præter Pith.  
*dederimus*, pro *dedimus*. Mox pro *dederimus*, ut in Florent. Leid. Voss. 1. et  
omnibus Gruteri, *dedimus* exhibent Mer. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et  
Col. *dederim* vero Voss. 2. Elz. et vulgg. edd. ante Freinsh. Florent. *deside-*

#### NOTE

dem, quæ ille protulit, repetitis ju-  
rant aliquid se præstituros quod pol-  
licentur.

\* *Sacramento*] Juramentum, quia  
per Deos fiebat et tanquam aliquid  
sacrum habebatur, 'sacramentum'  
appellatum est, illud præsertim quo  
se milites imperatori obligabant suo;  
*serment de fidélité*.

† *Nec ab amicis*] Si Philotæ con-  
socios putas fuisse quotquot amici  
erant, eadem ratione amicos ejus cen-

sere debes quicunque esse voluerunt.  
Ita omnes amici, omnes consocii, ne-  
mo innocens.

‡ *Consuetudo*] Accusationem ex illo  
pridiano colloquio petitam hoc refel-  
lit, quod ita quotidie colloqui, citra  
conjuracionis suspicionem, soleba-  
mus.

¶ *Et, pridie*] An illo primum die  
hæc mihi cum Antiphane contentio  
fuit?

eos desideraverit, purgare non poterit. 33. Anceps \* enim crimen est inter retinentem et exigentem; nisi quod melior est causa suum non tradentis, quam poscentis alienum. 34. Ceterum, rex, equos decem habui, e quis Antiphanes octo jam distribuerat iis, qui amiserant suos. Omnino duos ipse habebam: quos cum vellet abducere homo superbissimus, certe iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebar. 35. Nec infitias eo, liberi hominis animo locutum esse me cum ignavissimo, et hoc unum militiæ suæ usurpante,<sup>1</sup> ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore et Alexandro excusem et Antiphani. 36. At hercule mater<sup>2</sup> de nobis inimicis tuis scripsit. Utinam prudentius esset sollicita pro filio, et non inanes quoque species anxio animo figuraret. Quare enim non ascribit metus sui causam? Denique<sup>3</sup> non ostendit auctorem, quo facto dictove nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit. 37. O miseram conditionem meam, cui forsitan non periculosius est

<sup>1</sup> Qui id solum de militaribus laboribus præstat.

rarit; Col. *desyderaverat*; vulgg. ante Freinsh. *desideraverat*; Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Bas. *desideraverit*.—34 Florent. Voss. 2. Dan. Bong. Gruteri et Mer. *equos d. habeo*. Pro *e quis*, Mer. *equos*; Voss. 2. *equitibus*; Florent. Leid. et Gruteri omnes: *e quibus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Bong. et Mer. *jam d. his, qui, &c.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. Dan. Pal. 2. et Mer. *iniquissime*; Pal. 1. *superbissimus iniquissimusque*. Elz. *retinere cogebar*.—35 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *usurpantem*; Mer. *usurpat*. Ald. *pugnaturus*; Voss. 2. *purgaturis distribuit*. At huc enim m. v. est, verba mea ut e. t. et excusem Alexandro, &c. Dan. delet ut ante verba. Pall. 1. 3. et Antipharrani. Heumannus omnem locum sic emendat: *Hucine m. v. est, ut v. m. e. t. et A. excusem, et Antiphani? At h. m. de nobis scripsit! Utinam p. e. s. p. filio, non i. q. s. a. a. figuraret! Q. e. n. a. m. s. causam, neque ostendit auctorem? quo f. d. n. m. t. t. l. scripsit?*—36 Pal. 1. et vulgg. ante Freinsh. tibi pro tuis; Bong. Gruteri *cjus*; Voss. 2. omittit tuis. Bong. 1. *Quæ enim*. Voss. 2. *cum trepidas literas tibi*.—37 Amst. et Lugd. omittunt *meam*, post *conditionem*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pall. 1. 3.

#### NOTÆ

\* *Anceps*] Dubium est nter malo animo faciat, qui equos negat suos, an qui alienos postulat.

<sup>2</sup> *Mater*] Olympias, de nobis tantquam inimicis tuis ad te scripsit, ut

a nobis salutem tuereris tuam; cap. 1.

<sup>3</sup> *Denique*] Minus quadrat hoc loco istud *denique*. Malim sic legisse: *cur, aut quid non ostendit auctorem? quo facto dictove, &c. scripsit?*

tacere quam dicere. Sed utcumque cessura res est, malo tibi defensionem meam displicere, quam causam, Agnosces autem, quæ dicturus sum; quippe meministi, cum me<sup>1</sup> ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te, 'multos integros<sup>2</sup> juvenes in domo tuæ matris abscondi:' 38. præcepisti igitur mihi, 'ne quem præter te intuerer; sed detrectantes militiam perducerem ad te.' Quod equidem feci, et liberius, quam expediebat mihi, executus sum imperium tuum. Gorgian, Hecateum, et Gorgatan, quorum bona opera uteris, inde perduxī. 39. Quid igitur iniquius est, quam me, qui, si tibi non paruissem, jure daturus fui poenas, nunc perire, quia parui? Neque enim ulla alia matri tuæ persequendi nos causa est, quam quod utilitatem tuam muliebri præposuimus gratiæ. 40. Sex millia<sup>3</sup> Macedonum peditum et DC. equites adduxi, quorum pars secutura me non erat, si militiam detrectantibus indulgere voluissem. Sequitur ergo, ut, quia illa propter hanc causam irascitur nobis, tu mitiges matrem, qui iræ ejus nos obtulisti.<sup>4</sup>

11. 1. Dum hæc<sup>5</sup> Amyntas agit, forte supervenerunt,

<sup>2</sup> Laboris expertes.

.....

et Mer. quia forsitan; Voss. 2. quæ forsitan, et mox quocumque cessura. Idem paulo post ad producendos.—38 'Necessarium non est, ut cum Scheffero scribas: sed et detrectantes.' Schmieder. Voss. 2. producerem ad te. Pith. et liberos, quam, &c. Leid. et Bong. 2. expedibat. Leid. et Voss. 2. tuum imperium; Voss. 1. omittit tuum. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. et Mer. Hecateum; Florent. Egateum; Voss. 2. Gatheum; Elz. Lngd. Frob. et Amst. Hecateum. Voss. 2. Gorgatan; Ald. vero et codd. Gorgatan.—39 Voss. 2. alia matri ulla; Pith. ulla alia persequendi nos matri tuæ. Florent. Leid. Voss. 1. et Pal. 1. proposuimus gratiæ.—40 Bong. 2. VI. millia; Veron. et Mer. Vim Macedonum militum, error ex concursu numeralium VI. M. Voss. 2. omittit peditum. Pith. habet, mille DC. equites. Paulo post pro ergo, Dan. ego, sed superscripto r.

1 Pal. 1. forte superveniunt. Bong. 1. 2. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Cum me] Lib. iv. cap. 6. Abscondi] Immunes a militiæ laboribus desiderare, Olympiadis favore.

<sup>2</sup> Sex millia] Totidem peditum scripserat Curtius lib. v. cap. 1. equites duntaxat quingentos, præter quin-

quaginta procerum filios. Sed de sexcentis apertum est Diodori testimonium.

<sup>5</sup> Dum hæc] Aliter Arrianns; Amyntam dicta causa absolutum, accepta facultate, ad retrahendum ex

qui fratrem ejus Polemonem, de quo ante dictum est, fugientem consecuti vinctum reducebant. Infesta concio vix inhiberi potuit, quin protenus suo more saxa in eum jaceret. 2. Atque ille sane interritus, 'nihil,' inquit, 'pro me deprecor; modo ne fratrum innocentiae<sup>b</sup> fuga imputetur mea. Hæc si defendi non potest, meum crimen sit: horum ob id ipsum<sup>c</sup> melior est causa, quod ego, qui profugi, suspectus sum.' 3. At hæc elocuto universa concio assensa est. Lacrymæ deinde omnibus manare cœperunt, adeo in contrarium repente mutatis, ut solum pro eo esset, quod maxime læserat.<sup>a</sup> 4. Juvenis erat primo ætatis flore pubescens, quem inter equites tormentis Philotæ conturbatos alienus terror abstulerat. Desertum eum a comitibus, et hæsitantem inter revertendi fugiendique consilium, qui secuti erant, occupaverunt. 5. Is tum flere cœpit, et os suum converberare: mœstus non suam vicem,<sup>d</sup> sed propter ipsum periclitantium fratrum. 6. Moveratque jam regem, non concionem modo: sed unus erat implacabilis

<sup>a</sup> Ut nihil aliud ipsius causa faveret, quam quod antea gravissime ipsos offenderat.

*Polemonem.* Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. est dictum; Voss. 2. omittit est. Mer. victum reducebant. Pith. qui protinus.—2 Voss. 2. omittit sane, et paulo post modo. Pal. Mer. Bas. et Col. Hic si; Ald. et Frob. Hoc si. Pith. ob ipsum, omisso id. Dan. omittit est ante causa. Mod. susceptus sum.—3 Vulgg. edd. ante Freinsh. Hæc elocuto; Voss. 2. Pal. 1. Bas. et Col. Ad hæc; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Mer. At hæc; Scheffer. mavult: Ac hæc. Modius edidit denique pro deinde. Florent. Leid. et Voss. 1. ut hoc solum pro eo, &c. Pith. maxime quod.—4 Leid. ætatis flore. Voss. 1. que inter equites. Voss. 1. conturbato. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. enim a comitibus.—5 Is tunc Voss. 2. Is dum Pal. 1. non ob suam vicem Mod. Col. Lugd. Bas. et Amst. non suam vicem Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. alii et edd. recentt. sed propter ipsam Mer. et Col.—6 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mod. regem quoque non concionem; Pith. regem non concionem quoque;

#### NOTÆ

fuga Polemonem, esse profectum; eodemque illum die reduxisse.

<sup>b</sup> *Innocentiæ*] Ne fratribus meis, cum innocentes sint, fuga imputetur mea, tanquam crimen aut criminis indicium.

<sup>c</sup> *Ob id ipsum*] Si enim fugisse credor quod essem conjunctionis particeps,

insontes haberi debent ipsi qui non fugerint.

<sup>d</sup> *Suam vicem*] Sic apud Livium, 'solicitis vicem imperatoris militibus.' Dolebat non propter se, sed propter fratres culpa ipsius periclitantes.

frater ; qui terribili vultu intuens eum ; ‘Tum,’ ait, ‘demens, lacrymare debueras, cum equo calcaria subderes, fratrum desertor, et desértorum comes. Miser, quo, et unde fugiebas ? 7. Effecisti, ut reus capitis, accusatoris uterer verbis.’ Ille ‘peccasse se ; sed gravius in fratres, quam in semet ipsum,’ fatebatur. Tum vero neque lacrymis, neque acclamationibus, quibus studia sua multitudo proficitur, temperaverunt.\* Una vox erat pari emissa consensu, ‘ut insontibus et fortibus viris parceret.’ Amici quoque, data misericordiæ occasione, consurgunt, flentesque regem deprecantur. 8. Ille silentio facto, ‘Et ipse,’ inquit, ‘Amyntam mea sententia fratresque ejus absolvo. Vos autem, juvenes, malo beneficii mei oblivisci, quam periculi vestri meminisse. Eadem fide redite in gratiam mecum, qua ipse vobiscum revertor. 9. Nisi, quæ delata essent, excussissem, valde dissimulatio mea suspecta esse potuisset. Sed satius est, purgatos esse, quam suspectos. Cogitate, neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam.’ 10. Tu, Amynta, ignosce fratri tuo : erit hoc simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus.’ 11. Concione deinde dimissa, ‘Polydamanta vocari’ jubet. Longe acceptissimus Parmenioni erat, proximus lateri in acie stare solitus. 12. Et quanquam conscientia fretus in regiam venerat ; tamen, ut jussus est ‘fratres suos exhibere,’ ad-

\* Nisi qui se in judicio defenderit.

\* Sincere.

Voss. 2. regem ante concionem ; Dan. Pal. 1. Ald. Colin. et Gryph. regem non concionem modo. Grut. erat implicabilis.—7 Pal. 1. parceret rex.—8 Nonnulli codd. ea fide. Pal. 1. vobiscum revertur.—9 Voss. 2. omittit essent. Modius edidit suspectari potuisset, ex conjectura Palmerii. Const. habet, suppurare potuisset, ut conj. Klokus. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. superare potuisset. Heinsius legit, super ea re nocuisset, vel obfuisse. Mod. Satius est, omisso Sed. Paulo post, Pith. omittit posse.—10 Ald. erit hoc semper etiam ; Voss. 2. et pro etiam. Elz. mihi reconciliati ; Mer. omittit mihi.—11 Elz. demissa ; Florent. missa.—12 Dan. omittit, in regiam v. t. u. j. e. fratres, sed supplentur ad marginem. Pal. 1. quem nocere. Voss. 2.

#### NOTÆ

\* Temperaverunt] Milites. Viris] dit Arrianus quartum fratrem Attam Amyntæ, Siminæ, et Polemoni. Ad- lum. Parceret] Alexander.

modum juvenes, et regi ignotos ob ætatem, fiducia in solitudine versa trepidare cœpit, sæpius quæ nocere possent, quam quibus eluderet, reputans.<sup>4</sup> 13. Jam armigeri, quibus imperatum erat, produxerant eos; cum exsanguem metu Polydamanta 'propius accedere' jubet: summotisque omnibus, 'scelere,' inquit, 'Parmenionis omnes pariter appetiti sumus, maxime ego ac tu; quos amicitiae specie fefellit: 14. ad quem persequendum puniendumque (vide quantum fidei tuæ credam) te ministro uti statui: obsides, dum hoc peragis, erunt fratres tui. 15. Proficiscere in Mediam, et ad præfectos meos literas scriptas manu mea perfer: velocitate opus est, qua celeritatem famæ antecedas: noctu pervenire illuc te volo, postero die, quæ scripta erunt, exequi. 16. Ad Parmenionem quoque epistolas feres; unam a me, alteram Philotæ nomine scriptam: signum annuli ejus in mea potestate est: sic pater credens a filio impressum, cum te viderit, nihil metuet.' 17. Polydamas, tanto liberatus metu, impensius etiam, quam exigebatur, promittit operam. Collaudatusque et promissis oneratus, deposita veste, quam habebat, Arabica induitur. 18. Duo Arabes,<sup>5</sup> quorum interim conjuges ac liberi, vinculum

<sup>4</sup> *Magis cogitans ea quæ ipsi obesse poterant, quam quibus illa purgare posset.*

\*\*\*\*\*

*possent eludent quam eluderetur*, omisso quibus. Pal. 1. Amst. et Lugd. *eluderet*; sed Florent. Leid. Voss. 1. et pleræque edd. *eluderetur*; Col. *iltudetur*. 'Legendum est pro *eluderet*, vel cum Heinsio *se tueretur*, vel cum Freinshemio *dilueret*, sc. crimina qualiacumque forte sint.' Schmieder.—13 Voss. 2. *tum exsanguem*. Pal. 1. *opetiti sumus*; Sigeb. *apte subditi sumus*.—14 Voss. 2. *in quantum* pro *vide quantum*; et mox: *te m. ut ista fiant tui obsides, &c.*—15 Voss. 1. *Media*. Voss. 2. et Pal. 1. *quam celeritate*. Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. et Bong. *omittunt famæ*. Florent. *postera die*.—16 Voss. 1. Bong. 2. Pith. et Mer. *Ad Parmenionem*. Florent. *unam ad me*. Fauch. et Pith. *alteram a Philotæ*. Voss. 2. *anulus* pro *signum annuli*. Bas. Mer. Col. et Ald. *si pater*. Florent. Leid. Mer. Col. et Bas. *credit*; Pal. 1. *credet*; Voss. 2. *omittit credens a*. Acidalius legit: *puter credit a filio impressum: sic cum, &c.* Pith. *omittit cum te viderit*.—17 Vulgg. edd. ante Freinsh. et præmiis *oneratus*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. et *promissis oneratus*; Bong. 1. tamen *honoratus*, et superscripto o, ut sit *honoratus*. Voss. 2. *Arabicas*; Pal. 1. *Arabico*. Heinsius conj. *Arabicam*.—18 Florent. et Leid. *Dux Arab*; Bong. 2. et Pith. *Dux*; Fauch. *Duces*. Vocem *obsides* pro

#### NOTE

<sup>5</sup> *Arabes*] Hi comites potissimum ritiam, quod per ea loca sæpius com-  
adjuncti; credo, propter itinerum pe-  
meare solerent mercaturis faciendis.



fidei, obsides apud regem erant, dati comites. Per deserta etiam ob siccitatem loca camelis,<sup>s</sup> undecima die,<sup>h</sup> quo destinaverat, perveniunt. 19. Et prius quam ipsius nuntiaretur adventus, rursus Polydamas vestem Macedonicam sumit, et in tabernaculum Cleandri (prætor hic regius erat) quarta vigilia pervenit. 20. Redditis deinde literis, constituerunt prima luce ad Parmenionem coire. Namque ceteris quoque literas regis attulerat. Jam ad eum venturi erant, cum Parmenioni 'Polydamanta venisse' nuntiaverunt: 21. qui dum lætatur adventu amici, simulque noscendi, quæ rex ageret, avidus, (quippe longo intervallo nullam ab eo epistolam acceperat,) 'Polydamanta requiri' jubet. 22. Deversoria regionis illius magnos recessus habent amœnosque nemoribus<sup>i</sup> manu consitis; ea præcipue regum satraparumque voluptas erat. 23. Spatiabatur in nemore Parmenion medius inter duces, quibus erat imperatum literis regis, ut occiderent. Agendæ autem rei consti-

~~~~~

glossa habet Bothe. Mox Heinsius conj. *Per d. effectam ob siccitatem*. Pal. 1. loci pro loca; Voss. 2. locorum c. undecimo die. Dan. undecima de quo. Mer. destinaverant. Pal. 1. pervenerunt; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et Mer. perveniunt; vulgg. ante Freinsh. pervenit.—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. ipsi nuntiaretur; Pal. 1. ipsi nuntiarentur. Modius legit vestem Macedoniam.—20 Nam ceteris Voss. 2. omisso que; Florent. Leid. Pal. 1. Dan. Pith. alii Namque ceteri. Pith. Bong. 2. Florent. et Leid. literis regis; Bong. 1. literis, et superscripto a; Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. literas; Dan. quoque literis regis attulerat jam ad eum; vulgg. edd. ante Freinsh. ceteri quibus litteras regis attulerat ad eum. Nonnullæ edd. vett. venturi erant, jam Parmenioni P. v. nuntiatum erat.—21 Pal. 1. quid rex ageret. Florent. et Leid. Philodamanta.—22 Voss. 2. Diversoria religionis. Mer. et Voss. 2. eaque præcipue; Freinsh. mavult: ea præcipua, &c.—23 Edd. vett. Parmenio; Florent. Leid. Voss. 1. 2. aliique codd. Parmenion. Pal. 1. ut eum occiderent, quod recepit Bothe. Pith. constituerent tempus. Florent. a Polydamante.

#### NOTÆ

Ea quoque causa fuerit Macedonicæ vestis Arabica mutandæ, quo magis pro Arabe negotiatore Polydamas haberetur.

<sup>s</sup> Camelis] Dromades ait Strabo fuisse, cameli genus a velocitate dictum, δρόμος enim cursus velox est, inquit Casaubonus. Scribit Diodorus tantam esse velocitatem, ut singulis

diebus paulo minus quam mille et quingenta stadia, hoc est, plusquam centum et octoginta milliaria emetiantur.

<sup>h</sup> Undecima die] Idem Strabo lib. xv. triginta vel quadraginta dierum iter fuisse scribit, quod intra undecimum confecerunt.

<sup>i</sup> Nemoribus] Vide lib. v. cap. 1.

tuerant tempus, 'cum Parmenion a Polydamante literas traditas legere cœpisset.' 24. Polydamas procul veniens, ut a Parmenione conspectus, vultu lætitiæ speciem præferente, ad complectendum eum cucurrit: mutuaque gratulatione functi, Polydamas epistolam ab rege scriptam ei tradidit. 25. Parmenion vinculum<sup>j</sup> epistolæ solvens, 'quidnam rex ageret?' requirebat. Ille 'ex ipsis literis cogniturum esse' respondit. 26. Quibus Parmenion lectis, 'Rex,' inquit, 'expeditionem parat in Arachosios.<sup>k</sup> Strenuum hominem et nunquam cessantem! Sed tempus salutis suæ tanta jam parta gloria parcere.' 27. Alteram deinde epistolam, Philotæ nomine scriptam, lætus, quod ex vultu notari poterat, legebat. Tum ejus latus gladio haurit. Cleander, deinde jugulum ferit; ceteri exanimem quoque confodiunt. 28. Et armigeri, qui ad aditum nemoris astiterant, cognita cæde, cujus causa ignorabatur, in castra perveniunt, et tumultuoso nuntio milites concitant. 29. Illi armati ad nemus, in quo perpetrata cædes erat, cœunt, et, 'ni Polydamas, ceterique ejusdem noxæ participes dedantur, murum circumdatum nemori eversuros,' denuntiant, 'omniumque sanguine duci parentaturos.' 30. Cleander

\* Ense transfigit.

\*\*\*\*\*

Voss. 2. *legere cum cœpisset*.—24 Idem codex *speciem lætitiæ*. Bong. 1. 2. Fauch. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *mutuaque*, in Fauch. tamen *exculp-tum ta*; Voss. 2. *mutua*. Inter voces *gratulatione functi* Fauch. *exculp-tas* habet duas literas. Voss. 2. omittit *Polydamas*. Both. *mutuaque gratulatione functis*. Heumannus legit: *mutuaque gratulatione facta, epistolam ab rege scriptam ei tradidit*; Heinsius vero: *mutua itaque, &c.*—25 Pith. *quidnam age-ret*, omisso *rex*. Pal. 1. *Ille ex illis*. Mer. *Aracosios*. Voss. 1. *salutis suæ*. Voss. 2. *parata gloria parere*.—27 Pal. 1. *Turrim ejus latus, &c.* Florent. *Ole-andre pro Cleander*. Voss. 2. *jugulum fodit*. Florent. Pith. et Bong. 2. *exa-nimum*; Voss. 2. *quoque exanimem*.—28 Florent. Leid. Dan. Voss. 1. et Bong. omittunt *ad ante aditum*; in Bong. 1. tamen est *suprascriptum*. Mer. habet *qui aditu*. Schimieder. conj. *At armigeri, &c.* Pith. omittit, *in castra perveni-unt*.—29 Modius legit, *ejusdem noxiæ*. Florent. *eversuros denuntiant*.—30 Flo-

#### NOTE

<sup>j</sup> Vinculum] Usitatus hic erat apud veteres obsignandarum epistolarum modus, lino circumducto; cujus scilicet commissuram impressa annulo

Delph. et Var. Clas.

cera tegebat continebatque. Vide Lipsium Instit. Epist. cap. 4.

<sup>k</sup> In Arachosios] Ut reipsa factum videbimus, cap. 8.

Q. Curt.

2 K

'primores eorum intromitti' jubet, literasque regis scriptas ad milites recitat, quibus 'insidiæ Parmenionis in regem, precesque ut ipsum vindicarent,' continebantur. 31. Igitur cognita regis voluntate, non quidem indignatio, sed tamen seditio compressa est. Dilapsis pluribus pauci remanserunt, qui, 'saltem ut corpus ipsius sepelire permetterent,' precabantur. 32. Diu id negatum est, Cleandri metu, ne<sup>f</sup> offenderet regem: pertinacius deinde precantibus, materiem consternationis subtrahendam ratus, capite deciso truncum humare permisit: ad regem caput missum est. 33. Hic exitus Parmenionis fuit, militiæ domique clari viri. Multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magnæ rei gesserat: felicissimo regi et omnia ad fortunæ suæ exigenti modum satis fecit. <sup>g</sup> LXX. natus annos juvenis<sup>1</sup> ducis et sæpe etiam gregarii militis munia explevit: <sup>h</sup> acer consilio; manu strenuus; carus principibus; vulgo militum acceptior. 34. Hæc impulerint illum ad regni cupiditatem, an tantum suspectum fecerint, ambigi potest; quia Philotas ultimis cruciatibus victus verane dixerit,

<sup>f</sup> Quod timeret Cleander, ne, &c.

<sup>g</sup> Qui res omnes volebat suæ felicitatis magnitudini respondere.

<sup>h</sup> Infimi ordinis militum implevit officia.

rent. Pal. 1. Dan. Ald. et Mer. priores eorum. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. intermittere jubet. Mer. ut ipsum vindicaret.—31 Mer. nec quidem. Pith. æd statim seditio. Voss. 2. Delapsis pluribus pauci rem hauserunt, qui, &c. Theocr. sepeliri permetterent.—32 Membranæ Modii: Cleandro metuente. Voss. 2. offenderent regem. Pith. Fauch. et edd. vulgg. ante Freinsh. materiam consternationis. Florent. omittit est post missum.—33 Voss. 2. Qui multa sine rege, &c. Florent. sine ullo. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. et ad omnia. Pith. satisfacit. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. militiam pro munia; Mer. Col. Bas. Frob. et Ald. munera; Bong. 1. milia, et superscr. un, ut sit munia. Pro explevit, quod servant Venet. et Mer. explicuit habent codd. edd. fere omnes ante Freinsh.—34 Mer. quare Philotas. Modius legit, quæ facta; Bong.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Juvenis] Hoc comma sic explica: Septuaginta vixit annos; juvenis cum esset, omnia ducis, sæpe etiam gregarii militis munia obivit. 'Gregarius' dicitur qui de 'grege' est; huic opponitur 'egregius,' quasi qui unus

ex grege non sit. 'Gregarii' ergo milites, qui de vulgo sunt militum; vel, ut aliis placet, qui nullo aut exiguo delectu quasi gregatim ad militiam assumti sunt.

quæ facta<sup>m</sup> probari non poterant, an falsis tormentorum petierit finem, re quoque recenti, cum magis possit liquere, dubitatum est. 35. Alexander, quos mortem Parmenionis conquestos esse compererat, separandos a cetero exercitu ratus, in unam cohortem secrevit, ducemque his Leonidam dedit, et ipsum Parmenioni quondam intima familiaritate conjunctum. 36. Fere iidem erant, quos aliqui rex habuerat invisos : nam cum experiri vellet militum animos, admonuit, ' qui literas in Macedoniam ad suos scripsisset, iis, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide traderet.' Simpliciter ad necessarios suos quisque scripserat, quæ sentiebat: aliis gravis erat, plerisque non ingrata militia. 37. Ita et agentium gratias, et querentium literæ exceptæ sunt. [Et qui forte tædium laboris per literas erant questi.] ' Hanc seorsum cohortem a ceteris tendere; ignominiae causa' jubet: fortitudine usurus in bello; libertatem linguæ ab auribus credulis remoturus. Et consilium temerarium forsitan, (quippe fortissimi juvenes contumeliis irritati erant,) sicut omnia alia, felicitas regis exceptit.<sup>k</sup> 38.

<sup>k</sup> *An falsa confitendo quæsierit finem cruciatuum.*

<sup>j</sup> *Separatim a reliquis tabernacula sua ponere.*

<sup>k</sup> *Emendavit.*

~~~~~

quæ facta comprobari. Pith. tormentorum cruciatibus. Pith. Bong. 2. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. magnis pro magis. Voss. 2. omittit posset. Pal. 1. relinquere; Voss. 2. linqueret.—35 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. quos libere mortem. Pal. 1. separando a cetero.—36 Florent. Leid. Voss. 1. et Pal. idem erant; Voss. 2. idem errant. Leid. quod aliqui. Pal. 1. res habuerat. Voss. 2. militum animos vellet. Leid. Voss. 2. Bong. 1. Dan. et Pall. o. admovit; Bong. 2. et Voss. 1. ammōit; ceteri admonuit, vel admōuit. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. si pro iis; Mer. his. Bong. quos ipse per mittebat. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. perlaturus confide, suprascr. tamen u; Voss. 2. et Bong. perlaturus cum fide. Mod. quæ sentiebant.—37 Pal. 1. Ita ut. Florent. Leid. et Bong. excepta; Voss. 2. sunt exceptæ. Paulo post, Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. seorsus. 'E glossa esse hæc: Et q. f. t. l. p. l. e. questi, recte vidit Acidalius.' Schmieder. Deaunt in edd. Tell. et Maitt. Voss. 2. fortissimos juvenes; Pal. 1. fortissimi homines. Voss. 1. et Mod. contumelia; Voss. 1. contumeliis irritaverat. Elz. et aliæ edd. ante

#### NOTE

<sup>m</sup> *Quæ facta*] Quæ nullo alio testimonio confirmari poterant, Hegelcho mortuo, absente Parmenione; quos solos fuisse conscios Philotas fassus erat lib. vi. cap. 11.

Nihil illis ad bella promptius fuit: incitabat virtutem et ignominiae demendae cupido; et quia fortiora facta in paucis latere non poterant.

III. 1. His ita compositis, Alexander, Arianorum <sup>a</sup> Satrape constituto, 'iter pronuntiari' jubet in 'Agriaspas,' <sup>b</sup>

//////////

Freinsh. excipit.—38 Leid. fortia facta.

1 Pith. omittit *Alexander*. Voss. 1. *Arrianorum*; Pal. 1. *Hircaniorum*; Bong. *Arianorum*; Tell. et Rad. *Ariorum*. Dan. *satrapa*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. Pal. 1. Venet. Veron. Mediol. et Col. in *armatos quos*; Voss. 2. et Amst. in *Armaspos*; Frob. et Lugd. in *Ariaspos*; Mer. in *Ariones*;

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Arianorum* [*Ariorum*] Ita scribendum fuit pro *Arianorum*, ut Radero quoque visum erat; nisi Curtium errasse vellemus, et secum ipso pugnare, qui post aliquot versus eosdem 'Arios' appellat. De Ariæ et Arianae discrimine, quod eruditorem, alios fefellit, alios impeditos habuit, consuli possunt Casanbonus in Strab. lib. xv. Salmasius ad Solin. cap. 55. Vossius in Melam, lib. 1. cap. 2. De quo sic accipe, 'Ariam' illam esse quam Ptolemæus lib. vi. cap. 17. et Strabo lib. xi. his terminis includunt. Ab Occasu Parthiam habuit, a Septentrione Margianam, partemque Bactrianæ; ab Ortum Parapamisadas et Arachosios; a Meridie Drangianam, (quam alii tamen ipsius Ariæ partem faciunt,) et Carmanis desertæ latus. Ab Ario anne nomen accepit, qui præcipuam urbem Ariam præterfluens in lacum cognominem mergitur. Urbi nomen esse hodie dicitur *Heri*, vel *Herat*; lacui *Burgian*. De Ariana paulo intricatior quæstio est, propter veterum auctoritatem in ea describenda parum inter se convenientium. Illud quidem ex Strabone constat lib. xv. Arianae quandoque nomine contineri quicquid terrarum ab Indo fluvio, Parapamiso monte, et Oxo flumine, ad Mediam et Persidem extenditur, Indico-

que mari terminatur: in quibus est Gedrosia, Arachosia, Drangiana, Parapamisadæ, Aria, Bactriana, forte et Sogdianæ pars. Nam lib. xv. eodem, quos diximus, assignat Arianae limites ab Ortum, Meridie, et Occasu; a Septentrione autem Caucaseos montes usque ad Caspias portas: lib. autem xi. Bactrianam ipsam partem ait esse præcipuam Arianae. Quare sic Ariam ab Ariana distingui oportet, ut partem a toto. Scio apud Plinium et Melam, quandoque et apud Strabonem angustioribus Arianam terminis claudi, et ab Aria penitus distingui. Verum ista conciliari queunt; et aliunde non difficile ostendi posset corrupte sæpe pro 'Aria' legi 'Ariana,' præsertim apud Plinium lib. vi. cap. 23. et apud Strab. lib. xv. pag. 724. Sed cum Arianae nomen ductum esse ab Aria videatur, vera forsitan causa ex eodem Strabone repeti potest lib. xv. 'Arianae,' inquit, 'nomen usque ad partem quandam Persarum, et Medorum, et Septentrionalium Bactriorum, ac Sogdianorum extenditur. Sunt enim quasi ejusdem linguae: Arianae videlicet, sic dictæ ab Aria, quemadmodum 'Latina' a 'Latia.'

<sup>b</sup> *Agriaspas*] Apud Diodorum *Arimaspi* dicuntur, depravato forte vocabulo: nam *Arimaspos* procul hinc

quos jam tunc mutato nomine 'Evergetas'<sup>c</sup> appellabant; ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum affectum tectis et com meatibus juverant. 2. Quintus dies erat, ut in eam regionem pervenerat: cognoscit, 'Satibarzanem,'<sup>d</sup> qui ad Bessum defecerat, cum equitum manu irrupisse rursus in Arios.' Itaque Caranum et Erigyium cum Artabazo et Andronico et sex millibus Græcorum peditum DC. equites sequebantur. 3. Ipse LX. diebus gentem Evergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donata. 4. Relicto deinde, qui iis præesset, Amenide, (scriba<sup>e</sup> is Darii fuerat,) Arachosios,<sup>f</sup> quorum regio ad Ponticum<sup>g</sup>

Bas. in *Ariaspas*. Voss. 2. et Ald. appellant. Pro affectum Voss. 2. ad effatim. — 8 Modius omittit eam; Voss. 1. ea regione. Voss. 2. pervenerant. Voss. 1. et omnes Bong. præter Fauch. *Satibazanem*; Voss. 2. *Nabarzanem*; Pal. 1. *Satipharzanem*; Mer. *Satrabarzanem*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *Aricos*; Ald. Bas. et Col. *Aulicos*, Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. *alios*. Dan. Bong. Florent. Leid. Voss. 1. Bas. et Col. *Caranum*; Bong. 1. *Carinum*; Mer. *Caucarum*; Voss. 2. omittit *Caranum* et. 'Cum Scheffero legendum est: mittit itaque Caranum, &c. vel cum margine ed. Gryph. Itaque Caranum præmittit.' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. et Mer. *Erigyium*; Col. et Bas. *Erignum*; alii *Erigyium*. Pal. 1. cum *Artabazaro*. Voss. 2. *Andromaco*. — 3 Bong. 1. in arcum fidem. Mod. donatum; Voss. 2. data. — 4 Voss. 2. his præesset. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Amedinem*; Bong. 1. et Pal. 1. *Amedine*; Voss. 2. *Amedin*. Florent. et Voss. 1. scribas; Florent. Voss. 1. 2. et Bong. præter Pith. et Fauch. scriba *Darii*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Mer. *Aracosios*. Voss. 1. *subegi*.

## NOTE

Strabo Pliniusque collocant; alios supra Euxinum et Mæotim Plinius lib. iv. cap. 12. et Strabo lib. xi. alios ultra Iaxartem inter Scythas Plinius lib. vi. cap. 17. Freinshemius *Ariaspas* hic dici mallet ab urbe 'Ariaspe,' quam in Drangiana quoque Ptolemæus ponit.

<sup>c</sup> *Evergetas*] Persicum illis nomen inditum erat *Orosangæ*, quod *beneficos* sonat, quemadmodum apud Græcos *Εὐεργέτης*.

<sup>d</sup> *Satibarzanem*] Ariorum Satrapem, qui ab Alexandro cum defecisset, ejus celeritate occupatus ad Bessum profugerat; lib. vi. cap. 6. Cyri] Primi Persarum regis, de quo lib. iv. cap. 14.

<sup>e</sup> *Scriba*] Præcipuæ dignationis erat apud Persarum reges scribarum munus, ut docet Brissonius lib. 1. de Regn. Pers. et apud Græcos honorificum imprimis fuisse scribit Cornelius Nepos initio, contra quam apud Romanos.

<sup>f</sup> *Arachosios*] 'Arachoti' et 'Arachotæ' quoque dicti sunt; quorum regio ab Oriente Indum flumen, a Meridie Gedrosiam, ab Occidente Drangianam, a Septentrione Parapamisadas attingit.

<sup>g</sup> *Ad Ponticum*] Quodcumque hic mare intellexerit Curtius, Euxinum, Hyrcanum, aut Indicum, defendi ab errore non potest; ut liquet ex iis quæ modo diximus: quæ vero causa

mare pertinet, subegit. Ibi exercitum, qui sub Parmenione fuerat, occupavit: sex millia Macedonum erant, et cc. nobiles et quinque millia Græcorum cum equitibus ducentis; haud dubie robor omnium virium regis. 5. Arachosiis datus Menon prætor, iv. millibus peditum et dc. equitibus in præsidium relictis. Ipse rex nationem, ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo commercio valentem mutuos usus,<sup>a</sup> cum exercitu intravit. 6. 'Parapamisadæ'<sup>b</sup> appellantur, agreste hominum genus, et inter barbaros maxime inconditum: locorum asperitas hominum quoque ingenia duraverat: 7. gelidissimum Septemtrionis axem ex magna parte spectant;<sup>i</sup> Bactrianis ad Occidentem conjuncti sunt:

<sup>a</sup> Quæ nulla mercium permutatione societatem cum aliis habet.



<sup>c</sup> Non fero hanc locutionem: *exercitum... occupavit*, natam forte ex Græco *παράλινπε*. Leid. legit, *exercitus... occurrit*. Sententia est: Parmenionis exercitum Alexandrum in Arachosia assecutum esse. Vereor autem, ut recte descriptus sit Parmenionis exercitus; namque divinare non possum, quos sub CC. nobilibus intellexerit, et minor est numerus cc. equitum pro xi. millibus peditum. *Schmieder*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *exercitus*. Leid. *occurrit*, et sic in Bong. 2. oræ ascriptum erat eadem manu. Bong. 2. V. *millia*; Bong. 1. III. *millia*; Voss. 2. ut *millia*, errore orto ex VI. Voss. 1. Bong. 1. 2. Pith. et Dan. omittunt, cum *equitibus ducentis*; Florent. et Leid. cum e. VI. Voss. 2. cum e. *sexcentis*.—5 Edd. vulgg. ante Freinsh. *Memnon*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *Menon*. Bong. et Pith. IIII. *millia peditum*; Bong. 1. IIIIbus *peditum*; Bong. 2. *quatuor peditum* ∅; Voss. 1. *quattuor peditum*. Voss. 2. *Rex ipse*. Dan. *satis notam*, sed cum rasura. 'Vix est, ut pro incorruptis haberi possint verba: quippe nullo commercio valentem mutuos usus. Ponendum videtur: quippe nullo commercio valente in mutuos usus.' Both.—6 Dan. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *Paramedisidæ*; Pal. 1. *Paramedesides*; Voss. 2. *Pamedesides*; Ald. Col. Mer. et Bas. *Paramedesidæ*. Voss. 1. et Bong. 2. omittit hominum. Pal. 1. ut *inter*. Col. *duraverant*.—7 Florent. et Leid. ex m. *expectant*. Modius legit ab *occidente*. Dan. *Indici* cum rasura: prior lectio *Indicum* videtur fuisse; Pith. et Fanch. *judici*, sed huic superscr. cum;

#### NOTÆ

errandi fuerit, parum arbitror interesse.

<sup>b</sup> *Parapamisadæ*] A Parapamiso, quem infra describemus, nomen habent *Parapamisadæ*, quod circum hunc maxime montem degant. Limites sunt ad Orientem Indus, a Septemtrione Bactriana, ab occasu Aria cum Bactrianæ parte, a Meridie Ara-

chosia.

<sup>i</sup> *Spectant*] Magna illorum pars in Septemtrionali montium latere sita est.—Sic quidem intelligere Curtius debuit; sed, opinor, Diodorum secutus errantem hoc voluit, magnam partem subjectos esse axi Septemtrionali.

Meridiana<sup>1</sup> regio ad mare Indicum vergit. 8. Tuguria latere primo struunt, et, quia sterilis est terra materiæ,<sup>k</sup> in nudo etiam montis dorso, usque ad summum ædificiorum fastigium, eodem laterculo utuntur. 9. Ceterum structura latior ab imo<sup>l</sup> paulatim incremento operis in arctius cogitur:<sup>j</sup> ad ultimum in carinæ<sup>m</sup> maxime modum coit: ibi foramine relicto superne lumen accipiunt ad medium. 10. Vites et arbores, si quæ in tanto terræ rigore durare poterunt, obruunt humo. Penitus hyeme defossæ latent: cum nive discussa aperiri humus cœpit, cœlo solique redduntur.<sup>c</sup> 11. Ceterum adeo altæ nives premunt terram, gelu et perpetuo pæne rigore constrictæ, ut ne avium quidem

<sup>b</sup> Ædificium ab infima parte latius, sensim dum assurgit in angustius coarctatur.

<sup>c</sup> Aëri et solis luci exponuntur.

\*\*\*\*\*

Bong. 2. *Indicu*; Florent. et Leid. *Inditu*.—8 'Illud primo non bene concoquo. An fuit ab imo?' Freinsh. Heinsius malit: *Tuguria latere prima struunt*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bas. et Col. *terra materia*; Pal. 1. et Mer. *terræ materia*. Frob. omittit in ante nudo. Dan. Bong. et Florent. *monte*; Leid. *monti*. Pal. 1. *usque summum*, omisso *ad*.—9 Nonnulli codd. omittunt *operis*. Dan. in *carinæ maximæ*. Florent. Leid. Voss. 1. et Pal. 1. omittunt *accipiunt*, quod suppletur in Dan. a m. sec. Vulgg. edd. ante Freinsh. distinguunt: *accipiunt. Ad medium viles, &c. Voss. 2. accipiunt. Ad medium præbent viles, &c.* Modius vero et edd. recentt. ut in textu. Cellario Curtius scripsisse non videtur: *ibi . . . ad medium*; sed aliquem illud *ibi per ad medium* exponere voluisse.—10 Alii codd. *terræ frigore*. Vocem *humo* ex Theocr. Curtio reddidit Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *hyeme defossa*. Mod. *cum hiems nive, &c.* Dan. Pal. 1. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *nive*. Florent. Leid. Voss. 2. Mod. et Bong. *aperire*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. *humum*. Voss. 2. *solumque*.—11 Mer. *ut ne hominum quidem*; Scheffer. conj. *ut ne animalium*

#### NOTE

<sup>1</sup> *Meridiana*] Spectat quidem Indicum mare, sed procul, toto intercedente spatio quod fluvius Indus emittitur in ipsorum montibus natus.

<sup>k</sup> *Materiæ*] Ligui; lib. v. cap. 3. *Etiā montis*] Cum ne in ipso quidem dorso montis Parapamisi arbores ullæ sint, ut in aliis esse montibus solent. Mallent alii legi *montium* quam *montis*; propterea quod nullius adhuc mentionem fecit.

<sup>l</sup> *Ab imo*] Sic emendatum ibat Freinshemius, cum satis videret vulgatum

illud *latere primo* vix ullum habere sensum idoneum.

<sup>m</sup> *Carinæ*] Carina trabs est navis infima, seu lignum incurvum cui latus utrumque committitur. Ab eo non solum ima pars, sed etiam tota navis, 'carina' dicitur. In carinæ modum, hoc est, in navis inversæ formam desinunt hæc barbarorum tuguria. Eundem usum apud Numidas fuisse ex Sallustio scimus de Bel. Jugurth.



feræve ullius vestigium extet. Obscura<sup>n</sup> coeli verius umbra, quam lux, nocti similis premit terram, vix ut quæ prope sunt conspici possint. 12. In hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus exercitus, quicquid malorum tolerari potest, pertulit; inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem. 13. Multos exanimavit rigor insolitus nivis: multorum adussit<sup>o</sup> pedes; plurimorum oculos.<sup>p</sup> Præcipue pernicialis fuit fatigatis: quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant; quæ cum moveri desissent, vis frigoris ita astringebat, ut rursus ad surgendum conniti non possent. 14. A commilitonibus torpentes excitabantur: neque aliud remedium erat, quam ut ingredi cogerentur. Tum demum vitali calore moto, membris aliquis redibat vigor. 15. Si qui tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt: sed tanta caligo erat, ut ædificia nulla alia res quam fumus ostenderet. 16. Illi, nunquam ante in terris suis advena viso, cum armatos repente conspicerent, exanimati metu, quicquid in tuguriis erat, afferebant: 'ut corporibus ipsorum parceretur' orantes. 17. Rex agmen

quidem. Florent. vestigium ullius. Leid. Pith. et Florent. conspici possunt.—12 Mer. solitudine destitutus.—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. 2. Pith. Fauch. et Mod. insolitos. Voss. 2. hic multorum. 'Vulgata erat: plurimorum oculis præcipue pernicialis fuit: fatigati quippe in ipso, &c. Theocr. solus legit pernicialis, et cum reliquorum plurimis [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fauch. Pith. Bong. 2. et Dan.] oculos, et [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. et Bong. 2.] fatigatis; quorum auctoritatem sequi malui.' Schmieder. Acidalius volebat: fatigatique in ipso gelu, &c. Pal. 1. omittit præcipue. Bong. 1. et Fauch. fatigatis, sed erasum est τὸ s; Gruteri codex fatigata; Dan. fatigata. Pal. 1. deficienti corpore, et mox omittit quæ; Mer. ut quæcumque moveri. Pal. 1. ita stringebat. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. contineri non possent.—14 Pith. calori vitali; pro quibus Florent. caloreto. Florent. et Pith. membris ubique; Heinsius conj. membris solitus, vel membris aliqua.—16 Pith. Illi nunquam in terris suis ante advena, &c. Pro afferebant

## NOTE

<sup>n</sup> Obscura] Etsi hæc vera esse posse scio propter ingentem forte nebularum vim aërem obducentium; proclive tamen est credere deceptum, ut diximus, a Diodoro Curtium, cum putaret tam propinquam esse regionem Arctico polo, ista de tenebris attexuisse.

<sup>o</sup> Adussit] 'Urere' et 'adurere' dicitur non solum calor, sed etiam frigus nimium. Virgæ quoque, quia inflictæ calefaciunt, et calceus qui pedem lædit, 'urere' dicuntur.

<sup>p</sup> Oculos] Propter candorem nivis, quæ, si diutius spectetur, nimia luce oculorum aciem præstringit.

circumibat pedes, jacentes quosdam erigens, et alios, cum ægre sequerentur, adminiculo corporis sui excipiens : nunc ad prima signa, nunc in medio ; nunc in ultimo agmine itineris multiplicato labore aderat. 18. Tandem ad loca cultiora perventum est, commeatuque largo recreatus exercitus : simul et, qui consequi non potuerant, in illa castra venerunt. 19. Inde agmen processit ad Caucasum<sup>9</sup> mon-

Heins. conj. *offerebant*.—17 Vulgg. *nunc in medium*, quod deest in Voss. 2. *nunc in medio* solus Theocr. idque primus recepit Schmieder. Voss. 2. *nunc ad ultima agminis*.—18 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *ad loca cultiora perventum est* ; Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *ad cultiora perventum loca est* ; Bong. *ad cultiora loca est perventum* ; Voss. 2. *ad loca ulteriora perventum est*. Bong. 2. *commeatuque largo*. Edd. vett. *non poterant*.—19 Fauch. *processit Cau-*

## NOTÆ

<sup>9</sup> *Caucasum*] Parapamisum intellige, quem Macedones Alexandro militantes Caucasum appellabant ; studio, ut fertur, Alexandri res gestas amplificandi, quasi Cancasum continuata victoria Alexander superasset. Ita Arrianus lib. v. Vide quantum aberrant, qui 'Caucasum in montes Indicos eisque vicinum mare transtulerunt a montibus qui supra Colchidem et Euxinum mare siti sunt, amplius triginta stadiorum millibus (hoc est 3750. milliariibus) ab India distantes.' Verba sunt Strabonis lib. xi. 'Fuit sane gloriosius,' addit idem scriptor, 'Alexandrum usque ad Indicos montes quam usque ad Intimum Euxini sinum et Caucasum subegisse Asiam : sed gloria montis (Caucasi) nomenque, et quod Jason cum suis longissimam creditus est expeditionem fecisse, progressus usque ad Caucasum vicina loca ; quodque traditum fuit Prometheus in extremis terræ finibus ad Caucasum fuisse alligatum ; hæc, inquam, fecerunt ut gratiam regis se inituros putarent, si nomen Caucasi in Indiam transferrent.' Eadem in Iaxarte fluvio commissa fraus est, ex quo Tanaim fecere ; cum non minus ab invicem dis-

tent quam Caucasus et Parapamisus. Atque hactenus quidem tolerabilis Græculorum vanitas foret, nisi nomen illa communicatio infinitos deinde errores peperisset. Nam posteriori scriptores cum de vero Caucaso veroque Tanai hæc dicta acceperant ; quæcumque alterutri sive monti sive fluvio propria erant, ea in unum contulerunt : quod noster Inprimis fecit Curtius, multos inde in errores præterea ductus. Quæ enim de Alexandri transitu prodit, deque rupe stadiorum decem, &c. ad Caucasum pertinent Indicum sive Parapamisum. Quæ vero de Caspio freto, de Araxe, de Cilicia, de Armeniæ montibus, de Pontico mari, de Scythiæ desertis, deque Prometheo at texnit ; ea Scythicum proprie Caucasum, qui vernus est, spectant. Caucasus porro Scythica lingua *Craucanus* appellatus est, quasi 'nive candidus,' teste Plinio lib. vi. cap. 17. Parapamisum vero alii 'Paropamisum,' 'Paropamisum,' 'Paropani-sum' vocabunt. Apud Aristotelem vero 'Parnasus' legitur ; apud Dionysium nunc 'Parpessus' sive 'Parnessus,' nunc 'Parpanisus.'

tem, cujus dorsum Asiam perpetuo jugo dividit: hinc simul, quod Ciliciam subit, illinc Caspium fretum et amnem Araxem<sup>r</sup> aliaque regionis Scythiæ deserta spectat. 20. Taurus<sup>s</sup> secundæ magnitudinis mons committitur Caucaso, a Cappadocia<sup>t</sup> se attollens Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jungitur. 21. Sic inter se [tot] jуга velut serie cohærentia perpetuum habent dorsum, ex quo Asiæ omnia fere flumina, alia in Rubrum, alia in Caspium<sup>u</sup> mare, alia

~~~~~

casum, omisso ad. Florent. hunc simul. Pal. 1. Caspia. Pro aliaque, quod habent Florent. Leid. et Voss. 1. 2. et aliaque habent Dan. et Pall. 1. 2. Schmiedler. legendum putavit et alia parte.—20 Voss. 2. Ciliciam præfert.—21 Florent. Leid. Voss. 2. Bong. et Dan. omittunt tot ante jуга. Pal. 1. si die pro serie. Voss. 1. pertuum h. dorsum. Voss. 2. et Mer. omittunt mare

#### NOTÆ

<sup>r</sup> Araxem] Multi memorantur hujus nominis fluvii, quorum hic longe celeberrimus, ex Abo sive Paryedro Armeniæ monte oritur pariter ut Euphrates; cui oppositus Ortum petit; et Atropatiam Mediæ partem ab Armenia dividens, multis ostiis Caspium mare ingreditur. Hodieque Aras dicitur, parum immutato nomine. Quod si Araxes ille Græcis celebratus, Oxus est, ut Vossio videtur in Melæ citatum locum; hic Caucaso Indico propinquus dici posset. De Scythia cap. 7.

<sup>s</sup> Taurus] Et vera dicit Curtius, et fallitur tamen. Etsi enim utrique Caucaso mons Taurus committitur, Strabone, Solino, Arriano, Mela, aliisque testibus; vel potius duæ sunt unius montis partes, ut infra dicemus; tamen dubium non est quin ista Curtii proprie Scythico Caucaso conveniant, quæ ille ad Indicum transtulit. 'Tauri' porro nomen huic monti inditum est, quod, ut ait Eustathius, veteres grandia omnia et robusta sic vocare consueverant. Est enim maximus totius Asiæ mons quam perpetuo jugo ab occasu in ortum dividit; unde nata veterum Geographorum divisio

Asiæ 'intra' et 'extra Taurum.'

<sup>t</sup> A Cappadocia] Ejus initium alibi ab aliis accipitur. Arrianus lib. v. a Mycale qui mons est Ioniæ Samo insulæ oppositus: Strabo et Dionysius a continente Rhodo opposita inter Lyciam et Cariam; Ptolemæus a Pamphylia finibus prope Phaselidem: Mela ad Siden ejusdem Pamphylia oppidum versus Ciliciam, &c. Nempe ut ejusdem fluvii plures esse fontes possunt, sic ejusdem Tauri varia ponuntur exordia, quot scilicet promontorii in mare excurrit. Inde in Orientalem usque Oceanum Sinarum desinit promontorio quod 'Tamos' vetustis dicebatur, sive 'Tamaros.' De variis Tauri partibus atque nominibus vendendi in primis Strabo lib. xi. ac xiv. Mela lib. iiii. Arrianus lib. v. Solinus cap. 41.

<sup>u</sup> Alia in Caspium] De Rubro mari dicendi locus erit lib. viii. cap. 9. Hic vero ferme nescias quid de Caspio, Hyrcano, Ponticoque sentiat Curtius. Minus enim Ponticum ab Hyrcano, quam istud a Caspio, certe non magis, videtur distinguere. Nempe, quod supra diximus lib. vi. cap. 4. 5. Caspium cum Euxino sive Pontico

in Hyrcanum et Ponticum decidunt. 22. xvii. dierum spatium Caucasum superavit exercitus. Rupes<sup>v</sup> in eo x. in circuitu stadia complectitur, quatuor in altitudinem excedit, in qua 'vinctum Promethea<sup>v</sup> fuisse' antiquitas tradit. 23. Condendæ in radicibus montis urbi sedes electa est. vii. millibus seniorum Macedonum et præterea militibus, quorum opera uti desisset, permissum, in novam urbem considerare. Hanc quoque 'Alexandriam'<sup>2</sup> incolæ appellaverunt.

iv. 1. At Bessus, Alexandri celeritate<sup>a</sup> perterritus, Diis

~~~~~  
post Caspium. Leid. Voss. 1. et Bong. Hyrcanum. Voss. 2. ac Ponticum.— 22 Voss. 1. Quindecim dierum. Mer. Rupes in eo X. circumitu. Voss. 2. in altitudine; Pith. in altitudinem procedit. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. in quo. Voss. 2. Promethea.— 23 Voss. 1. 2. et Mer. omittunt millibus, pro quo Fauch. milibus; Ald. millia. Pith. servorum Macedonum, quod verum putat Freinshemius. Voss. 2. uti dedisset. Voss. 1. Alexandream.

#### NOTÆ

confudit: cujus erroris ea videtur origo extitisse, quod unicum ex duobus Caucasum, unum quoque ex duobus Tanaim fecerit: quare cum alii Caspio, alii Pontico Mari misceri Tanaim, per Mæotim videlicet, scriberent; consequens erat ut ex duplici quoque mari unicum efficeret. Quod ego de Curtii mente verisimilins dici puto, si constat ipse sibi, quam, quod alii putant, Caspium ab illo et Hyrcanum penitus distingui, ut ipse quibusdam visum esse dixerat lib. vi. cap. 4. Ibi enim satis aperte sentire videtur unicum esse.

<sup>v</sup> *Rupes*] De rupe quoque illa, sive potius de specu intra rupem meminit apud Arrianum Eratosthenes et commentum irridet. *Decem stadia*] Mille ducentos quinquaginta passus. *Quatuor*] Quingentos passus. De montium altitudine docte fuseque disputat Vossius in Melam lib. ii. cap. 2.

<sup>v</sup> *Promethea*] Prometheum Græci faciunt Japeti filium, Deucalionis patrem: cujus de crimine ac pœna notæ sunt Græcorum fabulæ. Quid autem

his veri subest, docebunt Servius in Virg. Eclog. vi. Natalis Comes lib. iv. cap. 6. Goropius Becanus in Indoscythiis: qui has ad Indicum Caucasum refert, cum reliqui ferme de Scythico intelligant.

<sup>2</sup> *Alexandriam*] Qui in Caucaso concepti sunt, ac de vero capienda existimarunt hæc omnia quæ Alexander narratur ad Caucasum gessisse, ii hanc Alexandriam ad Scythicum Caucasum transtulerunt; eodemque errore Ptolemæus ultra hunc Alexandri columnas posuit, quas ultra Indicum fuisse excitatas disputat Salmasius ad Solini cap. 38. et aperte demonstrat Dionysius Perieg. v. 1162.

<sup>a</sup> *Celeritate*] Etsi non diffiteor magnam fuisse Alexandri in Besso persequendo celeritatem, ut in tota Asiatice expeditione; illud tamen mirum videri potest quamobrem ex Hyrcania tam longo terrarum circuitu per Ariam, Drangianam, Arachosiam, Parapamisadas, &c. in Bactrianam contenderit: quam rectiore ac multis partibus breviori, (nisi nos Geogra-

patriis sacrificio rite facto, sicut illis gentibus mos est, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de bello consultabat. 2. Graves mero 'suas vires' extollere: 'hostium' nunc 'temeritatem,' nunc 'paucitatem' spernere: 3. præcipue Bessus, ferox verbis et parto per scelus regno superbus, ac vix potens mentis, dicere: 4. 'Socordia Darii crevisse hostium famam: occurrisset enim in Ciliciæ angustissimis faucibus; cum retrocedendo<sup>b</sup> posset perducere incautos in loca, naturæ situ invia, tot fluminibus objectis, tot montium latebris, inter quas deprehensus hostis ne fugæ quidem, nedum resistendi occasionem fuerit habiturus. 5. Sibi placere in Sogdianos<sup>c</sup> recedere, Oxum amnem velut murum objecturum hosti; dum ex finitimis gentibus valida auxilia concurrerent. 6. Venturos autem Chorasmios et Dahas Sacasque, et Indos, et ultra Tanaim amnem colentes Scythas; quorum neminem adeo humilem esse, ut hu-



1 Leid. et Voss. 1. *Dis patriis*. Voss. 2. *facto rite*. Mer. *copia inter epulas*. —2 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *spernere incipiunt*. —3 Pal. 1. omittit et ante parto. Voss. 1. *hac vis potens*; Voss. 2. *ac vix compos*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *dicere orditur*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Mer. *secordia*; Bong. 1. *sicordia*, supraser. o. Pal. 1. *cernisse pro crevisse*. Pro *hostium famam* Cellar. conj. *hostium fortunam*; Heinsius *hosti vim ac famam*. —4 Voss. 2. omittit enim, et mox posset. Pro *situ*, Florent. Leid. Bong. 2. et Voss. 1. *sit aut*; et ita Dan. sed correctum *sita aut*, ut in Pith. Fauch. et Voss. 2. *sita ut* Bong. 1. *situ munita aut* Mer. *natura et situ invia* in ceteris. Voss. 2. omittit *quas ante deprehensus*; Voss. 1. *deprehensus*. —5 Leid. *Placere sibi*; Bong. 1. *Si placere*, appicto supra lin. t, ut sit *placeret*. Dan. cum rasura *Exum amnem*; Bong. 1. et Pith. *exin amnem*; Bong. 2. Fauch. Voss. 1. Florent. et Leid. *Exum amnem*; Mer. *Oxium amnem*; Heinsius legi jubet: *Oxon amnem*. Hæc verba desunt in Voss. 2. Mox Voss. 1. omittit *murum*. —6 Florent. *Choramos*; Voss. 2. et al. *Coramos*. Florent. Leid. Pith. Fauch. et Dan. *Deas*; Voss. 1. *Dasas*; Voss. 2. *Adeas*; Bong. 1. *Dahos*; Bong. 2. *Das*, ducta per litteram D lineola; Mer. *Daces*; Bas. et Col. *Dacas*. Pal. 1. *Sahasque*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Mer. et Col. *Sagasque*; Voss. 2. *Saghasque*. In quibusdam desunt: et *ultra*. Voss. 1. *ideo humilem*. Leid.

#### NOTÆ

phorum tabulæ fallunt,) forsán etiám faciliore via petere potuit. Sed snb-acta nimirum omnia pacataque prius voluit, quam Bactra adiret, ne quid illis ab partibus moveretur.

<sup>b</sup> Cum retrocedendo] Ita quidem ut faceret, magnopere suadebant Græci

auxiliares, lib. III. cap. 8.

<sup>c</sup> Sogdianos] Sogdiana ultra Bactrianam et Oxum amnem erat. De Sogdiana inferius, cap. 10. De Oxo, cap. 6. Chorasmii lib. VIII. cap. 1. Dahæ ibid. Sacæ lib. VIII. cap. 4. Indi lib. VIII. c. 9. Tanais infra, cap. 7.

meri ejus non possent Macedonis militis verticem æquare.' 7. Conclamant temulenti, 'unam hanc sententiam salubrem esse:' et Bessus 'circumferri merum largius' jubet, debellaturus super mensam Alexandrum. 8. Erat in eo convivio Cobares,<sup>d</sup> natione Medus, sed magicæ artis (si modo ars est, non vanissimi cujusque ludibrium<sup>e</sup>) magis professione, quam scientia celebrer; alioquin moderatus et probus. 9. Is cum præfatus esset, 'scire servo utilius parere dicto, quam afferre consilium; cum illos, qui pareant, idem quod ceteros maneat: qui vero suadeant, proprium<sup>e</sup> periculum:' \* poculum<sup>f</sup> ei, quod habebat in manu, tradidit, quo accepto Cobares: 10. 'Natura,' inquit, 'mortalium hoc quoque nomine prava et sinistra dici potest; quod in suo quisque negotio hebetior est, quam in alieno: turbida sunt consilia eorum, qui sibi suadent: 11. obstat metus; aliis cupiditas; nonnunquam naturalis eorum, quæ excogi-

\* Potiusquam mendacissimi cujusque fallaciu.

umeri ejus. Pal. 1. omittit non possent.—7 Mod. Lugd. et Amst. omittunt unam; Voss. 1. salubrem sententiam unam hanc. Florent. et Pith. debellaturis. Vulgg. ante Freinsh. super mensa; Dan. Voss. 1. Florent. Pal. 1. Frob. Col. Bas. et Mer. super mensam. Voss. 1. Alexandrum versiculum.—8 Pith. Erat in eo concilio Chobares; Freinsh. conj. Cebares. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. sedus pro Medus. Pal. 1. non vanissimum. Voss. 2. magis profexione. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. alioqui; Bong. 1. aliquo; Florent. Dan. et Bong. 1. moderatus.—9 Edd. vett. nonnullæ et Voss. 2. scire se utilius, &c. Florent. Leid. Voss. 1. Elz. Mod. aliæ: scire servo esse utilius; Voss. 2. Frob. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. non agnoscunt rō esse. Heins. conj. scire se servo, &c. Voss. 1. parare dicto. Pal. 1. cum illis. Voss. 2. idem ceteros, omisso quod. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. proprium sibi. Voss. 1. et Bong. omittunt poculum; Bong. 2. id ascriptum habet in margine. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Col. Mer. et Bas. etiam pro ei; Dan. et Pal. 1. etiam ei. In Pal. hic est interstitium majus, quam quod explere queat vox poculum, quæ solum deest. Vide Not. Var. Pith. habent in manu. Voss. 1. et Pith. Chobares.—10 Ald. parva pro prava. Vulgg. ante Freinsh. turbida facta; codd. vero Bong. ut in textu.—11 Vulgg. ante Freinsh. aliis metus; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Cobares] Bagodarum appellat Dioscorus. Medus] Media lib. v. cap. 7.

<sup>e</sup> Proprium] Non solum enim communis calamitate, si qua incidit, involvuntur; sed etiam, quia ejus anetores habentur, tota ipsis imputatur.

<sup>f</sup> Poculum] Quia mos erat veterum, ut qui convivas alloqueretur, calicem manu teneret; idcirco Bessus poculum Cobari tradidit, ut dicere volenti auscultaretur.

taveris, amor: nam in te superbia non cadit: expertus es, unumquemque, quod ipse repererit, aut solum aut optimum ducere. 12. Magnum onus sustines capite, regium insigne: hoc aut moderate perferendum est, aut, quod abominor,<sup>a</sup> in te ruet: consilio, non impetu opus est.' 13. Adjicit deinde, quod apud Bactrianos vulgo usurpabant: 'canem timidum<sup>b</sup> vehementius latrare, quam mordere: altissima quæque flumina minimo sono labi.' Quæ inserui, ut, qualiscumque inter barbaros potuit esse prudentia, traderetur. 14. In his audientium suspensam dederat expectationem sui. Tum consilium aperit, utilius Besso, quam gratius. 'In vestibulo,' inquit, 'regiæ tuæ velocissimus consistit rex. Ante ille agmen, quam tu mensam istam movebis. 15. Nunc ab Tanai exercitum arcesses, et armis flumina oppones: scilicet qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest! iter utrique commune est; victori tutius. Licet strenuum metum putes esse; velocior tamen



Gryph. et Mer. *metus*; aliis, &c. Edd. ante Schmieder. omnes: *quæ cogitaveris*; Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *quæ excogitaveris*. Voss. 2. *expertum eos*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *utramque pro unumquemque*; Voss. 2. Pith. Fauch. et Mer. *utrumque*; Dan. et Pal. 1. *utramque*, sed *supra*scr. *u*, ut sit *utrumque*. Heinsius conj. *usu namque*. Florent. Leid. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *ipse repereris*; Voss. 2. *ipse repetat solum*, omisso *aut*. Pal. 1. *optimum dicere*.—12 Pal. 1. *onus sustines*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Mer. *regum insigne*. Voss. 2. omittit: *hoc aut m. p. est*.—13 Leid. et Voss. 1. *Adjicit*; Voss. 2. *Adjecit*. 'Ex glossa hæc esse videntur: *apud Bactrianos*.' Schmieder. Voss. 2. *quoque f. minori*. Pal. 1. *esse prudentiæ*.—14 Florent. et Mod. *suspenderat expectationem sui*; Leid. et Voss. 1. 2. *expectatione spem dederat*; Dan. *suspenderat expectationem sui*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. ut in textu. 'Hæc cum non Latina videantur, præplacet emendatio Acidalio-Freinshemiana: *ut his audientes suspenderat expectatione sui, tum consilium aperit*.' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Elz. *consistat rex*; Ald. Frob. Bas. Col. et Mer. *constat rex*; Voss. 2. *constiterit rex*; Dan. *consistat rex*, et *superscr. i*, ut sit *consistit*; Pal. 1. *consistet rex*.—15 Nonnulli *arcesses*. Mod. Amst. et Lugd. omittunt *et armis*, pro quo Heins. conj. *et armatis*. Florent. *victori totus*;

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Abominor*] 'Ominari' præsentire est, ac prædicere: 'abominari,' rem funestam, ne eveniat, aversari ac deprecari.

<sup>b</sup> *Canem timidum*] Stultam Bessi arrogantiam suggillat, qui multa mi-

netur pauca facturus. Eodem pertinet quod addit de fluminibus: Bessi loquacitatem altissimorum fluminum silentio opponit, et cum rivalis comparat minimeque profundis amnibus strepitu decurrentibus.

spes est. 16. Quin validioris occupas gratiam,<sup>1</sup> dedisque te, utcumque<sup>1</sup> cesserit, meliorem fortunam deditus, quam hostis habiturus? Alienum habes regnum, quo facilius eo careas: 17. incipies forsitan justus esse rex, cum ipse fecerit, qui tibi et dare potest regnum et eripere. 18. Consilium habes fidele, quod diutius exequi supervacuum est.<sup>2</sup> Nobilis equus umbra quoque virgæ regitur: ignavus ne calcari quidem concitari potest.<sup>3</sup> 19. Bessus, et ingenio et multo mero ferox, adeo exarsit, ut vix ab amicis, quo minus occideret eum, (nam strinxerat quoque acinacem,) contineretur. Certe e convivio prosilivit haud quaquam potens mentis. 20. Cobares, inter tumultum elapsus, ad Alexandrum transfugit. VIII. millia Bactrianorum habebat armata Bessus, quæ, quamdiu propter cœli intemperiem<sup>4</sup> Indiam potius Macedonas petituos crediderant, obedienter imperata fecerunt: postquam adventare Alexandrum comperitum est, in suos quisque vicos dilapsi, Bessum reliquerunt. 21. Ille cum clientium<sup>5</sup> manu, qui non mutaverant

<sup>1</sup> Cur non ultro expetis amicitium Alexandri potentioris.

<sup>2</sup> Quod pluribus verbis inculcare inutile foret.

\*\*\*\*\*

Voss. 1. v. totius.—16 Voss. 2. omittit esse post putes.—16 Voss. 1. occupas gratia. Florent. Voss. 1. Bong. et Dan. habituros; Bong. 1. habiturus, a m. sec.—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. 2. incipiens; vulgg. ante Freinsh. incipiet; Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Bas. Frob. Lugd. Amst. et recentt. incipies. Mod. Amst. et aliæ quædam vet. omittunt forsitan. Voss. 2. cum ipse feceris.—18 Idem codex ignarus pro ignavus. Mer. ne calcaribus.—19 Florent. Voss. 1. Dan. Bong. 2. et Pith. vis pro vix. Dan. occederet eum. Mer. nam astrinxerat. Voss. 2. acinatem, contineretur; Mod. ex ingenio: acinacem, vi contineretur. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. et Mer. Certe convivio; Fauch. Convivio certe; Voss. 2. Certe consilio. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Frob. Lugd. et Amst. prosiluit.—20 Leid. oboedienter. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. posteaquam; Mod. at postquam. Voss. 2. delapsi. Pal. 1. bellum pro Bessum; Bas. Mer. Col. et Ald. Bessum liquerunt.—21 Voss. 2. et al. clientum manu. Dan. Ox amne; Ald. Oxum amne; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Modiani, Bong. et Mer. mox amne. Bong. ne isdem

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Utcumque] Quomodocumque res eveniat, meliorem fortunam experturus si te Alexandro summisseris, quam si resistere pergas.

<sup>2</sup> Intemperiem] Qualis est in Bactriana et vicinis, per quas adenda erat, regionibus ac montibus: cum in

India multo sit aer temperator.

<sup>3</sup> Clientium] 'Clientes' dicebantur qui magnatum ac principum virorum, quos patronos legerant, se suæque omnia tutelæ committebant, addicebantque fortunæ, seu prosperam sive adversam secuturi: a quibus vicis-



fidem, Oxo<sup>1</sup> amne superato, exustisque navigiis, quibus transierat, ne iisdem hostis uteretur, novas copias in Sogdianis contrahebat. 22. Alexander Caucasum quidem, ut supra dictum est, transierat; sed inopia frumenti prope ad famem ventum erat. 23. Succo ex sesama<sup>m</sup> expresso, haud secus quam oleo artus perungebant. Sed hujus succi ducenis quadragenis denariis<sup>n</sup> amphoræ singulæ; mellis denariis trecentis nonagenis; trecentis vini aestimabantur; tritici nihil aut admodum exiguum reperiebatur. 24. 'Siros'<sup>o</sup> vocabant barbari: quos ita solerter abscondunt, ut, nisi qui defoderunt, invenire non possint. In iis conditæ fruges erant. In quarum penuria milites fluviatili pisce et herbis sustinebantur. 25. Jamque hæc ipsa alimenta defecerant, cum jumenta, quibus onera portabant, cædere jussi sunt: horum carne, dum in Bactrianos perventum,

*hostis.*—22 Pal. 1. *sed inopiam*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fanch. Bong. 2. et Mer. *quoque prope ad famem*; Bong. 1. *quippe prope ad famem*; Pith. *quoque ad famem prope*; Florent. omittit *ad*, probante Schmieder. Ald. cum uno codice: *ad famem*.—23 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Succo ex sesamo*, et corr. *sesamo* in Dan. *Succo ex sisano* Voss. 2. *Succo ex Sesema* Bong. 1. 2. *succo ex sinena* Pal. 1. et Col. *succo ex sesana* Amst. *Succo ex sisama* Mer. et Bas. *artus oleo* Voss. 2. *perungebat* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. *amph. sing. den. amph. sing. mel. denariis* in Pith. in Dan. vero hæc supplentur ab alia manu. Voss. 2. CCCXCCCC. *denariis*; Florent. Leid. Voss. 1. *denariis trecentis CCCXCCCC*; Ald. *denariis t. XCCCC*; Fauch. *d. t. decem quadrungentis*; Bong. 2. *d. t. X. CCCC*; Bong. 1. *d. t. XCXXXX*. Voss. 2. *estimabatur*; Mer. *aestimabatur*.—24 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Bas. et Col. *Syros*; Voss. 2. *Siles*, et pro v. l. *Sisenes*; Ald. *Sirrhos*. Voss. 1. *inveniri*. Florent. et Voss. 2. *possunt*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. *In his*.—25 Voss. 1. *onera portabant*. Voss. 2. *c. nisi sunt*; Voss. 1.

## NOTÆ

sim omni ope defendi consueverant. habere clientelas, tam turpe ducebatur, si quis clientes suos proderet aut desereret.

<sup>1</sup> Oxo] Oxus fluvius infra, cap. 5. Sogdiana, cap. 10.

<sup>m</sup> Sesama] Alias *sesamum*, quod a Columella leguminibus, a Plinio frumentis æstivis annumeratur, l. xviii. cap. 10. Cujus varias proprietates ususque ibidem describit, et lib. xxii. cap. 24. Italica *jugiolina* vocari dicitur: Gallicus Interpretes reddidit Se-

same. A Theophrasto sic describitur: 'Provenit caule milio simili, crassiore tamen ac altiore, foliis rubentibus, flore viridi herbaceo, semine vasculis incluso, papaveris modo, ex quo oleum exprimitur.'

<sup>n</sup> Denariis] Denarius quid sit, et quam monetæ Francicæ hodiernæ summam efficeret, dictum lib. v. cap. 1.

<sup>o</sup> Siros] Sic vocant subterranea frugum conditoria non illi solum barbari, sed etiam Thracæ et Cappadoces. Alii *Syros*, alii *Sirros* scripsere.

traxere vitam. 26. Bactrianæ<sup>p</sup> terræ multiplex et varia natura est: alibi multa arbor et vitis largos mitesque fructus alit: solum pingue crebri fontes rigant: quæ mitiora sunt, frumento conseruntur, cetera armentorum pabulo cedunt. 27. Magnam deinde partem ejusdem terræ steriles arenæ tenent: squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit: cum vero venti a Pontico<sup>q</sup> mari spirant, quicquid sabuli in campis jacet, converrunt. Quod ubi cumulatum est, magnorum collium procul species est, omniaque pristini itineris vestigia intereunt. 28. Itaque qui transeunt campos, navigantium<sup>r</sup> modo noctu sidera observant, ad quorum cursum iter dirigunt, et propemodum clarius est<sup>s</sup> noctis umbra, quam lux: 29. ergo interdiu invia est regio, quia nec vestigium, quod sequantur, inveniunt, et nitor

*cedere jussi sunt.* Voss. 2. *extrahere vitam.*—26 Pal. 1. *ex varia.* Voss. 2. *largos multosque.* Dan. *solum pingue.* Voss. 2. *pabulo cedunt;* Ald. *pabulo cædunt.*—27 Florent. et Leid. *steriles arenæ.* Voss. 2. *nec frugem.* Florent. Leid. Voss. 1. Pith. et Mer. *pabuli in campis;* Voss. 2. et Bong. *pulveris in campis.* Voss. 2. et Pal. 1. *convehunt;* Mer. et Bas. *convertunt.* Bong. 1. *Quod illic.* Florent. *comulatum.* Pal. 1. *omittit procul.* Dan. et Pal. 1. *omnique.* Voss. 2. *vestigia percunt.*—28 Voss. 2. *Itaque per transeunt,* et mox *motu* pro noctu, quod deest in Pith. *carius est* Voss. 1.—29 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *ergo in die;* Bong. 1. *ergo indix,* et post primam syll. *supra*scr. *t* *litera* cum alia insuper lineola per ipsam ducta. Leid. et Voss. 1. *quia qui nec;* Bong. 2. *qui nec;* sed in Bong. 1. *qui exscalpt.* Ald. *quia a mari.* Pal. 1.

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Bactriana]* A Bactris urbe regia sive a Bactro fluvio nomen accepit Bactriana regio, cujus termini erant ab Occasu Margiana; a Meridie Aria, et Parapamisus; ab Ortu Indiæ pars; a Septemtrione Oxus fluvius Sogdianam a Bactriana dirimens. Quamquam Bactriana, cum latius dicitur, Sogdianam quoque continet. Hodie pars est regionis quam appellarunt *Chorasan*.

<sup>q</sup> *Pontico]* Caspium sive Hyrcanum intellige, quocum Euxinum confundit, ut diximus cap. 3. Etsi utrumque verum est, ventos qui ab Hyrcano Mari Bactrianam perflant, eosdem a Pontico etiam spirare.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>r</sup> *Navigantium]* Simile quiddam de Libya dixerat lib. iv. cap. 7. multoque expressius Arrianus lib. iii. ubi Alexandri iter ad Hammonem describit. Item Plutarchus in Alex.

<sup>s</sup> *Clarius est]* Quid ita? nam sive noctu quoque venti spirant, næ facilius modicum lunæ aut stellarum fulgorem obscurabant arenæ ventis effusæ, quam diurnam solis lucem: sive nulli spirant venti, quid est quo diurnam lucem noctis umbra vincere queat? Sic igitur accipiendum putem, ut non major quidem illa sit noctis quam diei lux, sed viatoribus opportunior, quia noctu stellas observare possunt, quarum aspectu iter

*Q. Curt.*

2 L

siderum<sup>1</sup> caligine absconditur. Ceterum si quos ille ven-  
tus, qui a mari exoritur, deprehendit, arena obruit. 30. Sed  
qua mitior terra est, ingens hominum equorumque multi-  
tudo gignitur. [Itaque Bactriani equites xxx. millia ex-  
pleverant.] 31. Ipsa Bactra,<sup>2</sup> regionis ejus caput, sita sunt  
sub monte Parapamiso.<sup>3</sup> Bactrus amnis præterit mœnia :  
is urbi et regioni dedit nomen. 32. Hic regi<sup>4</sup> stativa ha-  
benti nuntiatur ex Græcia 'Peloponnensium Laconumque  
defectio:' nondum enim victi erant, cum proficiscerentur  
tumultus ejus principia nuntiaturi: et alius præsens terror  
affertur, 'Scythas, qui ultra Tanain amnem colunt, adven-  
tare Besso ferentes opem.' Eodem tempore, 'quæ in  
gente Ariorum<sup>5</sup> Caranus et Erigyus gesserant,' perferun-

*harene obruit; Mer. Bas. et Amst. harena obruit.—30 Pal. 1. Sed quia minor.*  
'Ex glossa hæc esse, Itaque B. c. XXX. m. e. recte notarent Modius et  
Freinshemius.' *Schmieder.*—31 Pith. sita est; in Fauch. exscalptum sunt.  
Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Parapaniso boctrus*; Ald. *Parapanis Bactrus*;  
Bong. Pal. 1. Dan. et Mer. *Parapanis Oboctrus Bactrus*; Amst. *Parapamiso*  
*Bactrus*; Bas. et Col. *Paropamiso Bactrus*.—32 Florent. Leid. Voss. 1. Dan.  
et Bong. *Peloponnensiorum*; Frob. Bas. et Lugd. *Peloponnensium*. Florent.  
Voss. 1. et Dan. *ferentis opem*. Pal. 1. *quæ vigente*; Ald. *quæ ingente*. Flo-  
rent. et Leid. *Arionum Caurarus et Eriguus*; Voss. 1. *Alionum Caunarus et Eri-*  
*guus*; Voss. 2. *Arionum Catarus et Eriguus*; Ald. *Ariorum Caramus et Erigyus*;  
Dan. et Pal. 1. *Arionum Caurans et Eriguus*; Bong. 2. *Alionum Caurarus et*  
*Eryguus*; Bong. 1. Pith. et Fauch. *Arionum Caucarus et Eriguus*; Mer. Bas.

## NOTÆ

regant, interdiu non possunt.

<sup>1</sup> *Siderum*] Quorumnam autem si-  
derum? an eorum quibus noctu iter  
regitur? at hæc de die non caligine,  
sed solis nimirum luce occultantur.  
*Siderum* ergo per syllepsim positum  
oportet pro 'sideris,' solis videlicet;  
nisi Curtium volumus parum consen-  
tanea tum rationi, tum vero sibi ipsi  
dixisse, qui infra de re simili scribat:  
'Caligo immodico terræ fervore ex-  
citata lucem (diurnam) tegit.' Nam  
quod Gallicus Interpres sic explicat  
quasi has nebulas venti excitent, hoc  
nescio quam verum sit; huic certe  
loco aptari non posse video, ubi pla-  
num est de illo tempore sermonem

esse cum venti quieverunt.

<sup>2</sup> *Bactra*] Huic urbi nomen quoque  
fuit 'Zariaspa,' si Straboni credimus  
lib. xi. in Bactr. Quare emendandum  
illud Plinii lib. vi. cap. 23. 'Prophta-  
sia oppidum Zarasparum;' ac legen-  
dum 'Ariasparum,' ut vult Freinshe-  
mius, vel 'Agriasparum,' de quibus  
supra, cap. 3. *Bactrus*] Hic Ptole-  
mæi videtur esse 'Dargidus.'

<sup>3</sup> *Parapaniso*] Sic vere appellat  
quem supra communi errore decep-  
tus Caucasum dixerat, cap. 3.

<sup>4</sup> *Hic regi*] Vide quæ notavimus  
ad lib. vi. cap. 3. De ipsa vero de-  
fectione actum initio libri ejusdem.

<sup>5</sup> *In gente Ariorum*] Hi enim auc-

tur. 33. Commissum erat prælium inter Macedones Ariosque. Transfuga Satibarzanes barbaris præerat; qui cum pugnam segnem utrimque æquis viribus stare vidisset, in primos ordines adequitavit, demtaque galea, inhibitis, qui tela jaciebant, si quis 'viritim dimicare vellet,' provocavit ad pugnam, 'nudum se caput in certamine habiturum.' 34. Non tulit ferociam barbari dux exercitus Erigyus, gravis quidem ætate, sed et animi et corporis robore nulli juvenum postferendus. Is galea demta caniciem ostentans, 'Venit,' inquit, 'dies, quo aut victoria, aut morte honestissima, quales amicos' et milites Alexander habeat, ostendam.' Nec plura elocutus equum in hostem egit. 35. Crederes imperatum, ut acies utræque tela cohiberent: protinus certe recesserunt dato libero spatio; intenti in eventum, non duorum modo, sed etiam suæ sortis, quippe alienum<sup>a</sup> discrimen secuturi.<sup>4</sup> 36. Prior barbarus emisit hastam, quam Erigyus modica capitis declinatione vitavit. At ipse infestam<sup>a</sup> sarissam, equo calcaribus concito, in me-

<sup>4</sup> *Intuentes quis foret exitus fortunæ non suorum solum ducum, sed etiam suæ universorum, quia ducis quique sortem participaturi erant.*

~~~~~

et Col. *Ariorum Caucasus et Erignus*.—33 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Ariosque transfugas Artibazes*; Voss. 2. *Ar. q. transfuga Artibates*; Ald. *Ariosque transfugas Satib*. Bong. 2. *Ariosque transfugas Artibazes*; Bong. 1. *Ariosque transfugas Satib*. Voss. 2. *barbarus erat, q. c. segnem pugnam*. Voss. 1. *si quis virum*.—34 Pal. 1. *Non tulit superbiam*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Mer. Bas. Col. Ald. et Frob. *illius exercitus, omisso Erigyus*. Voss. 2. *sed animi, omisso et, et mox habet, nulli non juvenum*; Florent. *nulli juvenem*. Voss. 2. *præferendus*. Voss. 1. *aut mortem*. Mox Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. *agit pro egit*; Mer. *agit*.—35 Elz. et al. *certe cesserunt*. Pro duorum Freinsh. conj. *ducum*. Voss. 1. *sed e. suæ hostis*.—36 Amst. omittit Prior. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Erignus*; Col. *Erignus*; vulgg. ante Freinsh. *Erigyus*. Pal. 1. *capitis d. evitavit*. Voss. 1. 2. et Bong. *Atque*

#### NOTE

tores Satibarzane rebellarant, supra cap. 3. ubi de Ariis fuisse disputavimus.

<sup>a</sup> *Quales amicos*] Erat enim ex amicis, non tantum ex sociis; ex quo Arriani Interpretem corrigit Freinsheimus, qui hoc loco ex τῶν ἑταίρων fecit sociorum, cum amicorum dicere de-

buisse; quod aliis quoque locis peccatum ab eo est.

<sup>a</sup> *Quippe alienum*] Quia sui quisque ducis sortem secuturus erat exercitus; victor, cujus dux vinceret; victus, cujus vinceretur.

<sup>a</sup> *Infestam*] 'Infesta' lancea, hasta, gladius, et quodcumque telum dici-

dio barbari gutture ita fixit, ut per cervicem emineret.\* 37. Præcipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat. Sed ille extractam ex vulnere hastam rursus in os dirigit. Satibarzanes hastam manu complexus, quo maturius interiret, ictum hostis adjuvit: 38. et barbari, duce amisso, quem magis necessitate, quam sponte secuti erant, tunc haud immemores meritorum Alexandri, arma Erigyio tradunt. 39. Rex his quidem lætus, de Spartanis haud quamquam securus, magno tamen animo defectionem eorum tulit; dicens, 'non ante ausos consilia nudare, quam ipsum ad fines Indiæ pervenisse cognovissent.' 40. Ipse Bessum persequens copias movit: cui Erigyus spolia barbari, ceu opimum<sup>b</sup> belli decus, præferens occurrit.

v. 1. Igitur Bactrianorum regione Artabazo tradita, sarcinas et impedimenta ibi cum præsidio reliquit. Ipse cum expedito agmine loca deserta Sogdianorum<sup>a</sup> intrat, noc-

\* *Ut trans collum extaret hasta.*

~~~~~

*ipse.* Pal. 1. *concitato in m. b. g. i. fixerit.*—37 Voss. 2. omittit *ex ante equo.* Leid. *Sed i. tractam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *e vultu hastam, &c.* Fauch. *τῷ Satibarzanes superscr. habet Artibazes;* Voss. 1. hoc nomen omittit. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. 1. 2. omittunt *hastam ante manu;* Fauch. habet, *manu hastam.* Voss. 1. *quo m. interisset.*—38 Florent. *quæ magis.* Pal. 1. *sequeuti tunc erant;* Florent. et Voss. 1. *s. erant tunc aut;* Voss. 2. Lugd. et Amst. omittunt *tunc.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Mer. *Eriguo,* et sic deinceps; alii *Erigyo;* Col. *Erigno.*—39 Pith. *Rex ex his.* Voss. 1. *aut quamquam sequitur.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Sigeb. et Ald. *defectum;* Dan. Pal. 1. Col. Mer. et Bas. *quoque defectum.* Voss. 1. *non antea ausos.* Voss. 2. *consilia eorum nudare.* Florent. Leid. et Voss. 1. *cognoscent;* Voss. 2. *cognosserent.*—40 Voss. 2. *Ipsum Bessum.* Voss. 2. Dan. et Bong. omittunt *spolia.* Florent. et Leid. *Barbarici opimum;* Dan. Bong. et Voss. 1. *barbarici opimum;* Voss. 2. *barbarice ceu opimum;* Mer. Lugd. et Amst. *barbari ceu opimum;* vulgg. ante Freinsh. *barbarica ceu opimum;* Amst. omittit *belli.* 'Languidiora hæc: *spolia barbari, ceu opimum belli decus.* Præfero cum aliquot codd. cui *Ergyus,* barbarici opimum belli decus præferens, occurrit.' *Schmieder.* 1 Bas. *rege Artabazo.* Voss. 1. Amst. et Lugd. *præsidio relinquit.* Fauch. Bong. 1. 2. Put. Leid. Mod. et edd. pleræque ante Freinsh. *Susitanorum,* 'quod nomen nemo novit.' *Schmieder.* Ald. *Suscitanorum;* Pith. *Susithano-*

#### NOTE

tur, enjus mucro in adversarium intenditur. 'Sarissa' fuit brevior, ut in equite; nam peditum longiores erant, ut diximus lib. iv. cap. 15.

<sup>b</sup> *Opimum*] 'Opimum decus' et

'opima spolia,' lib. iii. cap. 11.

<sup>a</sup> *Sogdianorum*] Nondum transierat Alexander Oxum fluvium, quem Strabo lib. xi. et Ptolemæus lib. vi. cap. 11. Bactrianæ et Sogdianæ medium

turno<sup>b</sup> itinere exercitum ducens. 2. Aquarum, ut ante dictum est, penuria, prius desperatione, quam desiderio bibendi sitim accendit. Per cccc. stadia<sup>c</sup> ne modicus quidem humor existit. 3. Arenas vapor æstivi solis accendit, quæ ubi flagrare cœperunt, haud secus quam continenti incendio cuncta torrentur. 4. Caligo deinde, immodico terræ fervore excitata, lucem tegit:<sup>d</sup> camporumque non alia quam vasti et profundi æquoris species est. 5. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore et matutino frigore corpora levabantur. Ceterum cum ipsa luce æstus oritur: omnemque naturalem absorbet humorem siccitas; ora visceraque penitus uruntur. 6. Itaque primum animi, deinde corpora deficere cœperunt: pigebat et consistere et progredi. 7. Pauci a peritis regionis admoniti præparant aquam:

rum; Voss. 1. 2. *Susitanarum*.—2 Voss. 2. *Per quadraginta stadia*; Pith. *Per quingenta stadia*, *nemus quidem*. Mer. *humor extitit*.—3 Pal. 1. *æstivis*, *omisso solis*.—4 'Pro verbo *excitata* editor Gryphianæ margini allevit conjecturam *excita*, non *spernendam*.' Schmieder.—5 Pal. 1. *corpora levantur*; Florent. c. *lavabantur*. Voss. 2. *in ora visceraque*.—6 Dan. *omittit caperunt*; Lugd. Amst. al. *defecere*, *omisso etiam caperunt*.—7 Voss. 2. *Pauci a præteri-*

## NOTÆ

limitem faciunt. Sed alii, ut Dionysius Perieg. vs. 747. Sogdianam citra Oxum extendunt: quorum forte sententiam secutus est Curtius, dnm scriberet Alexandrum prius in Sogdianorum deserta ingressum quam Oxum trajecisset. De ipso flumine mox agemus.

<sup>b</sup> *Nocturno*] An quia per hæc Sogdianorum deserta, ut per illa Bactrianorum cap. 4. iter aspectu siderum regendum est? an potius ob diurnum, ut mox sequitur, solis ardorem non nisi nocturno itinere peragrari queunt?

<sup>c</sup> *CCCC. stadia*] Quingenta milliaria. *Æstivi*] Cum enim sub hyemis initium, in Parapamisadas venisset, ibi actis hybernis Caucasum transgressus in Bactrianam venerat; ut non potuerit ante æstatem Sogdianos adire. Hic porro nota 'vaporem,' ut

alias sæpe, a Curtio vocari solis ardorem; quo modo Virg. *Æneid.* v. 'Lentusque carinas Est vapor:' et Columella lib. v. cap. 10. 'Minusque vaporis æstate per angustum os penetret.' Nempe sol non aliter arenas torret quam per aëris vaporem suis accensum radiis: et flamma ipsa nihil aliud quam vapor accensus.

<sup>d</sup> *Lucem tegit*] Idem superius quoque voluisse Curtium ostendimus ad cap. 4. sed vereor ut coherenter ipse sibi loquatur. Si enim in Bactriana Sogdianaque idem evenit quod multis Zonæ torridæ regionibus, ut vaporum copia perpetuo fere nubilum aërem habeant; id etiam consequens est, ut admodum temperato cælo pariter fruantur; æstum defendentibus nebulis densissimis, præter noctium frigus, &c.

hæc paulisper repressit sitim: deinde crescente æstu rursum desiderium humoris accensum est. Ergo quicquid vini oleique erat, hominibus ingerebatur: tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non timeretur. 8. Graves deinde avide hausto humore non sustinere arma, non ingredi poterant; et feliciores videbantur, quos aqua defecerat, cum ipsi sine modo infusam vomitu cogerentur egerere. 9. Anxium regem tantis malis circumfusi amici, 'ut meminisset [sui],' orabant, 'animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse:'. 10. cum ex iis, qui præcesserant ad capiendum locum castris, duo occurrunt utribus\* aquam gestantes, ut filiis suis, quos in eodem agmine esse et ægre pati sitim non ignorabant, occurrerent: qui cum in regem incidissent; 11. alter ex iis utre resoluta, vas, quod simul ferebat, implet, porrigens regi. Ille [accipit] percontatus, 'quibus aquam portarent,' 'filiis ferre' cognoscit. 12. Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito; 'nec solus,'<sup>f</sup> inquit, 'bibere sustineo; nec tam exi-

tis. Pal. 1. *præpararet*; Leid. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *præpararunt*. Voss. 2. *concrecente astu*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *rursus*. Voss. 2. *hominibus ingrediebatur*. 'Prorsus abesse hominibus cum Acidalio malo, quam cum Henmanno in avidius mutare.' *Schmieder*. In eandem opinionem venit Heinsius.—8 Voss. 2. *avidu haustu non sust. humore*; Pith. *hausto hum. avide*, et mox non poterant ingredi. Acidalius conj. *quas defecerat*, sc. humor. Voss. *cum ipsis*; Pith. *cum ipso s. m. i. v. viderentur*.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Frob. Mer. Bas. Ald. Colin. Gryph. et edd. post Freinsh. *ut meminisset sui*. 'Hoc sui recte expungit Modius.' *Schmieder*. Pal. 1. *meminisse orabant*.—10 Idem codex *tum ex iis*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *cum ex his*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Pal. 1. *processerant*. Pith. *occurrerent utribus*. Mer. et *filiis suis*. Voss. 2. *occurrunt*; Amst. *succurrerent*, ut conj. Heinsius.—11 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *alter ex his*. Voss. 2. *utre soluto v. g. s. referebat*. Pal. 1. *Ille accipit percontatur*. 'Et hic vocem accipit cum Modio abesse malo.' *Schmieder*. Mod. omittit *aquam*; Voss. 2. *portarent aquam*.—12 Pith. *omnibus dividere*. Pal. 1. *ac liberos*

## NOTÆ

\* *Utribus*] Uter vasis genus est sive sacci potius ex pellibus maxime hædinis, ad vinum oleumve commodius gestandum. De utribus eorumque multiplici in bellis usu consulti potest Stewechius ad Vitruv. lib. III. cap. 7.

<sup>f</sup> *Nec solus*] Hoc Alexandri factum

dictumque Plutarchus ad illud tempus retulit cum Darium persequeretur. Similem Davidis abstinentiam narrat Scriptura 2 Reg. xxiii. Eandem in Catone quoque suo laudat Lucanus lib. ix. vs. 479. poetice an historice, non liquet.

guum dividere omnibus possum. Vos currite, et liberis vestris, quod propter illos attulistis, date.' 13. Tandem ad flumen Oxum<sup>f</sup> ipse pervenit prima fere vespera: sed exercitus magna pars non potuerat consequi: 'in edito monte ignes' jubet 'fieri, ut ii, qui ægre sequebantur, haud procul castris se abesse cognoscerent. 14. Eos autem, qui primi agminis erant, mature cibo ac potione firmatos, implere alios utres, alios vasa, quibuscumque aqua possit portari,' jussit, 'ac suis opem ferre.' 15. Sed qui intemperantius hauserant, intercluso<sup>h</sup> spiritu extincti sunt: multoque major horum numerus fuit, quam ullo amiserat prælio. 16. At ille thoracem adhuc indutus, nec aut cibo reffectus aut potu, qua veniebat exercitus, constitit: nec ante ad curandum corpus recessit, quam præterierant, qui agmen sequebantur: totamque eam noctem cum magno animi

\*\*\*\*\*

vestros.—13 Voss. 2. ad f. *Exum*. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. non poterat sequi. Florent. et Leid. ut hii, qui; Voss. 1. 2. Bong. et Mer. ut hi, qui. Florent. et Voss. 1. aut procul. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. ipsos abesse; Dan. et Pal. 1. si ipsos abesse; Ald. Mer. Bas. et Col. si eos abesse.—14 Codd. Bongarsiani præter Fauch. Ipsos autem; Voss. 2. omittit autem. Bong. cibo et potione. Nonnullæ edd. quibuscum aqua. Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. portari possit; Voss. 1. portari posset; Frob. Bas. Col. Amst. et Lugd. posset portari. Voss. 1. omittit jussit. Mox opem delet Modius.—15 Voss. 1. Sed q. i. auferant. Voss. 2. omittit horum, et mox habet, illo prælio amiserat.—16 Voss. 2. et Mer. consistit pro constitit. Voss. 2. præterierunt. Leid. et Voss. qui agmen ducebant; Florent. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Oxum] Nobilis hic multorumque scriptis celebratus fluvius sub Parapamiso sive Caucaso monte oritur ex lacu sibi cognomine, mediusque inter Bactrianam ac Sogdianam labitur. Interim multis magnisque auctus fluminibus in mare Hyrcanum rapidus effunditur. Hunc Græci Alexandro antiquiores Araxem vocant, ut Herodotus et Aristoteles; ut apparet ex iis quæ de illo referunt: sed aliunde cum vero Araxe Armeniæ confundunt. Quos alii quoque imitati sunt, Dionysius, Mela, &c. De hujus admirandis videri potest Polybius lib. x. et Mela lib. iii. cap. 6. sub Araxis,

ut dicimus, nomine: tum quæ ibidem disputat Vossius. Hodiernum nomen esse dicunt *Albia* sive *Albiamu*, ad cuius ostia urbs est insignis *Zahaspæ*, Avicennæ Philosophi, ut creditur, patria.

<sup>h</sup> Intercluso] Tanta quippe aviditate copiosam aquam bibentibus respirationis via subito præcluditur, et naturalis calor, velut ignis nimia lymphæ affusa, suffocatur. Alia quoque potuit esse causa hujus exitii, quod turbidus ac limosus cum semper fluat, potentium viscera limo distenderentur, ut lib. iv. cap. 14. Persis fugientibus contigisse vidimus.



motu perpetuis vigiliis egit. 17. Nec postero die lætior erat, quia nec navigia habebat, nec pons erigi poterat, circum amnem nudo solo et materia maxime sterili.<sup>a</sup> Consilium igitur, quod unum necessitas subjecerat, init: utres<sup>i</sup> quamplurimos stramentis refertos dividit: 18. his incubantes transnavigare amnem: quique primi transierant, in statione erant, dum trajicerent ceteri. Hoc modo sexto demum die in ulteriore ripa totum exercitum exposuit. 19. Jamque ad persequendum Bessum statuerat progredi; cum ea, quæ in Sogdianis erant, cognoscit. Spitamenes erat inter omnes amicos præcipuo honore cultus a Besso: 20. sed nullis meritis perfidia mitigari potest: quæ tamen jam minus in eo invisæ esse poterat, quia nihil ulli nefastum in Bessum interfectorem regis sui videbatur. Titulus facinoris speciosus præferebatur, 'vindicta Darii:'<sup>b</sup> sed fortunam, non scelus oderant Bessi.<sup>c</sup> 21. Nam ut Alexandrum flumen Oxum superasse cognovit; Dataphernen et Catenen, quibus a

<sup>a</sup> Cum undique circa fluvium nuda esset humus, et lignis potissimum destituta.

<sup>b</sup> Speciosa sceleris causa obtendebatur, nempe ultio Darii.

<sup>c</sup> Sed Spitamenes regis auctoritati Bessi invidere, non parricidium ejus oderat.

omittunt sequebantur; Fauch. habet, qui ultimi sequebantur agmen.—17 Florent. et Voss. 1. *lætior erat*. Voss. 1. Elz. Amst. et al. *quia nulla navigia*; Voss. 2. *quia ibi nec navigia*. Pal. 1. *erigipotuit*. Pro *circum*, quod habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bongarsiani, Frob. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *circumquaque* exhibent edd. a Modio usque ad-Freinsh. *amnem* deest in Pal. 1. *nuda solo* Voss. 2. *solo* omittunt Florent. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *materia* Frob. et Mer. *sterili humo* Voss. 2. *necessitas subierat* Pal. 1. n. *subicerat* Voss. 1. et Bong. Pro *refertos* Voss. 2. habet *refectos* et *referctos*; Pal. 1. *referctos*.—18 Bong. 1. *transnavigare*; Mer. *transnavigare*.—19 Voss. 2. *bellum pro Bessum*. Voss. 2. *qua Susianis*, omissa præpositione; Florent. Leid. et Voss. 1. etiam *Susianis*; Pith. *Susonis*; Elz. Lngd. et Amst. *Susitanis*. 'Cum Freinshemio lege: *quæ in Sogdianis acta erant*.' Schmieder. Voss. 2. *Silamencas*. Florent. et Leid. *præcipue honore*.—20 Voss. 1. *quæ tamen mitigari potest jam minus*, &c. Bong. *visæ* pro *invisæ*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Mod. *nefastum*; Pal. 1. *nefas cum*; Ald. Bas. et Mer. *nefas tum*, ut conj. Raderus; *nefarium* Scheffer. improbante Schmieder. Frob. et Bas. *oderat*, ut conj. Acidalius, et malit Schmieder.—21 *Namque* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Datapharnem* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Grut. Bong. Mer. Bas. et Col. et sic deinceps. Voss. 2. et Pith. *Cathenen*; Florent. Leid. Pal. 1. et Voss. 1. *Catenen*. Florent. Leid.

#### NOTE

<sup>i</sup> *Utres*] Præter eos quos in usum ex pellibus conficere jussi sunt consuetum attulerant, multos quoque quibus in tentoriis degebant.

Besso maxima fides habebatur, in societatem rei asciscit. Illi promptius adeunt, quam rogabantur; assumtisque octo fortissimis juvenibus, talem dolum intendunt. 22. Spitamenes pergit ad Bessum, et remotis arbitris, 'comperisse' ait 'se, insidiari ei Dataphernen et Catenen: ut vivum Alexandro traderent agitantes, a semet occupatos esse, et vinctos teneri.' 23. Bessus tanto merito, ut credebat, obligatus, partim gratias agit, partim avidus explendi supplicii 'adduci eos' jubet. 24. Illi, manibus sua sponte religatis, a participibus consilii trahebantur: quos Bessus truci vultu intuens consurgit, manibus non temperaturus.<sup>d</sup> At illi simulatione omissa circumstant eum, et frustra repugnantem vinciunt; direpto ex capite regni insigni, lacerataque veste, quam e spoliis occisi regis<sup>j</sup> induerat. 25. Ille, 'Deos sui sceleris ultores adesse' confessus, adjecit, 'non Dario iniquos fuisse, quem sic ulciscerentur, sed Alexandro propitios, cujus victoriam semper etiam hostis adjuvisset.' 26. Multitudo an vindicatura Bessum fuerit, incertum est; nisi illi, qui vinxerant, 'jussu Alexandri fecisse ipsos' ementiti, dubios adhuc animi<sup>k</sup> terruissent. In equum impositum Alexandro tradituri ducunt. 27. Inter hæc rex,

<sup>d</sup> Nequaquam abstenturus ab iis manus violentas.

<sup>k</sup> Adhuc incertos consilii capiendi.

Voss. 1. 2. Bong. et edd. pleræque: *cogitata rei*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *addunt*; unde Sebisius conj. *adsunt*; Heinsius *se addunt*. Voss. 2. *dolum talem*.—22 Pal. 1. *ac a semet*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. omittunt *et ante vinctos*.—23 Pal. 1. *jussit*.—24 Voss. 2. omittit *sua ante sponte*. Pal. 1. *relegatis*. Voss. 2. omittit *quos ante Bessum*. Voss. 2. et Bong. *Atque illi*. Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *insigne*. Freinsh. *regio insigni*. Voss. 2. *vestis pro veste*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Fauch. et Bong. 2. *e spoliis*; reliqui Bongarsiani *ex spoliis*; Mod. *spolium*; Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Snak. Bip. alii ante Schmieder. *spoliis*, omissa præpositione.—25 Florent. et Voss. 1. *quam sic*. Florent. Leid. Pith. Dan. Bong. et Mer. *propitius insecutos vict semp. e. hostes adjuvissent*; Pal. 1. *propitius insecutos vict. s. e. h. adjuvissent*; Voss. 1. *propitius insecutos vict. s. e. hostis adjuvissent*; Voss. 2. *prop. insec.* omisso etiam; Frob. et Col. *adjuvasset*.—26 Voss. 2. omittit *nisi illi*, &c. usque ad *Alexandro t. ducunt*. Mer. omittit *illi*. Florent. Leid. et Voss. *dubia ad hunc*. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *animos terruissent*.—27 *Interim rex Bong. 1.*

#### NOTE

<sup>j</sup> Regis] Daril. Fuisse] Deos. Eti- hostium consilia, Diis volentibus, con-  
am hostis] Cujus ad victoriam ipsa duxissent.

quibus matura erat missio,<sup>f</sup> electis DCCC. fere, equiti bina talenta<sup>k</sup> dedit; pediti terna denarium millia: monitosque, 'ut liberos generarent,' remisit domum. Ceteris gratiæ actæ, quod 'ad reliqua belli navaturos operam' pollicebantur. [Tum Bessus perducitur.] 28. Perventum erat in parvulum oppidum. Branchidæ<sup>l</sup> ejus incolæ erant. Mileto quondam jussu Xerxis, cum e Græcia rediret, transierant, et in ea sede constiterant, quia templum, quod Didymeon<sup>m</sup> ap-

<sup>f</sup> *Selectis iis quibus vacatio militiæ debebatur.*

*natura erat* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *permissio* pro *missio* Voss. 2. *relictis* DCCCC. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *electis nonigentis* Voss. 2. *relictis* XC. vulgg. ante Freinsh. *electis* DCCCC. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. Amst. et Lugd. *bina talenta equiti* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. Pro *terna* Voss. 1. habet t. Florent. Leid. Voss. 2. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *ter*; Bong. 1. *terna d. milium*. Voss. 2. *remissi domum*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *navatores*; Voss. 2. *novatores*; Pal. 1. *novaturus*; ceteri et edd. *navaturos*. Verba: *Tum B. p.* pro glossa habent Editores. Voss. 1. Cum *B. p.* Voss. 2. Bong. 1. Amst. et Lugd. *Dum B. p.* edd. vett. *Tum B. producitur*.—28 Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. *Branchidæ*; Voss. 2. *Brantiadæ*. Pith. *erant incolæ ejus*. Voss. 2. *Xerxis*. Bong. 1. *cum egregie*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *redirent*. Voss. 2. *eadem sede*. Ald. Frob. Bas. Col. Mer. *qui templum*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *quia templum*; Voss. 2. omittit *quia*, et habet *templaque*, rejecto etiam *quod*; Florent.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Bina talenta*] De talentis lib. III. cap. ult. *Denarium*] Denarii lib. v. cap. 1. tria denarium sive drachmarum millia dimidium efficiunt talentum. Hæc porro ante Oxi tractum esse gesta docet Arrianus.

<sup>l</sup> *Branchidæ*] Branchus quidam de Machærei stirpe, ut est apud Strabonem lib. IX. præfuit Apollinis templo quod 'Didymeon' vocabatur. Ab eo dicta est Branchidarum familia, penes quam ejusdem templi cura et sacerdotium mansit. Hi fugienti ex Græcia Xerxi, ut diximus lib. IV. cap. 1. templi thesauros prodiderunt. Eam ob rem Milesiorum indignationem veriti, a quibus erat illis templi credita custodia, Xerxem volentem secuti sunt cum universa familia; quæ paulatim sic creverat, ut cum

servis, et si qui alii se forte conjunxerant, oppidulum impleret.

<sup>m</sup> *Didymeon*] Didyma locus est prope Miletum urbem Ionie, de qua nos ad lib. IV. cap. 1. egimus. Hic templum erat oraculumque Apollinis a quo *Didymæus* et *Didymeus*, *Διδυμεύς* appellatus est. Neque enim placet mythologica illa nominis ratio quam Macrobius Saturn. lib. I. attulit, ex qua consequens videretur non a Didymis, Didymæum; sed a Didymæo, Didyma esse dicta: quod non patem admittendum. A *Διδυμεύς* fit *Διδυμειών*, ut a *βασιλεὺς*, *βασιλείων*, quod neutrum est adjectivi; subauditur enim *δῶμα*. Qua ratione nihil prohiberet dici quoque *Διδυμειών*, *Didymæum*, nisi Græcis usitatus foret illa ædificiorum vocabula ex propriis ho-

pellatur, in gratiam Xerxis violaverant. 29. Mores patrii nondum exoleverant; sed jam bilingues<sup>n</sup> erant, paulatim a domestico externo [que] sermone degeneres. Magno igitur gaudio regem excipiunt, urbem seque dedentes. Ille 'Milesios, qui apud ipsum militarent, convocari' jubet. 30. Vetus odium Milesii gerebant in Branchidarum gentem.<sup>o</sup> Proditis<sup>p</sup> ergo, 'sive injuriæ, sive originis meminisse mallem, liberum de Branchidis' permittit 'arbitrium.' 31. Variantibus deinde sententiis, 'se ipsum consideraturum, quod optimum factu esset,' ostendit. Postero die occurren-

\*\*\*\*\*

Leid. Voss. 1. et Dan. *templa quod*. Voss. 1. 2. Florent. Leid. alii et pleræque edd. *Didymaon*; Frob. *Didyma*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Grnt. *Græciam Xerxes violaverat*; Dan. *gratiam Xerxes violaverat*.—29 Voss. 2. et Bong. 1. *Mores patrios*. Florent. Leid. et Voss. 2. *exoluerant*; Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *exsoluerant*; ceteri *exolverant*. Voss. 1. et Dan. *bilinguis*. Edd. fere omnes ante Schmieder. *externaque*, quod Voss. 2. omittit; Bong. Voss. 1. Florent. Leid. Mer. et Mod. *externo*, 'h. e. per externum sermonem.' Schmieder. Voss. 2. *accipiunt in urbe*. Mox idem codex: *eum militarent*; Florent. Leid. et Voss. 1. *ipsum militarent*; multæ edd. vet. *ipsum militabant*.—30 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. ante Freinsh. *miles gerebat*; Bong. 1. *miles ii gerebant*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. 2. et Fauch. *Brachiadarum*; Voss. 2. *Brachidarum*; Pith. *brachiumdarum*; Ald. *Branciadarum*. Voss. 1. *Proditis ergo his sive*; Voss. 2. *Proditionis ergo sive*; Pal. 1. et Dan. *Perditis ergo sive*; vulgg. ante Freinsh. *Proditionis ergo*. *His sive*; Florent. Leid. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. ut in textu. Leid. et Ald. *de Brancidis*.—31 Lugd. Amst. alii: *quid optimum*. Florent. Voss. 2. Pith. et Bong. 1. *factum esset*; et ita in Dan. sed

#### NOTE

minum locorumve ducta nominibus per *ειor* flectere. Atque Origenes lib. i. contra Celsum appellat *Διδυμειον*. Ceterum huic loco temploque prius nomen fuit Branchidæ, arum, quam *Didymæon*; ut ex Plinio ac Mela constat.

<sup>n</sup> *Bilingues*] Non quod utraque lingua uterentur, Græcorum et Sogdianorum; sed quod ex ambabus mixtis tertia quædam corrupta existeret.

<sup>o</sup> *Gentem*] Hujus vocis diversa acceptio est. Sæpe nationem integram significat; ut cum dicitur Scythica gens, Egyptia gens, Italica gens, &c. Nisi forte latius adhuc patet 'gens' quam 'natio,' ut quidem ex his Tullii de Nat. Deor. colligi videtur: 'Deum non curare singulos homines, nec ci-

vitates, nec nationes, nec gentes.' Hoc pacto gens contineret nationes, ut natio civitates sive populos, &c. Alia quædam est 'gentis' significatio minus ampla, cum in aliqua civitate plures ab uno capite ductæ familiæ, una 'gens' dicuntur. Sic olim Romæ 'gens Fabia,' 'gens Cornelia,' 'gens Julia,' &c. Posteriore sensu *Branchidarum gentem* dici facile quivis agnosceret.

<sup>p</sup> *Proditis*] Milesiis, quos Branchidæ prodiderant, liberam relinquit de iis decernendi potestatem: sive injuriæ meminisse ad ulciscendum, sive in gratiam originis, (Mileto quippe oriundi erant,) ignoscere proditori- bus mallem.

tibus,<sup>1</sup> 'Branchidas secum procedere' jubet. Cumque ad urbem ventum esset; ipse cum expedita manu portam intrat. 32. Phalanx 'mœnia oppidi circumiri' jussa, 'et dato signo diripere urbem, proditorum receptaculum, ipsosque ad unum cedere.' 33. Illi inermes passim trucidantur, nec aut commercio linguæ, aut supplicum velamentis<sup>2</sup> precibusque inhiberi crudelitas potest. Tandem ut dejicerent, fundamenta murorum ab imo moliantur,<sup>3</sup> ne quod urbis vestigium extaret. 34. Nec mora, lucos<sup>4</sup> quoque sacros non cædunt modo, sed etiam extirpant; ut vasta solitudo et sterilis humus, excussis etiam radicibus, linqueretur. 35.

<sup>1</sup> Ab ima parte suffodiunt.

expungitur m. Mer. *concurrentibus*. Florent. et Voss. 1. *Brachiadas*; Voss. 2. et Bong. 1. *Branciadas*; Ald. *Branciadas*; Bas. et Col. *Branchiadas*; Leid. *Barghiadas*. Florent. Voss. 1. et Pith. *ipsum cum, &c.*—32 Voss. 1. *Phallanz*; Voss. 2. *salanz*, et mox *dirumpere urbem.*—33 Idem codex: *nec commercio*, omisso aut. Bong. Mod. et vulg. *supplicium*; Florent. Ald. Col. Mer. et Bas. *suppliciorum*; Voss. 1. 2. et Leid. *supplicio cum*; Dan. et Pal. 1. *supplicio non.* 'Verba, ut *dejicerent*, tanquam glossema, ego cum Acidalio indnoenda puto.' Schmieder. Voss. 1. et Leid. ut *deicerent.*—34 Acidalio conj. *Nemora quoque lucosque sacros*, probantibus Freinsh. et Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Occurrentibus*] Milesiis utique, non ipsis Branchidis, quod Gallico Interpreti visum erat: sic enim non *Branchidas*, sed *Branchidis* legendum esset præter codicum fidem, parumque ad loci hujus sensum; ubi satis liquet eosdem 'occurrere' quibus pridie responsnm erat a rege, 'seipsam consideraturum,' &c. Adde quod *occurrentibus* in tertio esset casu, et ad jubet referretur; quod quidem elegantæ Curtianæ parum convenire arbitror. Porro gemina esse potest hujus loci explicatio. Altera sic: *occurrentibus* Milesiis ut, quæ ipse statuisset, acciperent, *Branchidas*, quos ipse apud se retinuerat, *secum procedere jubet* ad oppidum, ne a communi civium clade, quam meditabatur, immunes essent. Altera ejusmodi: *occurrentibus*, id est, cum occurrissent

Milesiis, *secum procedere* ipsos jubet ad *Branchidas*, sive oppidum Branchidarum; visuros quid ipse decrevisset.

<sup>2</sup> *Velamentis*] Frequens apud Livium et Tacitum mentio 'velamentorum,' quæ supplices ad pacem impetrandam a victoribus præferebant: quod Gallicum Interpretem fugerat, cum ita traustulit quasi scriptum esset a Curtio: *aut supplicum lamentis precibusque, &c.*

<sup>4</sup> *Lucos*] Profanis nunimibus dictos fuisse lucos, Sacræ pariter Profanæque Literæ passim testantur. A luce dictos esse 'lucos' consensu traditur: sed alii per antiphrasim accipi volunt, quod minime 'luceant,' propter arborum densitatem quas cedere nefas erat: alii sine antiphrasi dictos volunt, quod nocturno sacrificantium lumine lucentes.

Quæ si in ipsos proditiōis auctores excogitata essent; justa ultio esse, non crudelitas videretur: nunc culpam majorum posteri luere, qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere. 36. Inde processit ad Tanain<sup>1</sup> amnem. Quo perductus est Bessus non vinctus modo, sed etiam omni velamento corporis spoliatus. Spitamenes eum tenebat collo inserta catena; tam barbaris, quam Macedonibus gratum spectaculum. 37. Tum Spitamenes, 'et te,' inquit, 'et Dariū reges meos ultus, interfectorem domini sui adduxi, eo modo captum, cujus ipse fecit exemplum.' Aperiat ad hoc spectaculum oculos Darius. Existat ab Inferis, qui illo supplicio indignus fuit, et hoc solatio dignus est.' 38. Alexander, multum collaudato Spitamene, conversus ad Bessum, 'Cujus,' inquit, 'feræ rabies occupavit animum tuum, cum regem de te optime meritum prius vincere, deinde occidere sustinuisti? Sed hujus parricidii mercedem falso regis nomine persolvisti.'<sup>A</sup> 39. Ibi ille facinus purgare non ausus; 'regis titulum se usurpasse' dixit, 'ut gentem suam tradere ipsi possit; qui si cessasset,

<sup>A</sup> Sed tu hujus sceleris præmium tibi usurpasti, nempe vanum regis titulum.

<sup>i</sup> Si id facere distulisset.

\*\*\*\*\*

et Bong. habent, quoque lucos. Voss. 2. omittit modo.—35 Qui in ipsos Voss. 2. Dan. et Pal. 1. adeo et Xerxi; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. Col. et Ald. ideo et Xerxi. Fauch. non poterant.—36 Voss. 2. precessit ad T. Voss. 1. 2. Dan. Frob. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. productus. Voss. 2. inserta collo catena; Pith. collo insertam catenam. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. gratum expectaculum.—37 Fauch. Aperiat. Voss. 2. Aperiat hoc sp. omisso ad. Voss. 2. oculos Darius existat. Florent. et Leid. Existit; Bong. 1. a m. sec. Exestat. Voss. 1. et ob solatio; Heinsius conj. sed hoc solatio.—38 Voss. 2. et deinde occidere. Pal. 1. omittit regis ante nomine. Acidalius conj. persolvisti tibi. Ille, &c. quam conj. probante Heinsio, recepit Bothe.—39 Pro vulg. usurpare Freinsh. malit usurpasse; quod ex Theocr. reposuit Schmieder. Voss. 2. omittit suam post gentem. Lugd. et Amst. posset, probante Bothe; sed Florent. Voss. 1. 2. Dan. aliiq. possit.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Ad Tanain] Versus Tanaim; prius enim Maracanda cepit, quam Tanaim attingeret, ut ex Arriano constat. In itinere ergo, non ad fluvium demum agenti Bessus sistitur. Catena] Idem auctor ex Ptolemæo et Aristobulo refert capistro vinctum fuisse per-

ductum; et paulo aliter hanc Bessi capti historiam persequitur, ut et Diodorus.

<sup>u</sup> Exemplum] Cum Dariū catenis vinctum per summam injuriam et ignominiam abduxit, lib. v. cap. 7.

alium fuisse regnum occupaturum.' 40. At Alexander Oxathrem, fratrem Darii, quem inter corporis custodes habebat, 'propius' jussit accedere; 'tradique Bessum ei, ut cruci affixum' mutilatis auribus naribusque sagittis configerent barbari; asservarentque corpus, ut ne aves quidem contingerent.' Oxathres 'cetera sibi curæ fore pollicetur. 41. Aves non ab alio, quam a Catene posse prohiberi' adjicit; eximiam ejus artem cupiens ostendere: namquo adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque exciperet." 42. Nam etsi forsitan, sagittandi tam celebri usu minus admirabilis videri hæc ars possit; tamen ingens visentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit. 43. Dona deinde omnibus, qui Bessum adduxerant, data sunt. Ceterum supplicium ejus distulit, 'ut eo loco,' in quo Darium ipse occiderat, necaretur.'

VI. 1. Interea Macedones ad petendum pabulum incomposito agmine egressi, a barbaris, qui de proximis montibus decurrerunt, opprimuntur; pluresque capti sunt, quam occisi: 2. barbari autem, captivos præ se agentes,

~~~~~

Heinsius conj. *quod si cessasset*; Mer. *qui si cessasset*.—40 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *Et Alexander*; Voss. 2. omittit *At*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Oxathen*; Voss. 2. *Meatem*; Ald. *Oxyartem*; Pith. *Oxarthen*; Fauch. *Oxaten*, sed superscr. *r*; ceteri eodd. et Edd. *Oxyatrem*. Plutarchus in Alexandro *Exatrem* vocat. Mer. *traditque Bessum*. Florent. *ut nec aves*. Alii *Oxatres*; Voss. 2. *Meutes*.—41 Mod. Amst. et Lugd. *ab alio melius quam*. Vox melius non habetur in eodd. et edd. antiq. Voss. 2. et Pith. a *Cathene*; iidem et Fauch. *adjecit*; Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *adicit*. Voss. 1. *namque ideo*.—42 Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Nam si forsitan*; Voss. 2. *Namque etsi forsitan*; Bong. *Nunc si forsitan*; Both. legit, *Nunc etsi forsitan*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Mer. *sagittis* pro *sagittandi*. Leid. et Voss. 1. 2. *ars hæc possit*. Pal. 1. et Bong. *tam ingens*; Leid. Voss. 1. Sigeb. et Dan. *tum ingens*, quod recepit Bothe. Pal. 1. *honori etatem fuit*.

1 Pith. *egressi incomposito agmine*. Voss. 2. omittit præpositionem ante

#### NOTÆ

▼ *Cruci affixum*] Plutarchus alligatum scribit duabus arboribus vi eurvatis ad invicem: quibus deinde laxatis impetu discerptus sit. Diodorus omni contumeliæ et cruciatu genere affectum, postea minutatim concisum, postremo frustra corporis huc

illuc fundis esse disjecta.

▼ *Exciperet*] Volantes aves sagitta transfigeret.

× *Eo loco*] Tamen inferius cap. 10. Ecbatana missum ad supplicium videbimus.

rursus in montem recesserunt. XX. millia<sup>a</sup> latronum erant : fundis sagittisque pugnam invadunt. 3. Quos dum obsidet rex, inter promptissimos dimicans sagitta ictus est, quæ in medio crure fixa reliquerat spiculum. 4. Illum quidem mœsti et attoniti Macedones in castra referebant : sed nec barbaros fefellit subductus ex acie rex ;<sup>a</sup> quippe ex edito monte cuncta prospexerant. 5. Itaque postero die misere legatos ad regem, quos ille ‘protenus’ jussit ‘admitti’ ; solutisque fasciis magnitudinem vulneris dissimulans crus barbaris ostendit. 6. Illi jussi ‘considerare’ affirmant ‘non Macedonas, quam ipsos fuisse tristiores cognito vulnere ipsius : cujus si auctorem reperissent, dedituros fuisse : 7. cum Diis enim pugnare sacrilegos tantum. Ceterum se gentem in fidem dedere, superatos virtute illius.’ Rex, fide data et captivis receptis, gentem in deditionem accepit. 8. Castris inde motis lectica militari ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equites, ‘cum quibus rex prælia inire solitus erat, sui muneris id esse’ censebant. Pedites contra, ‘cum saucios commilitones ipsi gestare assuevissent, eripi sibi proprium officium tum potissimum, cum rex gestandus esset,’ querebantur. 9. Rex in tanto utriusque partis certamine et sibi difficilem, et præ-

<sup>a</sup> Nec barbaris latuit Alexandrum ex prælio asportatum esse.

////////

barbaris. Nonnulli codd. ubi de proximis. Mer. plures capti sunt.—4 Voss. 2. in castra referunt. Mox Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. omittunt rex.—6 Voss. 2. affirmat Macedonas, omisso non ; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. a. n. Macedones. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. tristiores fuisse. Vid. Not. Var. Leid. cujus si actorem. Voss. 2. omittit Diis.—7 Bong. 1. superato. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. vulnere pro virtute. Bong. 1. illis pro illius.—8 Pal. 1. pre se. Paulo post, Pith. Pedites cum contra ; Lugd. Amst. Mod. alii : Pedites cum saucios. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Siegb. Colon. et Ald. ipse gestare ; Florent. Voss. 1. 2. Siegb. Colon. et Ald. assuevissent. Voss. 2. omittit sibi.—9 Mer. certamine

#### NOTÆ

<sup>a</sup> XX. millia] Apud Arrianum triginta leguntur millia ; qui etiam a Curtio diversa narrat : collem scilicet in quem refugerant vi captum esse,

plerosque barbarorum cæsos, alios e rupibus sese præcipitasse, adeo ut ex triginta millibus octo solum millia evaserint.



teritis gravem electionem futuram ratus, 'invicem subire eos' jussit.<sup>b</sup> 10. Hinc quarto die ad urbem Maracanda<sup>b</sup> perventum est. LXX. stadia murus urbis amplectitur: arx nullo cingitur muro. 11. Præsidio urbi relicto, proximos vicos depopulatur atque urit. Legati deinde Abiorum<sup>c</sup> Scytharum superveniunt; liberi, ex quo decesserat<sup>d</sup> Cyrus;

<sup>b</sup> *Existimans delectum suum fore odiosum iis qui ab eo exclusi essent, voluit utrosque alternis lecticam gestare.*

partis. Eadem et Col. et præturis gravem.—10 Tunc quarto die Voss. 2. Marupenta Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. Marupatam Pal. 1. Manupenta Voss. 1. et Bong. 2. Marupentha Pith. Pro arx Fanch. arex; Pith. ars. Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Bas. Col. Ald. et Mod. illinc cingitur muro ac præsidio; Voss. 2. illic cingitur muro ac præsidio; edd. antiqq. et recentt. post Freinsh. nullo cingitur muro. Præsidio, &c. Heins. conj. arx alio cingitur muro. Florent. Bong. 2. et Voss. 1. urbis relictos; Leid. Voss. 2. Ald. Mer. Bas. et Col. urbis relicto; Pal. 1. urbis relictis. Voss. 2. proximos inde vicos.—11 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. Mer. Bas. et Col. Aulorum; Ald. Albiorum; Mod. Frob. et Amst. Aviorum. Voss. 1. citarum superveniunt. Ald. libero. Pith. omittit, nisi

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Maracanda*] Hæc Germana est hujus vocis scriptura, quæ apud varios varie corrupta reperitur; proxime a vero *Paracanda* legitur apud Strabonem lib. xi. Erat hæc Sogdianæ regia, quam aliqui hodiernam esse putant *Samaracanda*, Tamerlanis sedem. Alia fuerunt in Bactrianis *Maracanda* ad fluvium Dargomanem, quæ perperam ab aliquibus cum istis confunduntur.

<sup>c</sup> *Abiorum*] Græcum hoc nomen esse dubium non est; sed quæ nominis significatio quæve causa sit, non ita certum, adeo multiplex est hujus vocis sensus. Nam cum varia potestas est particulæ α, quæ modo negandi, modo vim habet augendi; tum dux sunt voces, *Bla* et *Blos*, quibus cum jungi potest; eaque iterum diversos singulæ habent significatus. Ita fit ut *βλος* sit *infirmus* et *robustus*; qui vim non infert, qui vim non patitur; *inops* et *dices*; *longævus*, *cælebs*, &c. quorum aliqua his populis non con-

gruunt, pleraque convenire possunt. Utut est, illud minime dubium hos intelligi Abios, qui ab Homero tanquam 'mortalium justissimi' prædicantur *Iliad.* N. 6. ut diserte *Arrianus* testatur initio lib. iv. Apud Latinos scriptores 'Avii' quandoque scribuntur propter affinitatem soni *B* et *V*. Unde porro legatio hæc Abiorum ad Alexandrum missa fuerit, dici vix reor posse. Quamvis enim *Ptolemæus* Abios in *Scythia* extra *Imanum* collocaverit, tamen ex *Strabone* lib. vii. constat Abiorum nomen commune *Scythicarum* gentium fuisse, quæ justam et simplicem præ paupertate vitam agerent. Neque enim *Homerus* cum Abios vocaret, *Scytharum* discrimina noverat, ut ex eodem *Strabone* colligitur. Hi autem *Nomades* cum fuerint, nec unam, nec certam sedem habuerunt.

<sup>d</sup> *Ex quo decesserat*] *Cyrus* Persici imperii conditor insidiis *Tomyris* *Masagetarum* reginæ exceptus perierat

tum imperata facturi. Justissimos barbarorum constabat: armis abstinebant nisi lacessiti. Libertatis modico et æquali usu, principibus humiliores pares fecerunt.\* 12. Hos benigne allocutus, ad eos Scythas, qui Europam\* incolunt, Peridam quendam<sup>f</sup> misit ex amicis, qui denuntiaret eis, 'ne Tanain amnem regionis injussu regis transirent: ' eidem mandatum, 'ut contempleretur locorum situm; et illos quoque Scythas, qui super Bosporo<sup>g</sup> incolunt, viseret.' 13. Condendæ urbi sedem super ripam Tanais elegerat; claustrum et jam perdomitorum, et quos deinde adire decreverat. Sed consilium distulit Sogdianorum nuntiata defectio, quæ Bactrianos quoque traxit. 14. vii. millia equitum erant,

\* Moderato et pari inter omnes jure libertatis utentes, eos qui primoribus inferiores erant, ipsis æquales reddiderunt.

lacessiti. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pith. Fauch. et Bong. 2. omittunt pares. Amst. et Lugd. fecerant.—12 Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. ad hos Schyths. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. Pendam; ceteri et edd. fere omnes Penidam; Popma conj. Menidam. 'Ex Gronovii conj. ad Arrian. p. 75. et ex cod. Voss. 2. scripsi Peridam, quod nomen non ignoratur, et facillime fit ex plurimorum codd. lectione Pendam. Freinshemio vox quendam ex corrupto nomine præcedente nata videtur.' Schmieder. Pith. omittit quendam. Voss. 2. ei ne T. Florent. Leid. Voss. 1. Frob. Mer. Bas. et Col. his ne T. Ald. his me T. Bong. jussu regis; et sic in Fauch. ubi superscr. sinè. Voss. 2. ei mandatum, et mox Bosforon; Leid. et Voss. 1. Bosforo; Fauch. Bosforon; Pal. 1. Bosporum; Mer. Bospororum.—13 Pith. Colendæ. Omnes fere codd. et edd. ante Schmieder. urbis; Florent. urbi. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. eligeret. Ald. et Mer. perdomiturum; Frob. et Bas. perdomituro; Col. perdomiturus. Voss. 2. et quem; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Mer. Bas. et Col. et quod; Pal. 1. id quod; Frob. quos, omisso et. Voss. 2. quæ et Bactrianos.

## NOTÆ

abhinc annos 200. Vide Justinum lib. 1. a quo tamen de mortis genere locoque dissentiunt Ctesias, Xenophon, &c.

\* Qui Europam] Quia Iaxartem pro Tanai habuerunt, ut cap. 10. videbimus; propterea quæ ultra amnem erant, Europæ attribuant.

<sup>f</sup> Peridam quendam [Berden] Cum hoc loco varie legeretur, Penidam, Pendam, &c. infra autem lib. viii. cap. 1. idem ipse nulla lectionum varietate

'Berdes' vocetur; satius putavi locum certo depravatum emendare, quam eum qui suspectus esse vix potest. Vocem quendam, auctore Freinshemio, tanquam adventitiam delevi; quam etiam optimus codex Pitheæanus omittit.

<sup>g</sup> Super Bosporo] Vide quæ de Bosporo ac Bosporanis lib. vi. cap. 1. diximus. Verrum hoc quoque eodem ex errore natum apparet, quod ut Tanaim, ita Bosporum ad mare Caspium transtulerint.

Delph. et Var. Clas.

Q. Curt.

2 M

quorum auctoritatem ceteri sequebantur. Alexander Spitamenen et Catenen, a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius quin eorum opera redigi possent in potestatem, coërcendo eos, qui novaverant res, jussit arcessiri. 15. At illi defectionis, ad quam coërcendam evocabantur, auctores, vulgaverant famam, 'Bactrianos equites a rege omnes, ut occiderentur, arcessiri: idque imperatum ipsis; non sustinuisse tamen exequi,' ne inexpressibile in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri ævitiā, quam Bessi parricidium ferre potuisse. Itaque sua sponte jam motos metu poenæ haud difficulter concitaverunt ad arma. 16. Alexander, transfugarum defectione comperta, 'Craterum obsidere Cyropolim'<sup>b</sup> jubet: ipse aliam urbem regionis ejusdem corona capit; signoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in prædam cessere victoris: urbs diruta est, ut ceteri cladis exemplo continerentur. 17. Memaceni<sup>i</sup> valida gens obsidionem non ut honestiorem modo, sed etiam

<sup>d</sup> Et cum hoc sibi mandatum esset ab Alexandro, noluisse ipsos facere.

—14 Leid. *Spitamen*; Pith. et edd. vett. *Spithamenem*; ceteri codd. *Spitamenen*. Bong. 1. Pith. et edd. vett. *Cathenen*; membranæ *Catenen*. Florent. omittit ei ante *traditus*; Dan. et *traditus*. Ald. *cohercendo eos*. 'Hæc verba, *coërcendo eos*, ex seqq. huc ascendisse, nihilque sensum juvare, sed potius magnopere inquinare, recte censuit Freinshemius.' *Schmieder*. Ald. Frob. Bas. et Col. qui *moverant res*; Mer. et Voss. 2. qui *noverant res*; Mod. et Elz. qui *novaverant*, omisso *res*. Voss. 2. *remisit pro jussit*; Pith. in *potestatem jussit*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *arcessi*; Pal. 1. *arcessiri*, ubi porro omittuntur sequentia usque ad illa: *idque imperatum*.—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *vulgaverant fama*. Voss. 2. *ut occiderent*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *arcessi*. Voss. 2. *admitteretur*, et mox: *jamque metu poenæ motos*. Voss. 1. *aut difficulter*.—16 Pith. *Catherum obsidioni*. Ald. *Cyropolim*; *Cyropolim* Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et ceteræ edd. Voss. 2. *cessere victoribus*. Ald. *urbs dirupta*. Florent. Leid. et Mer. *cladis ejus exemplo*.—17 Voss. 2. *Nenaceni*, et paulo post: *in dedituros*.

#### NOTE

<sup>b</sup> *Cyropolim*] Urbem a Cyro illo conditam, ut nomen sonat. Eadem est Ptolemæi *Cyreschata*, *Κυρέσχατα*, quasi dicas *Cyra ultima*; quod Strabo quoque confirmat lib. xi. καὶ τὰ Κύρα ἔσχατον ἐν τοῦ Κύρου κτίσμα, κ. τ. λ. Et *Cyra ultimum eorum quæ Cyrus con-*

*didit ad Iazartem, &c.* Erat enim ea parte Persici imperii terminus.

<sup>i</sup> *Memaceni*] Horum apud alios nulla præterea mentio. Porro cum trium tantum urbium mentionem hic Curtius faciat captarum ab Alexandro, Arrianus tamen septem numerat.

ut tutiorem, ferre decreverant. Ad quorum pertinaciam mitigandam rex L. equites præmisit, qui 'clementiam ipsius in deditos, simulque inexorabilem animum in devictos,' ostenderent. 18. Illi 'nec de fide, nec de potentia regis ipsos dubitare' respondent; equitesque 'tendere extra munimenta urbis' jubent. Hospitaliter deinde exceptos, gravesque epulis et somno, intempesta nocte adorti interfecerunt. 19. Alexander haud secus, quam par erat, motus, urbem corona<sup>j</sup> circumdedit; munitiorem, quam ut primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum et Perdiccam in obsidionem jungit, Cyropolim, ut ante<sup>k</sup> dictum est, obsidentes. 20. Statuerat autem parcere urbi conditæ a Cyro: quippe non alium gentium illarum magis admiratus est, quam hunc regem, et Semiramin,<sup>l</sup> in quis 'et magnitudi-

Venet. Veron. Vet. 1474. Mediol. Ald. Frob. Mer. et Col. *exorabilem*; Mod. Freinsh. et recentt. *inexorabilem*. Voss. 2. *in victos*.—18 Modius legit, *nec de clementia*; Bong. 1. *n. d. sevitia*, cum rasura; Pal. 1. Bong. 2. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Veron. Rom. Mediol. Ald. Colin. Gryph. et recentt. *n. d. potentia*. Voss. 1. *Ospitaliter deinde*; Mod. *Hospitaliter inde*. Pith. omittit *adorti*, pro quo Voss. 1. exhibet *adhosti*.—19 Voss. 2. *Alexander secus*, omisso *haud*. Voss. *coronam circumdedit*. 'Intricata et dissentanea esse hæc, Itaque Meleagrum, &c. nemo non videt, præcipue si cum narratione Arriaeae comparantur. Maxime inclinor, ut cum Freinshemio lacunam hic esse credam, quam ille vir sagacissimus sic explere conatus est: Itaque Meleagrum et Perdiccam in obs. ejus [urbis Memacenorum] reliquit. Ipse cum reliquis profectus, Crateri quoque copias suis junxit, Cyropolim, &c. sc. ut prius hanc urbem caperet.' Schmieder. Bong. 2. et Voss. 1. *in obsidione*.—20 Voss. 2. *conditæ urbi*, et mox aliud *gentem*. Voss. 1. *ammiratus est*. Bong. 1. et Voss. 1. *quam hinc regem*. Florent. et Leid. et *Semiramin in quos et magnitudinem animi et claritate*; Voss. 1. et *Semiramin in quos ad m. a. et claritate*; Voss. 2. et *Semiramin in quos m. a. et claritatem*; Pal. 1. et *Semiramin in quos et*

## NOTE

<sup>j</sup> Corona] Quale esset genus hoc oppugnationis, ex Lipsio diximus lib. iv. cap. 24.

<sup>k</sup> Ut ante] De solo Cratero dixerat Cyropolim obsidere jussum, et quæ sequuntur de capta Cyropoli satis iudicant Meleagrum et Perdiocam in ejus obsidione non fuisse. Merito igitur lacunam hic esse censuit doctissimus Freinshemius; quam sic explevit: *Itaque Meleagrum et Perdiccam in obsidione* \* ejus relinquit: ipse cum

reliquis profectus Crateri quoque copias suis \* *jungit, Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentes.*

<sup>l</sup> Semiramin] Nini uxor fuit ejus qui Assyriorum regum primus memoratur: quo mortuo, virilis animi fœmina, cum videret hinc filii sui Ninysæ pueritiam, inde sexum suum contemtui fore; puerum se esse Ninyam mentita est: sub ejusque persona imperium, dum hic adolesceret, administravit; multis maximisque rebus

nem animi, et claritatem rerum longe emicuisse' credebat. 21. Ceterum pertinacia oppidanorum ejus iram accendit. Itaque 'captam urbem diripere'<sup>m</sup> jussit 'delectos Macedones,' haud injuria infestus; et ad Meleagrum et Perdiccam redit. 22. Sed non alia urbs fortius obsidionem tulit: quippe et militum promptissimi cecidere, et ipse rex ad ultimum periculum venit: namque cervix ejus saxo ita icta est, ut oculis caligine offusa collaberetur, ne mentis quidem compos: exercitus certe velut erepto eo 'ingemuit. 23. Sed invictus adversus ea, quæ ceteros terrent, nondum percurato vulnere, acrius obsidioni institit, naturalem celeritatem ira concitante. Cuniculo<sup>n</sup> ergo suffossa moenia ingens nudavere spatium; per quod irrupit, victorque urbem dirui jussit. 24. Hinc Menedemum<sup>o</sup> cum III. millibus peditum et DCCC. equitibus ad urbem Maracanda misit. Spitame-

\* Quasi mortuus foret.

~~~~~

magnitudine et claritate. Mod. omittit credebat.—21 Leid. et Voss. 1. 2. *tram* ejus. Bong. 2. *ascendit*. 'Cur potissimum *delectos*, cur non omnes, causam non video. In cod. Theocr. est: *diripi jussit ac delere*.' Schmieder. Codd. Modii *diripi jussit*. *Delectæ Macedones*, &c. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. *diripi*; Bong. *deripi*. Florent. Leid. Bong. et Dan. *delectæ*; Voss. 1. *delecte*; Voss. 2. *dilere*; Pal. 1. *dilectos*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *ad Meleagrum*, omisso *et*. Vide Not. Var. Mer. *redidit*.—22 Voss. 2. *promptissimi occidere*. Pal. 1. *ad u. periculi*; Voss. 1. *ad u. p. pervenit*. Voss. 2. *ita saxo*. Sigeb. Pal. 1. et Bong. 1. *confusa*; Mer. *effusa*; Amst. et Lugd. *offusus*; Mod. Col. al. *confusus*; Dan. Bong. 2. Florent. Leid. Voss. 1. et edd. vett. et recentt. post Freinsh. *offusa*. Pith. et Fauch. *nec mentis*. Pith. omittit *ex. c. v. e. e. ingemuit*. Florent. Leid. Voss. 1. veteres Heinsii et Modii membranæ: *erepto in eo*.—23 Pal. 1. *obsidioni incubuit*.—24 Pal. 1. *peditum DCCC.*, omisso *et*. Voss. 2. *equitum pro equitibus*. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *Maracandam*; Voss. 2. *Maraquandam*. Bong. *Spithamenes*. Voss. 2.

#### NOTE

gestis; de quibus Diodorus lib. II. Justinus lib. I. sub init.

<sup>m</sup> *Diripere*] Alia est Acidalii lectio partim ex codicibus, partim ex conjecturis restituta sic: *Urbem diripi jussit. Deleta, Memacenis haud injuria infestus, ad Meleagrum et Perdiccam redit. Sed vulgatam mutare nihil cogit. Longiorem obsidionis narratio-*

nem texit Arrianns lib. IV.

<sup>n</sup> *Cuniculo*] De cuniculis vide lib. IV. cap. 6.

<sup>o</sup> *Menedemum*] Adjunctis Carano et Andromacho, sive Aristomacho, et Pharnuche Lycio interprete, ut est apud Arrianum. *Tria millia*] Idem solum MD. numerat.

nes transfuga, præsidio Macedonum inde dejecto, muris urbis ejus incluserat se:<sup>p</sup> haud oppidanis consilium defectionis approbantibus: 25. sequi tamen videbantur, quia prohibere non poterant. Interim Alexander ad Tanain amnem redit, et, quantum soli occupaverant castris, muro circumdedit. LX. stadiorum<sup>q</sup> urbis murus fuit: hanc quoque urbem 'Alexandriam' appellari jussit. 26. Opus tanta celeritate perfectum est, ut decimo septimo die, qua munimenta excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur. 27. Ingens militum certamen inter ipsos fuerat, ut suum quisque munus, (nam divisum erat,) primus ostenderet. Incolæ novæ urbi dati captivi,<sup>r</sup> quos reddito pretio dominis liberavit, quorum posteri nunc quoque nondum apud eos tam longa ætate propter memoriam Alexandri exoleverunt.

VIII. 1. Rex Scytharum, cujus tum ultra Tanain imperium erat, ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse cervicibus, fratrem Cartasim nomine cum magna equitum manu misit 'ad diruendam eam, proculque amne summovendas Macedonum copias.' 2. Bactrianos Tanais<sup>a</sup> ab Scythis, quos Euro-

\*\*\*\*\*

omittit, inde dejecto. Voss. 1. aut oppidanis. Florent. consilio.—25 Voss. 1. omittit ad ante Tanaim, et mox habet, urbem Alexandria; Ald. urbem Alexandriam.—26 Voss. 2. quota decima se die; Voss. 1. et Ald. XVII. die; Pith. XVIII. die, sed I. semiexscalpto. Florent. Leid. Bong. 1. Frob. Amst. et Lugd. quam munimenta, quod recepit Bothe; Voss. 2. excita erant.—27 Voss. 2. omittit, inter ipsos. Florent. primus offenderent. Paulo post, Bong. 1. et Voss. 2. omittunt nondum, pro quo Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. habent non. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. al. exoluerunt; Voss. 1. exolverent. Florent. Leid. Fanch. et Bong. 1. exoleverunt.

1 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. At rex; Voss. 1. Ut rex. Voss. 2. in ripam amnis. Florent. Leid. Bong. Amst. et Lugd. Cartasim; Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. Charcasim; codex Raderi, Carchasim. Florent. ad diripiendam; Voss. 1. et Bong. 1. dirupendam. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. ad summovendas.—2 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Pal. 1. et Bas.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Incluserat se] Inde tamen Macedonum præsidium, quod in arcem refugerat, obsidebat, Arriano teste.

<sup>q</sup> LX. stadiorum] Septem milliarum cum quingentis passibus.

<sup>r</sup> Captivi] Arrianus, 'eam merce-

nariis Græcis habitandam tribuit, et finitimis barbaris, quibus sua sponte eo commigrandi voluntas fuit; nonnullis etiam Macedonibus qui inepti bello erant.'

<sup>a</sup> Bactrianos Tanais] Idem error, ut

pæos vocant, dividit. Idem Asiam et Europam<sup>b</sup> finis interfuit. 3. Ceterum Scytharum gens haud procul<sup>c</sup> Thracia [sita ab Oriente] ad Septemtrionem se vertit; Sarmatarumque, ut quidam credidere, non finitima, sed pars est. 4. Recta deinde<sup>d</sup> regionem aliam<sup>e</sup> ultra Istrum<sup>f</sup> jacentem

\*\*\*\*\*

*Europeas; Col. Europeos. Pal. 1. Idem Asia et Europa interfuit; Modii membranæ: Jam Asia et Europa fines interfuit.—3 Voss. 1. aut procul. Voss. 2. omittit sita ab Oriente, probante Schmieder. Pal. 1. in Oriente. Voss. 1. ut quidam credidere.—4 Bong. regionem alium; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. regione alium; Mer. regione alaunum. Voss. 2. Istrum. Flo-*

#### NOTE

vidimus supra cap. 3. et lib. vi. cap. 5. ex Parapamiso Caucasum, Euxinum ex Caspio, Tanaim ex Iaxarte fecit. Versus Tanais quis sit, diximos ad lib. vi. cap. 3. Nunc iste Pseudo-Tanais Iaxartes est; sive, ut Arrianus vocat, Orxantes: quem Scythæ patria lingua *Silya* vocant, teste Plinio lib. vi. cap. 16. Oritur ex Parapamiso, et Sogdianam ac Scythas medius interfuit; Bactrianam proprie dictam nusquam attingit. Quare sic interpretandus Curtius, ut Bactrianæ nomine ipsa quoque Sogdiana comprehendatur. Hodie *Chesel* Tartaria vocari ferunt.

<sup>b</sup> *Asiam et Europam*] Hæc vero proprieque dicto Tanai conveniunt; huic nostro per errorem accommodantur, qui longo intervallo abest ab Europa.

<sup>c</sup> *Haud procul*] Vide lib. vi. cap. 2. *Sarmatarum*] 'Veteres Græcorum scriptores universas gentes Septemtrionales Scytharum et Celtoscytharum nomine affecerunt.' Strabo lib. xi. Hoc sensu Scythia nec pars erat, nec finitima Sarmatiæ; sed ipsa potius Sarmatia Scythiæ quædam portio. Nam, ut addit idem Strabo, 'iis autem antiquiores ita dividerunt eas, ut qui supra Euxinum, Istrum, et Adriam (in Septemtrionem) eos omnes Hyperboreos, Sauromatas, et Ari-

maspos appellarent: qui trans mare Hyrcanum, Sacas et Massagetas.' Duplex porro Sarmatia distinguitur, Europæa et Asiatica. Illa ab Germania et Pannonia ad Orientalem Europæe limitem extensa, maximam Polonici Moschoviticique imperii partem occupabat: ista ulterius usque ad Carambycen fluvium et lineam ab illo ductam ad Boreale Caspii littus supra Volgam extendebatur.

<sup>d</sup> *Recta deinde*] Obscuri ac depravati loci duplex est a Freinshemio restituta lectio. Priori, quam sequimur, sententia est: Scythiæ regio, qua patet in longum, ab Thracia excurrrens Alannos attingit, et ad Bactrianam usque pertinet; quæ omnium Asiæ partium proxime ad Septemtrionem accedit. Hanc enim, falsam licet, Curtii mentem esse constat ex iis quæ hactenus vidimus. Altera lectio sic habet: *recta deinde regione in aliam ultra Istrum jacentem coit: ultima Asia, quæ Bactra sunt, stringi quæ Septemtrioni proxima sunt.* Sed hæc ad Curtii quidem sensum hoc loco minus apta visa est.

<sup>e</sup> *Aliam [Alaunum]* Alanni sive Alani a Ptolemæo, Plinio, Josepho, aliis que collocantur in Sarmatia Europæa supra Mæotim paludem, circa Tanaim: quæ satis apte Curtio congruunt, unicum hunc Tanaim agno-

colit: ultima Asiæ, quæ Bactra sunt, stringit: quæ Septemtrioni proxima sunt, profundæ iadæ sylvæ<sup>s</sup> vastæque solitudines excipiunt. Rursus quæ ad Tanain et Bactra spectant, humano cultu haud disparia sunt.\* 5. Primum cum hac gente non provisum bellum Alexander gesturus, cum in conspectu<sup>h</sup> ejus obequitaret hostis, adhuc æger ex vulnere, præcipue voce deficiens, quam et modicus cibus et cervicis extenuabat dolor, 'amicos in consilium advocari' jubet. 6. Terrebat eum non hostis, sed iniquitas temporis. Bactriani defecerant: Scythæ etiam lacescebant: ipse non insistere in terra, non equo vehi; non docere, non hortari suos poterat. 7. Ancipiti periculo implicitus, Deos quoque incusans, querebatur, 'se jacere segnem, cujus velocitatem ne-

\* Non dissimilia sunt iis terris quas homines colant.

\*\*\*\*\*

rent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Pal. 1. Frob. et Mer. *stringit habitant quæ*; Ald. Colin. Gryph. et Bas. *stringit, habitat, quæ*. Leid. pro *proxima* habet *propia*; Voss. 2. Dan. Pith. et Fauch. *propria*; Pal. 1. et Pith. 1. *proprie*; Voss. 1. et Bong. 2. *propria*; Theocr. *propriora*. Florent. et Leid. *Rursus quæque et Tanain*; Voss. 1. Dan. et Ald. *Rursus quæ et Tanain*; Voss. 2. *Rursus et Tanain*; Bong. 2. *Rursusque et Tanain*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *expectant*. Mer. *ab humano*. Voss. 1. *ant disparia*; Pith. *haud procul disparia*.—5 *Primus* edd. vulgg. ante Schmieder. qui ex cod. Voss. 2. lectionem nostram recepit. Pal. 1. omittit *Alexander*. Voss. 2. pro *cervicis* habet *vocis*. Florent. et Leid. *extenuabat*. Voss. 2. *concilium a. jubet*.—6 Voss. 1. *Scite*; Pal. 1. *Scythæ et lacescebant*. Heinsius conj. *insistere terræ, vel in terram*.—7 Voss. 2. *nemo valuisset, omisso antea*. Florent.

#### NOTÆ

scenti; adeoque Mæotium paludem in Caspium influere existimanti, ut ostendimus ad cap. 3. et ad lib. vi. cap. 4. Plura qui volet de Alanis, Valesium adeat in Marcellinilib. xxxi. cap. 5. Sed ut aliæ Scytharum gentes, sic ista non unam sedem habuit; cum a Ptolemæo et Alanus mons in Scythia intra Imaum reponatur, cujus incolæ, ut verisimile est, Alani.

<sup>c</sup> *Ultra Istrum*] Ister lib. iv. cap. 11. *Ultra Istrum* autem cum dicit, Thraciæ habito respectu loquitur, ut patet quoque ex lib. vi. cap. 2. de qua etiam sumi oportet illud *deinde*, quod est, 'ab eo loco.' Neque enim,

si Asiæ respectu loqueretur, Scytharum regionem ultra Istrum diceret protendi. Vides ergo quod modo dicebamus, minus convenire præsentī loco alteram illam lectionem, quæ ab Asia Europam versans in Scythiæ situ describendo procedit.

<sup>s</sup> *Inde sylvæ*] Id est, penitus et remotius a Bactris (versus Boream) sylvæ sunt et paludes. *Freinskh.*

<sup>h</sup> *In conspectu*] Immo non in conspectu solum, sed tam prope, ut trans fluvium illa parte angustum tela simul et probra Scytharum exciperentur.



mo antea valuisset effugere; vix suos credere, non simulari valetudinem.<sup>1</sup> 8. Itaque qui post Darium victum hariolos<sup>1</sup> et vates consulere desierat, rursus ad superstitionem, humanarum gentium ludibria, revolutus, 'Aristandrum,' cui crudelitatem suam addixerat, 'explorare eventum rerum sacrificiis' jubet. Mos erat aruspibus,<sup>1</sup> exta sine rege spectare, et, quæ portenderentur, referre. 9. Inter hæc Rex, dum fibris pecudum explorantur eventus latentium rerum, 'propius ipsum considerare amicos' jubet, 'ne contentione vocis cicatricem infirmam adhuc rumperet.' He-phæstion, Craterus, et Erigyus erant cum custodibus in

<sup>1</sup> *Macedones tantum non putare morbum ab ipso fingi.*

~~~~~

Leid. Voss. 1. 2. et Pal. 1. non s. valetudinem.—8 Voss. 1. *Ita qui post*; Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. Bong. et Mer. *Itaque post*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Bas. *gentium*; sed reliquæ omnes edd. habent *mentium*, quod primus reposuit Modius ex conj. Palmerii. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mod. *ludibrio*; Mer. *ludibrium*; Pal. 1. *ludibria*. Voss. 2. *resolutus* pro *revolutus*. Voss. *Aristander*; Dan. *Aristandum*. Florent. Leid. et Bong. *crudelitatem*. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *adduxerat*. Florent. *aruspibus*. Voss. 1. *regere spectare*; Florent. Leid. et Bong. *rege expectare*.—9 Vulgg. ante Freinsh. *exploratur eventus*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. et Dan. *explorantur eventus*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Col. Mer. et Bas. *prius* pro *propius*. Pal. 1. *consyderare*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. c. *deinde amicos jubet*. Voss. 2. omittit *cicatricem*. Ald. *infirmam adhuc*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Col. et Frob. *Ephestio*; Ald. *He-phæstio*; Mer. et Bas. *Ephestion*. Bong. *Cratherus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. et Bong. *Eriguus*; Col. *Eriguus*; edd. aliæ ante Freinsh. *Erygius*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Hariolos*] Sic dictos alunt quasi 'fariolos,' a 'fari,' unde ducta est 'fabula,' &c. quomodo veteres 'hanum' pro 'fanum,' 'hædus' pro 'fædus' dixere: cuius rei causam lib. III. cap. 1. aperuimus.

<sup>1</sup> *Aruspibus*] Ita scribendum sine aspiratione; non quia ex 'ara' ductum sit vocabulum, ut iis visum est qui Græce *Βουρσάνους* interpretati sunt; (repugnat enim tum primæ syllabæ quantitas, tum etiam auctoritas veterum); sed quod ex 'arviga' et 'specio' factum fuerit per syncope pro 'arvispex,' aut 'arugispex,' 'Arviga' autem sive 'aruga,' non ab

'hara,' ut vult Donatus; sed ab 'arvix, gia,' derivatum est, ut ex antiquis ostendit Vossius in Etymol. voce 'Aries' et 'Aruspex.' Est autem 'arviga,' hostia, quia ex arietibus plerumque sumebatur, qui 'arviges' veteribus dicti sunt. Erat autem aruspium ars sive munus victimarum 'exta,' id est, viscera inspicere, et ex vario illorum statu futura portendere. De quibus fuse Delrio in Disquis. Magic. 'Extæ' numerantur cor, cerebrum, pulmo, stomachus, lien, jecur sive hepar, quod caput 'extorum' dicebatur: unde et ipsi arti nomen inditum est, *ἡνρωσκόπια*.

tabernaculum admissi. 10. 'Discrimen,'<sup>k</sup> inquit, 'me occupavit meliore hostium, quam meo tempore.' Sed necessitas ante rationem est: maxime in bello, quo raro permittitur tempora eligere. 11. Defecere Bactriani, in quorum cervicibus stamus;<sup>d</sup> et quantum in nobis animi sit, alieno Marte<sup>l</sup> experiuntur. Haud dubie si omiserimus Scythas ultro arma inferentes, contemti ad illos, qui defecerunt, revertemur. 12. Si vero Tanain transierimus, et ubique invictos esse nos Scytharum pernicie ac sanguine ostenderimus; quis dubitabit parere<sup>m</sup> etiam Europæ victoribus? 13. Fallitur, qui terminos gloriæ nostræ metitur spatio, quod transitori sumus. Unus annis interfluit: quem si trajicimus, in Europam arma proferimus. 14. Et quanti æstimandum est, dum Asiam subigimus, in alio quodammodo orbe<sup>n</sup> tropæa statuere: et quæ tam longo intervallo natura

<sup>c</sup> Bellum mihi exortum est, tempore hostibus opportuniore quam mihi.

<sup>d</sup> Quorum colla servitute premimus.

<sup>e</sup> Scytharum bello probare volunt quanta virtus nostra sit.

—10 Voss. 2. *mei tempore*. Florent. Leid. Mod. et Voss. 1. *quod raro*. Mod. permittit. Florent. Pal. 1. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Col. et Bas. *tempore legere*; Mer. *tempore legem*.—11 Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Pal. 1. *et stamus*. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *Haud dubia fortuna si*; Bong. 1. et Pal. 1. *Haud dubie fortunam si*; Voss. 1. 2. Bong. 2. alii: *Aut dubia fortuna si*. Vide Not. Var. Voss. 1. *Scilas*. Pal. 1. *ultro*. Voss. 2. et Pal. 1. *contenti ad illos*.—12 Voss. 2. *Tanain transferimus*. Florent. Leid. et Ald. *quis dubitavit*. 'Necessario cum Tell. legendum est: *quis dubitabit parere etiam Europæ victoribus*?' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. *parere*; Bong. *parcere*. Florent. Leid. et Voss. 1. *etiam Europen*; Voss. 2. et Ald. *Europen*, omisso *etiam*; Mer. Frob. Col. et Bas. *Europam*, omisso *etiam*; Bong. Mod. alii, *etiam Europam*.—13 Voss. 2. *spatium quoque*, et mox: *quem si transiverimus*; Leid. et Voss. *quem si traicimus*.—14 'Modius non inepte legit: *dum alium*, sc. orbem.' Schmieder. Ita etiam Elz. et alii

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Discrimen*] Usnm hujus vocis apud Curtium explicuimus, lib. III. cap. 12.

<sup>l</sup> *Alieno Marte*] Conflato nobis Scythico bello experiri volunt, quantum valeamus animo et robore.

<sup>m</sup> *Parere* [*patere*] Bona est hujus commatis sententia: sed nescio quem animo meo insedit suspicio, aptius huic loco et Alexandri orationi fore, si sic legeretur: *quis dubitabit parere*

*etiam Europæ victoribus*, ab illa parte videlicet. Ut enim omittentibus Scythas Bactrianorum contemtum imminere, sic illis domitis deditionem istorum victoriam fore accessionem docebat.

<sup>n</sup> *Alio q. orbe*] In Europa, quæ per Asiam eo penetrantibus novi orbis instar videri poterat. Sed hæc falsa ex opinione nata sunt, ut sæpe docui-

videtur diremissee, una victoria subito committere? 15. At hercule si paululum cessaverimus; in tergis nostris Scythæ hærebunt. An soli sumus, qui flumina transare possumus? Multa in nosmet ipsos recident, quibus adhuc vicimus. 16. Fortuna belli artem victos quoque docet. Utribus<sup>o</sup> annem trajiciendi exemplum fecimus nuper: hoc ut Scythæ imitari nesciant, Bactriani docebunt. 17. Præterea unus gentis hujus adhuc exercitus venit, ceteri expectantur. Ita bellum vitando alemus; et, quod inferre possemus, accipere cogemur.<sup>a</sup> Manifesta est consilii mei ratio. 18. Sed an permissuri sint Macedones animo uti meo, dubito; quia, ex quo hoc vulnus accepi, non equo vectus sum, non pedibus ingressus: sed si me sequi vultis, valeo, amici. 19. Satis virium est ad toleranda ista: aut si jam adest vitæ meæ finis, in quo tandem opere melius extinguar? 20. Hæc quassa adhuc voce, subdeficiens, vix proximis exaudientibus dixerat; cum omnes a tam præci-

<sup>f</sup> Repente unica victoria beneficio conjungere.

<sup>g</sup> Quorum ope hactenus victores fuimus.

<sup>a</sup> Bellum Scythicum accersimus illud fugiendo, et quod nunc incipere primi possumus, postea sustinere cogemur illatum.

edd. ante Freinsh. sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Prob. Mer. Col. et Bas. dum Asiam.—15 At hæc hercule Mor. At ercule Voss. 1. paulum Florent. Leid. Voss. 1. Amst. et Lugd. paulum Pith. nostris deest in Fauch. An soli Voss. 2. transare Voss. 2. transare vulgg. ante Freinsh. transare Florent. Leid. Voss. 1. 2.—16 Voss. 2. hostem pro artem. Pith. omittit victos. Leid. et Voss. 1. annem trajiciendi. Voss. 2. ut Scythæ, omisso hoc; Voss. 1. hoc ut Scite.—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fauch. et Bong. 1. 2. exercitus adhuc venit; Pith. venit exercitus adhuc; Pal. 1. a. e. pervenit, c. exspectant. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Elz. alii possumus; Ald. Colin. Gryph. Prob. Mer. Col. et Bas. possemus. Amst. Manifesta igitur est.—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. sint mihi Macedones. Pal. 1. quo vulnus, omisso hoc; Voss. 1. quo ob vulnus; Voss. 2. hæc accepi, omisso vulnus.—19 Pal. 1. etiam jam adest, et mox tempore pro opere.—20 Vulgg. ante Freinsh. deficiens; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph.

#### NOTÆ

mus. *Tropæa*] A τροπή, conversio in fugam, τροπαίων dictum est monnmentum, quod a victoribus eo loco excitabatur unde hostes in fugam conjecerant. Scripsere veteres 'tropæum'

verius; sed, ut in Bosphoro aliisque, reclamantibus licet eruditiss, vulgi usus obtinuit ut 'tropæum' communius scribatur pronuntiaturque.

<sup>o</sup> Utribus] Supra, cap. 19.

piti consilio regem detertere coeperunt. 21. Erigyius maxime: qui, haud sane auctoritate<sup>p</sup> proficiens apud obstinatum animum, superstitionem, cujus potens non erat rex, incutere tentavit, dicendo, 'Deos quoque obstare consilio, magnumque periculum, si flumen transisset, ostendi.' 22. Intranti Erigyio tabernaculum regis Aristander occurrerat, 'tristia exta fuisse' significans: hæc ex vate comperta Erigyus nuntiabat. 23. Quo inhibito, Alexander, non ira solum, sed etiam pudore confusus, quod superstitio, quam celaverat, detegebatur, 'Aristandrum vocari' jubet. 24. Qui ut venit, intuens eum, 'Non rex,' inquit, 'sed privatus sum: sacrificium ut faceres, mandavi: quid eo portenderetur, cur apud alium, quam apud me, professus es? Erigyus arcana mea et secreta te prodente cognovit. Quem certum<sup>q</sup> mehercule habeo extorum interprete uti metu suo. 25. Tibi autem quam potest, denuntio, ipse mihi indices, quid ex extis cognoveris; ne possis inficiari dixisse, quæ dixeris.' 26. Ille exsanguis attonitoque similis stabat, per me-

<sup>i</sup> *Superstitiosum metum, cui rex summe obnoxius erat, injicere conatus est.*

\*\*\*\*\*

Col. Frob. Mer. et Bas. *subdeficiens*.—21 Voss. 1. *incutere temptavit*.—22 *Intrant* Voss. 2. et mox *Aristander occurrit*. Florent. Leid. et Pith. *ex suo vate*; Voss. 2. *exta*; Fauch. et Bong. 2. *sue*.—23 Bas. *pudore confessus*; Voss. 2. *pudore affusus*.—24 Pith. omittit *intuens eum*. 'Recte Snakenburgio sum eliminandum videtur.' Schmieder. Florent. Leid. et Bong. *quod eo*; Bong. 1. *quæ eo*. Voss. 2. omittit *cur*. Ald. habet *apud te*; Pal. 1. *confessus es*. Voss. 1. *arcane mea*; Voss. 2. *archana mea*, et mox omittit *mehercule*. Pleræque edd. *interpretem metu suo*; Bongarsiani: *interpretenti metu suo*; Voss. 2. *interpretem ut metu suo*.—25 Voss. 2. *tibi sapius haud quam potest*; Florent. Leid. et Pal. 1. *tibi autem qui sapius quam potest*; vulgg. edd. ante Modium: *tibi autem sapius quam potest*; Mod. Amst. Lugd. et recentt. ut in textu. Pal. 1. et Bong. 1. *denuntiat*. Bong. et Voss. 1. *ipsi mihi indices*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *quid extis*, omisso *ex*; Voss. 2. *quid de extis c. n. p. i. d. que vel cupio*.—26 Pal. 1. *pre metu*. Paulo

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Auctoritate*] Suasione, consilio. Lib. vi. cap. 8. *Superstitio*, lib. v. cap. 3.

<sup>q</sup> *Quem certum*] Quem (Erigyium) certo scio non ex rei veritate, sed ex suo pavore interpretari in malam par-

tem, quæ in extis victimarum apparere ex te didicit. *Quam potest*] Pro, 'quantum denuntiari,' id est, imperari a me potest: vel, quam gravissime potest. *Attonito*] Vide lib. viii. cap. 6.

um etiam voce suppressa: tandemque eodem metu stimulant, ne regis expectationem moraretur, 'Magni,' inquit, 'laboris, non irriti discrimen instare,' prædixi: nec mea ars,' quam benevolentia me perturbat.<sup>1</sup> 27. Infirmi-  
tatem valetudinis tuæ video, et quantum in uno te sit scio. Vereor, ne non præsentī fortunæ tuæ sufficere possis.' 28. Rex iussum 'confidere felicitati suæ' remisit.<sup>2</sup> 'Sibi enim ad alia gloriam concedere Deos.' 29. Consultanti deinde cum iisdem, 'quonam modo flumen transirent,' supervenit Aris-

<sup>1</sup> Laboriosum, sed non infaustum bellum imminere.

<sup>2</sup> Plus me sollicitum facit amor tui, quam quæ arte mea prospectio.

~~~~~

post, Voss. 2. omittit irriti. Florent. Leid. Mod. Amst. Lugd. et Antverp. nec me ars mea magis quam benevolentia perturbat; Voss. 1. et Leid. nec mea ars me; Voss. 2. et Fauch. nec tam mea ars; Pal. 1. et Elz. nec me mea ars; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. Erasm. et Argent. nec mea ars magis; Bong. 1. subscriptum habet magis. Florent. et Voss. 1. benivolentia. Frob. Col. Ald. Colin. Gryph. et vulgg. ante Freinsh. magis perturbat; ceteri vero codd. ut in textu.—27 'Lego: Inf. v. t. cum (vel si) video, et quantum in uno te sit situm, vereor, &c. ut lib. viii. 8. 8.' Heins. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Lugd. et Amst. ne præsentī fortunæ tuæ sufficere non possis.—28 Mod. Lugd. et Amst. iussu. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Bong. confitere; Voss. 2. conficere. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Mer. felicitatis. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mod. Mer. Lugd. et Amst. omittunt, remisit sibi enim. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. ad alia sibi ad gloriam; Pal. 1. et Dan. ad alia gloriam; Mod. ait ad alia gloriam; Lugd. et Amst. ait alia sibi ad gloriam. Voss. 2. contendere. Vide Not. Var. 'Verba ista ut emendarent, multi operam dederunt. Liceat addere et conjecturam meam. Videtur vox alia ex compendio scripturæ oīa nata, ut sit legendum: sibi enim ad omnia gloriam concedere Deos. Minime placet Heumannus: sibi animalia ad gl. c. Deos, h. e. sibi plures esse victimas ad lætiora exta invenienda.' Schmieder.—29 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. Consultanti mihi cum isdem; Pal. 1. et Dan. Consultanti mihi cum iisdem q. m. f. transiret. Cum vero iterum divinare perrexerit: reversus pervenit Aristander; Bong. 1. Consultanti mihi, et superscr. e consulenti; Mer. Consultanti mihi. Voss. 2. transierit; Ald. Frob.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Ars, quam] Pro 'magis quam,' ut alias diximus lib. v. cap. 5. et frequentia sunt, præsertim apud Tacitum, exempla.

<sup>2</sup> Remisit] Novo sacrificio nova exta inspecturum. Sibi enim] Incertæ scripturæ sententia incertior. Lectionem, quæ planior visa est, sic interpretor: Iret ac denuo exta consuleret; sibi enim Deos ita propitios esse, ut alia etiam ampliora, quam

quæ tunc cuperet, ipsius gloriæ amplificandæ studio concessuri essent. Vel, quod magis arridet: Sibi nova melioraque, quam prius, omnia concessum iri a Diis gloriæ ipsius faventibus. Hanc vim habere videtur illud enim; causæ quippe redditio est cur illum novo sacrificio lætiora exquirere præsagia jubeat; quod ipso eventu comprobatum est.

tander, 'non alias lætiora exta vidisse se affirmans: utique prioribus longe diversa: tum solitudinis causas apparuisse; nunc prorsus egregie litatum esse.' 30. Ceterum quæ subinde nuntiata sunt regi, continuæ felicitati rerum ejus imposuerant labem.' 31. Menedemum, ut supra dictum est, miserat ad obsidendum <sup>1</sup> Spitamenen, Bactrianæ defectionis auctorem. Qui, comperto hostis adventu, ne muris urbis includeretur, simul fretus excipi posse, qua venturum sciebat, consedit occultus.<sup>2</sup> Silvestre iter aptum insidiis tegendis erat: ibi Dahas<sup>3</sup> condidit. 32. Equi binos armatos vehunt, quorum invicem singuli repente desiliunt: et equestris pugnae ordinem turbant: 33. equorum velocitati par est hominum pernicitas. Hos Spitamenes saltum circumire jussos pariter et a lateribus, et a fronte, et a tergo hosti ostendit. 34. Menedemus undique inclusus, ne numero quidem par, diu tamen restitit; clamitans, 'nihil

<sup>1</sup> Perpetuam prosperitatem bellorum ipsius aliquo dedecore corruperant.

<sup>2</sup> Præterea confusus occupari posse incautum, in insidiis sese occultit.

<sup>3</sup> Quorum singuli alternatim ex equo descendunt.



Mer. Col. et Bas. *transiret*. Pith. *solitudinis*. Vulgg. ante Freinsh. *aperuisse*; Voss. 2. *apperuisse*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *apparuisse*; et sic in Dan. nisi quod *e* superscriptum habet. Pal. 1. *litatum est*.—30 Voss. 2. *subinde quæ*. Bong. 1. *felicitatis*.—31 Voss. 2. *ab obsidendum*, et mox omittit *urbis*. Florent. Leid. Voss. 1. Mod. Elz. et alia vett. *quem venturum*; Acidalius edidit, *qua venturum*, enque secuti sunt Rader. Freinsh. et recentt.—32 Bas. *apta insidiis*. Aristobulus ap. Arrian. non *Dahas* sed 'Scythas' commemorat. Duo etiam exemplaria Curtiana, Bas. et Mer. *Dacas* legunt; unde: *ibi Sacas condidit* legere volebat Schmieder, qui paulo post e cod. Theocr. conjunctionem et inseruit ante *equestris*; et sic maluit Bothe.—33 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *par hominum*, omisso *est*. Florent. *His Spitamenes*. Pal. 1. *per saltum*. Voss. 2. *circumvenire*; vulgg. ante Freinsh. *circuire*. Florent. *jussos*. Pal. 1. omittit *pariter*. Voss. 1. et alteribus. Voss. 2. et a tergo *hostem*. Ald. Colin. Gryph. Frob. et Col. *se ostendit*; rō se delevit Modius.—34 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. *resistit*; ceteri codd. et omnes edd. ante Modium et post Freinsh. *restitit*.—

#### NOTE

<sup>1</sup> *Ad obsidendum*] Vide cap. 6. Tradit Arrianus Spitamenen soluta arcis obsidione in quam Macedones se receperant, versus Sogdianorum regiam (a Maracandis diversam) fugisse: insequentibus Macedonibus, in ipso

itinere pugnatum esse; auxilio præcipue Nomadum Scytharum, quos sibi forte obvios conjunxerat. Reliqua paulo aliter narrat quam Curtius.

<sup>2</sup> *Dahas*] Scytharum gentem, de qua lib. viii. cap. 1.

aliud superesse locorum fraude deceptis, quam honestæ mortis solatium 'ex hostium cæde.' 35. Ipsum prævalens equus vehebat, quo sæpius in cuneos<sup>v</sup> barbarorum effusis habenis evectus, magna strage eos fuderat. Sed cum unum omnes peterent, multis vulneribus exsanguis Hypsiden quendam ex amicis hortatus est, 'ut in equum suum ascenderet, et se fuga eriperet.' Hæc agentem anima defecit, corpusque ex equo defluxit in terram. 36. Hypsides poterat quidem effugere; sed amisso amico mori statuit: una erat cura, ne inultus occideret. Itaque subditis calcaribus equo in medios hostes se immisit, et memorabili edita pugna obrutus telis est. 37. Quod ubi videre, qui cædi supererant; tumultum paulo, quam cetera, editiorem capiunt: quos Spitamenes fame in deditionem subacturus obsedit. Cecidere eo prælio peditum II. millia,<sup>w</sup> CCC. equites. 38. Quam cladem Alexander solerti consilio texit, 'morte' denuntiata iis, qui ex prælio venerant, 'si acta vulgasent.'

VIII. 1. Ceterum cum animo disparem vultum diutius ferre non posset; in tabernaculum super ripam fluminis de industria locatum secessit. 2. Ibi sine arbitris singula

~~~~~

35 Voss. 2. *strage effuderat eos*.—36 Elz. allique omittunt *multis ante vulneribus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Venet. Veron. Mediol. Vet. an. 1474. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *suspiciens quendam*, omisso nomine *Hypsiden*; Pal. 1. habet, *suspiciens Hypsiden*. Voss. 2. *quem ex amicis*. Paulo post, Mer. *anima deficit*. Voss. 1. *ex quo defluxit*.—37 Voss. 2. *Hypsides*; alii *Hypsides*; Florent. Leid. et Bong. *Hypsiden*. Pith. *mori quidem stat*. Pith. Bong. 1. et Pal. 1. *occideretur*. Florent. Leid. et Voss. 1. *hostis*. Voss. 2. *se misit*.—38 Voss. 2. et Elz. *qui cæde supererant*. Pith. et Bong. 1. *tumultum pro tumultum*. Pal. 1. omittit *in deditionem*.—39 Pal. 1. *V. millia*; Bong. *II. millia*. Voss. 2. *Hanc cladem*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *denuntiata his*. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *advenerant*.

<sup>1</sup> Voss. 1. *in tabernaculo*. Edd. vulg. ante Freinsh. *supra ripam*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii et edd. recentt. *super ripam*.—2 Amst. *consilia pensando*.

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Cuneos*] '*Cuneus*' aciei forma, a '*cuneo*' ob figuræ quandam similitudinem nomen habuit; quod in acutum desinens, qua hostem respiciebat, sensim deinde cresceret, ac necni modo hostile agmen finderet.

Vide Lipsium de Milit. Rom. lib. iv. Dial. 7. Latius quandoque sumitur pro qualibet acie, ut hoc loco.

<sup>w</sup> *II. millia*] Vide cap. 6. Ait Arrianns ex omni numero equites 40. pedites 300. effugisse.

animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit, sæpe pellibus tabernaculi allevatis, ut conspiceret hostium ignes, e quibus conjectare poterat, quanta hominum multitudo esset. 3. Jamque lux apparebat, cum thoracem indutus procedit ad milites, tam primum post vulnus proxime acceptum. 4. Tanta erat apud eos veneratio regis, ut facile periculi, quod horrebant, cogitationem præsentia ejus excuteret. 5. Læti ergo, et manantibus præ gaudio lacrymis, consulant eum, et, quod ante recusaverant, bellum feroces deposcunt. 6. Ille, 'se ratibus equitem phalangemque transportaturum esse,' pronuntiat; 'super utres' jubet 'mare levius armatos.' 7. Plura nec dici res desideravit; nec rex dicere per valetudinem potuit. Ceterum tanta alacritate militum rates junctæ sunt, ut in triduum ad XII. millia effectæ sint. 8. Jamque ad transeundum omnia aptaverant; cum legati Scytharum XX. more gentis per castra equis vecti, 'nuntiari' jubent 'regi, velle ipsos ad eum mandata perferre.' 9. Admissi in tabernaculum jussique 'considerare' in vultu regis defixerant oculos; credo, quia magnitudine corporis animum æstimantibus modicus habitus haudquaquam \* famæ par videbatur. 10.

Pal. 1. *pellibus tabernaculorum*. Pith. *ut conspicerent*.—3 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mod. et vulgg. ante Freinsh. *lux appetebat*; Voss. 2. Pal. 1. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *lux apparebat*.—4 Voss. 2. *quem horrebant*. Membranæ Modii: *præsentia ejus excuterent*.—5 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *præ* ante *gaudio*. Voss. 2. *consultant eum*; Pith. *consulent eum*. Dan. *recusaverant bellum*.—6 Ald. *equitum*; Voss. 2. *equidem*. Voss. 1. 2. *salangenque*. Mod. *transportaturam esse*.—7 Voss. 2. *dici desideravit, et rex, omisso res*. Pal. 1. *rates inventæ sunt*; Heinsius conj. *crates j. sunt*. 'Forte pro rates legendum est utres, quæ junctæ sunt, h. e. consultæ et stramentis repletæ: ut intelligendum sit, rates sive naves quasdam factas quidem esse, (cf. cap. 9. princ.) plurimos autem militum utribus impositos transnatasse. Nec satis mihi probatur in triduum pro 'per tridni spatium.' Schmieder. Voss. 1. *ad XII. effectæ*; Pal. 1. *ad duodecim effectæ*.—8 Florent. et Voss. 1. *a transeundum*. Heinsius conjectabat, *præter castra equis vecti*. Voss. 2. *nunciare jubent r. v. eos*.—9 Voss. 1. *Ammissi*. Pal. 1. *jussique desiderare*. Pal. 1. *in cultum*. Florent. Leid. Voss. 1. Mer. et Bong. *credo quis*, et in hoc supraser. litt. *quasi*; Ald. *credo quis*. Florent. Leid. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *modicus animus haudquaquam*; Voss. 1. *modicus animus haud quamquam*; Voss. 2.

## NOTE

\* *Modicus habitus haudquaquam* [animi fallor, concecit Freinshemius ex veteribus libris, ubi *modicus annis*, vel mi, quam] Ita restituendum optime,



Scythis autem non ut ceteris barbaris rudis et inconditus sensus est: quidam eorum sapientiam capere dicuntur, quantamcumque gens capit semper armata. 11. Sicque locutos esse apud regem memoriæ proditum est. Abhorrent forsitan moribus nostris, et tempora et ingenia cultiora sortitis; sed ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet, quæ utcumque tradita sunt, incorrupta perferemus.<sup>a</sup> 12. Igitur unum ex his maximum natu ita locutum accepimus: 'Si Dii habitum<sup>b</sup> corporis tui aviditati animi parem esse voluissent; orbis te non caperet: altera manu Orientem, altera Occidentem contingeres: et hoc assecutus scire velles, ubi tan-

<sup>a</sup> *Scythæ porro non agresti et inculto sunt ingenio, ut reliqui barbari.*

<sup>b</sup> *Qui eorum verba, quoquo modo scripta a veteribus, nihil mutando referemus.*

modicus ex animus haud quamquam; Pal. 1. modicus annis quamquam; Dan. modicus animis quamquam; Freinsh. Snak. Barb. et Bip. modicus haudquamquam; Tell. modicus animi quam; Maitt. modicus animi haudquamquam. 'Recte emendavit Acidalius: modicus habitus haudquamquam; quod restituere non dubitavi. Cf. iv. 1. 25. v. 2. 13. vii. 8. 12. viii. 13. 21. præcipue vi. 5. 29.' *Schmieder*. Ita legit etiam Bothe. Vide Not. Var. Pith. per fame.—10 Idem codex omittit et inconditus, pro quo Voss. 1. habet et inconditis.—11 Florent. *Sicque locutus*; Pal. 1. *Si qua locutus*; Bong. 1. *Si qua locutus*. Voss. 2. *Abhorrentem*; vulgg. ante Freinsh. *Abhorrentia*; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Ald. Colin. Mer. Bas. et Col. *Abhorrent*. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Bong. moribusque. Ald. sed ut posuit oratio. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. sunt tradita. Voss. 2. omittit sunt. Florent. omittit incorrupta. *Schmieder*. cum Freinsh. malit: Si, quæ locutos esse apud regem memoriæ proditum est, abhorrent forsitan moribus nostris, et t. et ing. c. s. ut possit, &c. In margine ed. Gryph. periodus omnis sic disponitur: *Abhorrentia forsitan a moribus et tempora et ingenia cultiora sortitis, quæ utcumque tradita sunt, in corrupta perferemus. Sed ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet. Igitur, &c.* 'Sequentia sic lego: quæcumque tradita sunt, incorrupta perferemus. Bongarsius malebat: qui, utcumque, &c. [quod recepit Bothe.] Freinsh. omittit etiam sunt. Vulgata sic explicanda est: Quæ tradita sunt, utcumque tradita sint incorrupta perferemus.' *Schmieder*.—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. omittunt ita ante locutum. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Const. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. tui aviditatis; et ita fuerat in Bong. 1. sed s. exscalptum est. Pal. 1. alia manu. Bong. 1. numinis fulgur; pro quo Heins.

#### NOTE

animis constanter legitur. Sensus est: Scythis qui animum magnitudine corporis metiuntur, visum esse Alexandrum modicum animi, id est, animo humilem, potius quam tanta fama

dignum. Non inepta quoque foret Acidalii lectio, si libris iuvaretur; *modicus habitus haudquamquam par, &c.*

<sup>b</sup> *Habitum*] Staturam; supra, lib. vi, cap. 11.

ti numinis fulgor conderetur.\* 13. Sic quoque concupiscis, quæ non capis.<sup>d</sup> Ab Europa petis Asiam; ex Asia transis in Europam: deinde si humanum genus omne superaveris, cum sylvis et nivibus et fluminibus ferisque bestiis gesturus es bellum. 14. Quid tu, ignoras arbores magnas diu crescere; una hora extirpari? Stultus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide ne dum ad cacumen pervenire contendis; cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas. 15. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fuit: et ferrum rubigo consumit: nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido. 16. Quid nobis tecum est? nunquam terram tuam attigimus. Qui sis, unde venias, licetne<sup>c</sup> ignorare in vastis sylvis viventibus? Nec servire ulli possumus; nec imperare desideramus. 17. Dona nobis<sup>d</sup> data sunt, ne Scytharum gentem ignores, jugum boum, aratrum, hasta, sagitta, et patera.

\* Quo se solis lumen reciperet in occasu.

<sup>d</sup> Plura expetis quam continere possis.

\*\*\*\*\*

conj. *luminis fulgor*.—13 Acidalius pro *deinde* proponit *denique*. Voss. 2. *si ibi humanum*, et mox omittit *et nivibus*.—14 Voss. 1. Dan. et Bong. *altitudinem non metit*; Freinsh. conj. a. n. *metuit*. Pal. 1. omittit *ad ante cacumen*.—15 Frob. Mod. Amst. et Lugd. *pabulum fit*. Pith. *sit ab invalido*, omisso *etiam*.—16 Voss. 2. *licet me*; Mer. *liceretne*. Aventinus lib. 1. legit, *sylvis paludibusque*. Bong. 1. *viventibus*, et superscr. *tes*, ut *sit viventes*.—17 Mod. Elz. et vulgg. ante Freinsh. *Dona a nobis*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Col. Mer. et Bas. *Dona nobis*; Acidalius conj. *Bona nobis*, probante Radero; Heinsius: *Dona a Diis nobis, &c.* Pal. 1. *ne S. gentes*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. 2. *boves ei*; Bong. 1. *bovem*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *aratrum sagitta hasta patera*; Bong. 1. 2. *hasta et sag. aratrum patera*; Lugd. et Amst. *aratr. et sag. et h. et pat.* Mer. *aratr. et*

#### NOTE

\* *Licetne*] An non patiere nos in profundis viventes memoribus ignorare qui sis et unde venias, potiusquam nostro id incommodo discere, ad bellum compulso.

<sup>d</sup> *Dona nobis*] Omissis aliorum conjecturis, optima videtur hujus loci explicatio ex Herodoto petita, ad cujus fabulam potius quam historiam respexisse Curtium nullus dubito. Narrat igitur lib. iv. 'Targitao cui-

dam Scythæ tres liberos fuisse Lipoxain, Arpoxain, et novissimum Colaxain: his regnantibus demissa cælitus in Scythiam ex auro facta aratrum, jugum, securim, phialam.' Sic ergo accipe: *nobis data sunt*, a Diis scilicet. Omisit Curtius 'securim,' sed adjecit 'sagittam:' et mox 'hasta' meminit, quam inter dona non numeraverat. Acidalius pro *dona* maluit *bona*.

Delph. et Var. Clas.

Q. Curt.

2 N

His utimur et cum amicis, et adversus inimicos. 18. Fruges amicis damus boum labore quæsitæ: patera, cum his vinum Diis libamus: \* inimicos sagitta eminus, hasta cominus petimus. Sic Syriæ regem,<sup>f</sup> et postea Persarum<sup>g</sup> Medorumque superavimus, patuitque nobis iter usque in Ægyptum.<sup>h</sup> 19. At tu, qui te gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium, quas adisti, latro es.<sup>i</sup> Lydiam cepisti:

*sag. et pharetra*; Venet. et Veron. *aratr. et sagittam et pharetram*. Vocem *hasta*, quæ non habetur in edd. recentt. restituit Schmieder.—18 Venet. Veron. Mediol. et Mer. *damus bono labore*. Florent. et Leid. *cum iis*; Bong. 1. et vulgg. ante Freinsh. *cum iisdem*; Voss. 1. 2. Ald. Colia. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *cum his*. Bong. 1. *libamus Diis*; Voss. 2. omittit *Diis*. Bas. Col. Mer. et Ald. *cominus petimus*. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Frob. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Amst. *Scythiæ regem*; Voss. 2. Dan. Pith. et Fauch. *Scythæ regem*. Voss. 2. *patuit nobis*, omisso *que*.—19 Voss. 1. *quas*

## NOTE

\* *Libamus*] Rerum liquidarum sacrificium 'libatio' sive 'libamen' proprie appellatur; quod prius libatæ, id est degustatæ, in honorem deinde muniminis effunderentur. 'Libare' tamen sæpe pro 'sacrificio' quovis accipitur.

<sup>f</sup> *Syriæ regem*] *Syria* dixit pro 'Assyriæ,' ut supra lib. v. cap. 1. sed quis ille sit Assyriæ rex a Scythis devictus, dividere magis licet, (si licet tamen,) quam definire. Nam quæ de Scythis toti Asiæ imperantibus per annos mille quingentos ante Ninum a Justino scripta sunt lib. i. ea inter fabulas haud dubie numeranda sunt. Scytharum irruptio, qui Parthiam, in Assyriorum utique imperio, occuparunt, a Marshamo refertur ad Salomonis vel Roboami tempora; quibus regnabant ultimi illi Assyriorum reges inglorii, et prope sine nomine. Istorumne aliquem hic intelligi oportet, incertum. Alia memoratur ab Herodoto Scytharum invasio, cum Cyaxari Medorum regi Niniven, post devictum Assyrium, obsidenti superaverunt; eoque profligato Asiæ im-

perium annis 28. tenuerunt. Herodot. i. 2. et 7. Quod si ita est, Assyriæ quoque regem vicerint oportet. Contingerunt ista sub Olymp. xxxvi. an. 3.

<sup>g</sup> *Persarum*] Bellum Scythis fuisse legitur cum duobus Persarum regibus, Cyro et Dario Hystaspis; quorum utrique infelix fuit. De Cyro diximus cap. 6. hujus libri. De Dario lib. iii. cap. 10. et lib. iv. cap. 1. *Medorum*] Cyaxarem, ut modo diximus, qui Astyagis ultimi regis parens habetur.

<sup>h</sup> *Usque in Ægyptum*] Hoc quoque ibidem Herodotus; quod ex Ensebii Chronico confirmatur. Sed jam Palæstinum ingressus Psammitichus Ægypti rex cum muneribus occurrens, precibus effecit ne ulterius progredierentur.

<sup>i</sup> *Latro es.*] Similis fuit piratæ illius in loquendo audacia; qui, ut est apud Ciceronem de Repub. vi. ab Alexandro interrogatus 'quo scelere impulsus mare haberet infestum; eodem, inquit, quo tu orbem terrarum.'

Syriam occupasti; Persidem tenes: Bactrianos habes in potestate: Indos petisti:<sup>j</sup> jam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles<sup>k</sup> manus porrigis. 20. Quid tibi divitiis opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem;<sup>o</sup> ut, quo plura haberes, acrius, quæ non habes, cuperes. 21. Non succurrit tibi, quam diu circum Bactra hæreas?<sup>f</sup> Dum illos subigis, Sogdiani bellare cœperunt: bellum tibi ex victoria nascitur. Nam ut major fortiorque sis, quam quisquam; tamen alienigenam dominum pati nemo vult. 22. Transi modo Tanain: scies, quam late<sup>l</sup> pateant; nunquam tamen consequeris Scythas: paupertas nostra velocior erit, quam exercitus tuus; qui prædam tot nationum vehit. 23. Rursus, cum procul abesse nos credes, videbis in tuis castris: eadem velocitate et sequimur, et fugimus. Scytharum solitudines<sup>m</sup> Græcis etiam proverbii audio eludi: 24. at nos deserta

<sup>o</sup> *Primus es hominum cui saturitas esuriam attulerit.*

<sup>f</sup> *Nonne advertis quam dudum jam moreris ad Bactrianam subigendam?*

abisti. Maitt. Tyriam occupasti. Amst. avaras et insatiabiles, probante Schmieder.—20 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. omittunt *te ante esurire*; Voss. 2. *te esurire*. Fauch. *succurrit acrius*.—21 Voss. 2. *bella receperunt*; Freinsh. conj. *rebellare cœperunt*. Bas. et Col. *nemo pati vult*.—22 Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *late pateat*. Pal. 1. *prædam totam n. vehit*.—23 Idem codex: *nos credis*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Elz. alii *eadem enim*. Florent. Pith. Fauch. et Dan. *eludat nos deserta*; Voss. 2. *claudat hos deserta*; Pal. 1. et Bong. 1. 2. *eludi*. *At nos deserta*. Voss. 2. *magis vacua*. Pal. 1. omittit *et ante opulentos*.—24 Mod. et multæ edd. ante Freinsh. omiserunt

#### NOTE

<sup>j</sup> *Indos petisti*] Nondum Indiam erat ingressus, sed petierat; hoc est, propius accesserat, cum Arachosiam subegit et Parapamisadas. Adde quod ambæ regiones, aliæque finitimæ, Indiæ quoque tribuuntur a Curtio, ut infra videbimus, cap. 11. et lib. VIII. cap. 10. Mallent tamen aliqui legere: *Indos petis*.

<sup>k</sup> *Instabiles*] Legi posset: *insatiabiles*; sed libris nihil variantibus frustra vulgatam scripturam sollicitaveris. *Instabiles manus* vocat, quod vaga ra-

pacitate in omnem se partem extendent.

<sup>l</sup> *Quam late*] Cognosces quantum terrarum occupent Scythæ; sed eos nunquam assequeris, si recedere voluerint.

<sup>m</sup> *Scytharum solitudo*.] Abiit in proverbium, *ἄνωγος ἐρημία*, *Scytharum solitudo*; apud Aristophanem in Acharn. Act. II. sc. 6. Plutarchum de Stoicis contrar. cap. 33. Dicitur autem de summis calamitatibus, &c.

et humano cultu vacua, magis quam urbes et opulentos agros sequimur. Proinde fortunam tuam pressis manibus tene. Lubrica est, nec invita teneri potest. Salubre consilium sequens, quam præsens tempus, ostendit melius: <sup>a</sup> impone felicitati tuæ frænos; facilius illam reges. 25. Nostri sine pedibus dicunt esse fortunam, quæ manus et pennas tantum habet; cum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit. 26. Denique si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere: sin autem homo es; id quod es, semper esse te, cogita. Stultum est eorum <sup>a</sup> meminisse, propter quæ tui oblivisceris. 27. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti: nam et firmissima est inter pares amicitia; et videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium. 28. Quos viceris, amicos tibi esse cave credas: inter dominum et servum nulla amicitia est; etiam in pace<sup>o</sup> belli tamen jura servantur. 29. Jurando gratiam Scythas sancire, ne credideris: <sup>a</sup> colendo fidem, jurant. Græcorum ista cautio est, qui acta consignant, et Deos invocant: nos religionem in ipsa fide

<sup>a</sup> Consilii hujus utilitas apertius olim, quam nunc, apparebit.

<sup>Δ</sup> Ne putes Scythas amicitiam jurejurando firmare.

hæc: *Salubre... melius*; sed sic habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. nisi quod servant: *sequens quod præsens*. Pro *ostendit* Freinsh. mavult *ostendet*. Florent. et Leid. *regis nostri*; Voss. 1. Bong. et Mer. *regis. Nostri*; Mod. omittit *Nostri*.—25 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. alii, et *pennas tantum*. Pal. 1. *cum manus tantum porrigit*. Florent. Leid. et Fanch. omittunt *non sinit*, sed Fanch. superscriptum habet *s. dicunt*; Voss. 2. *patitur*.—26 Idem codex omittit *Denique*. Bothe edidit: *comprehendere*. *Ne denique si Deus es, &c. præeunte* Heinsio et conjectante: *comprehendi e re est, &c.* Leid. *sua non eripere*. Voss. 2. *si autem*, et *mox: esse cognita*, omisso *te*.—27 Voss. 2. *aliusque nunc obliviscaris*, quod recepit Bothe. Voss. 2. omittit *non ante intuleris*. Fanch. omittit *pares*. Pith. omittit *virium*.—28 Voss. 1. *cave credes*; Voss. 2. *cave ne inter dominum et servum credus*, et paulo post: *etiam est in pace*; Amet. et Lugd. omittunt *est*.—29 Pro *sancire* Pal. 1. *sanare*; Pith. *sentire*; Voss. 2. *sancire eos*. Mer. *nam pro fidem*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Mer. et Col. *qui facta*; Bongarsius

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Eorum] Felicitatis, victoriarum, gloriæ, imperii, &c. quorum cogitatione nimia tuæ, hoc est, humanæ conditionis oblivisceris.

<sup>o</sup> Etiam in pace] Victi subactique hostilem animum in victores, et rebellandi voluntatem, etiam composita pace, retineant.

novimus: <sup>4</sup> qui non reverentur homines, fallunt Deos. Nee tibi amico opus est, de cujus benevolentia dubites. 30. Ceterum nos et Asiæ et Europæ custodes habebis: Bactra, nisi dividat Tanais, contingimus: <sup>5</sup> ultra Tanain usque ad Thraciam colimus: Thraciæ Macedoniam conjunctam esse fama est. Utrique imperio tuo finitimos, hostes an amicos velis esse, considera.' Hæc barbarus.

IX. 1. Contra rex 'fortuna sua et consiliis suorum se usurum esse' respondet, '[nam et fortunam, cui confidat, et consilium suadentium, ne quid temere et audacter faciat, secuturum'] 2. dimissisque legatis, in præparatas rates exercitum imposuit. In proris clypeatos locaverat; jussos 'in genua subsidere, quo tutiores essent adversus ictus

<sup>4</sup> *Nostra religio in fidelitate posita est.*

~~~~~

conj. qui pacta, probante Schmieder. Mer. qui nos revererentur.—30 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Frob. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. custodes habes. Florent. Leid. et Voss. 1. Tanain et usque. Florent. ad T. colimus collibus; Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Venet. Veron. Mer. Bas. Ald. Colin. Gryph. et Col. ad T. collibus. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. fama fert. Mod. delet est. Voss. 2. omittit tuo ante finitimos. 'Speciosa quidem sed non necessaria est eorum conjectura qui utrimque imperio tuo legunt.' Schmieder.

1 Florent. Leid. Voss. 1. et plerique edd. et consiliis eorum; Pal. 1. Voss. 2. Mer. et Amst. et consiliis suorum. Voss. 2. nam et fortuna. Pal. 1. fiat pro faciat. 'Schefferus principio: nam esse et fortunam legit, et rō secuturum tanquam ex glossa superioris se usurum natum delet. Melius Heumannus omnia delet: nam et fortunam..secuturum: manifestum quippe glossema, priorum verborum paraphrasin continens satis jejunam, frigidam ineptamque.' Schmieder.—2 Voss. 2. in præparatas naves e. imponit. Florent. et Leid. In prioris; Voss. 1. Imprioris. Voss. 2. reliquerat pro locaverat; jussosque; Leid.

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Bactra conting.*] Vide cap. 7. *Ultra Tanain*] Cis Tanain sive Iaxartem erant cum hæc dicerent. *Utrique*] Alias *utrimque*. Hæc autem omnia sic dicuntur a Curtio quasi unus idemque sit Iaxartes ac vernus Tanais Europæ et Asiæ limes, unaque sit reipsa Thraciam inter et Iaxartem natio, sicut uno 'Scytharum' nomine comprehenditur: cum certum sit plurimas esse locis, moribus, nominibusque discretas. Hos quidem Scythas,

quibuscum res Alexandro fuit, Massagetæ esse conjiciebam ex Strabone lib. xi. 'Scytharum qui a Caspio mari incipiunt,' inquit, 'Dahæ appellantur: Orienti viciniore Massagetæ et Sacæ.' Cum ergo nec Dahæ trans Iaxartem forent (saltem illa parte) nec Sacis bellum cum Alexandro fuerit, credibile est Massagetæ solos hic debere intelligi: de quibus plura lib. viii. cap. 1.

sagittarum.' 3. Post hos, qui tormenta intenderent,<sup>a</sup> stabant; et ab utroque latere, et a fronte circumdati armatis. Reliqui, qui post tormenta<sup>a</sup> constiterant, remigem lorica indutum scutorum testudine<sup>b</sup> armati protegebant. 4. Idem ordo in illis quoque ratibus, quæ equitem vehebant, servatus est: major pars a puppe nantes equos loris trahebat: at illos, quos utres stramento repleti vehebant, objectæ rates tuebantur. 5. Ipse rex cum delectis primus ratem solvit,<sup>c</sup> et 'in ripam dirigi' jussit. Cui Scythæ admotos ordines equitum in primo ripæ margine opponunt; ut ne applicari quidem terræ rates possent. 6. Ceterum præter hanc speciem ripis præsidentis exercitus, ingens navigantes terror invaserat: namque cursum gubernatores, cum obliquo<sup>c</sup> flumine impellerentur, regere non poterant; vacillantesque milites, et ne excuterentur solliciti, nautarum ministeria turbaverant. 7. Ne tela quidem conati nixu vibrare pote-

<sup>a</sup> Qui machinis tela contorquerent.

<sup>b</sup> Primus navigii funem rescidit.

*l. j. injenua; Pith. l. j. ingenia. Voss. 2. obsidere.—3 Pal. 1. et Bong. 1. circumdati armati. Florent. Leid. et Ald. Reliqui post eos qui tormenta; Voss. 1. R. post tormenta; Voss. 2. R. post eos qui post tormenta; Bong. 1. R. post qui tormenta; Mer. R. post eos qui ad tormenta. Ald. intenderent consisterant. Bong. 1. regem pro remigem. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Fauch. loricam indutum. Voss. 2. scutorum testudine. Mox armati Scheffero suspectum.—4 Mer. qui equitem. Voss. 2. magna apud penates pars equos l. trahebant. Florent. Leid. et Voss. 1. Ad illos. Mod. Amst. et Lugd. sarmento repleti. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. objecta erat; Dan. Bong. 2. et Fauch. objecta erant.—5 Voss. 2. delectis suis p. r. s. et ripa jussit. Voss. 1. jussi. Voss. 2. margine opponit, et mox omittit terræ.—6 Idem codex omittit Ceterum, habetque: Propter h. s. r. p. e. i. navigantis t. i. namque gubernatores, omisso cursum. Voss. 2. egere n. poterant. Voss. 2. vacillantes milites.—7 Nec tela Mod. et edd. ante Freinsh. Ne tela Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. nixu omnes fere codd. nixu Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Tormenta*] A 'torquendo' dicta sunt 'tormenta' machinæ illæ quibus lapides, tela, &c. in hostes mitterentur, aut mari quassarentur. Torquendo enim pleræque intendi consueverant. De quibus copiose Lipsius in Poliorcet. Transiit idem nomen ad majores quoque bombardas;

quod, licet dissimiles, parem tamen usum habeant.

<sup>b</sup> *Testudine*] Testudo quid sit, dictum lib. v. cap. 3.

<sup>c</sup> *Obliquo*] Cum impetus fluminis non recta illos trajicere pateretur, sed in obliquum impelleret.

rant; cum prior standi sine periculo, quam hostem incensendi cura esset. Tormenta salutis fuerunt: quibus in confertos ac temere se offerentes haud frustra excussa sunt tela. 8. Barbari quoque ingentem vim sagittarum infudere ratibus: vixque ullum fuit scutum, quod non pluribus simul spiculis perforaretur. 9. Jamque terræ rates applicabantur, cum acies clypeata consurgit, et hastas certo ictu, utpote libero nixu,<sup>4</sup> mittit e ratibus. Et ut territos recipientesque equos videre, alacres mutua adhortatione in terram desiliere. 10. Turbatis acriter pedem inferre cœperunt. Equitum deinde turmæ, quæ frænatos habebant equos, perfregere barbarorum aciem. Interim ceteri agmine dimicantium tecti aptavere se pugnæ. 11. Ipse rex, quod vigoris, ægro adhuc corpore, deerat, animi firmitate supplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice cervicis; sed dimicantem cuncti videbant. 12. Itaque ipsi quidem ducum fungebantur officio; aliusque alium adhortati in hostem salutis immemores ruere cœperunt. 13. Tum vero non ora, non arma, non clamorem hostium barbari tolerare potuerunt: omnesque effusis habenis (namque equestris acies erat,) capessunt fugam:

\* In Scythas jam territos strenue invadunt.

\*\*\*\*\*

nisi Pal. 1. *hostem lacessendi* Voss. 2. *saluti fuere* Pith. *conferctos et temere* Voss. 2. *consertos temere* Mer. et Bas.—8 Voss. 2. *vixque fuit ullum*. Ald. Colin. Gryph. Col. et Mer. omittunt *scutum*.—9 Pal. 1. *Itaque terræ*. Pith. *clypeata non surgit*. Col. *libero nixi*; alii *libero nisu*. Voss. 2. *misit e ratibus*. Mox Pith. omittit *alacres*. Voss. 2. *mutua adhortatione*. Voss. 2. *in terram desilire*.—10 Bong. 1. 2. Fauch. Pith. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et. Col. *cehebant equos*. Voss. 1. *aciem et interim, &c.*—11 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. 2. et Fauch. *vigori*; Voss. 2. *vigor*. Florent. Leid. Voss. 1. Mod. Ald. Colin. Gryph. et Col. *adhuc corpori*. Pal. 1. *Vox exhortantis*; Voss. 1. *Vox exortantis*; Voss. 2. *Vox hortantis*, et paulo post: *cuncti cernebant*.—12 Ita ipsi Voss. 2. *Itaque ipsi quod* Florent. Leid. et Bong. *Itaque i. quid* Voss. 1. et Dan. *Itaque i. qui* Voss. 2. et sic Bong. 1. in litura. Voss. 2. *ducis pro ducum*; Pith. vero *ducenti*. Voss. 2. Mer. Bas. et Col. *alium adhortari*.—13 Mod. omittit *potuerunt*. Pith. omittit, *namque eq. ac. erat*. Pith.

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Libero nixu*] Quia jam applicatis certo ac firmo nisu jacula vibrare ratibus atque immotis, stabiles ipsi poterant.



quos rex, quanquam vexationem<sup>a</sup> invalidi corporis pati non poterat, per LXXX. tamen stadia<sup>f</sup> insequi perseveravit. 14. Jamque linquente animo suis præcepit, 'ut, donec lucis aliquid superesset, fugientium tergis inhærent:' ipse, exhaustis etiam animi viribus, in castra se recepit, reliquum<sup>g</sup> substitit. 15. Transierant jam Liberi<sup>h</sup> patris terminos; quorum monumenta lapides erant crebris intervallis dispositi, arboresque proceræ, quarum stipites hedera<sup>i</sup> contexerat. 16. Sed Macedonas ira longius provexit: quippe media fere nocte in castra redierunt, multis interfectis,<sup>j</sup> pluribus captis, equosque MDCCC. abegere. Ceciderunt autem Macedonum equites LX. pedites c. fere, mille saucii fuerunt. 17. Hæc expeditio deficientem magna ex parte Asiam fama tam opportuna victoriæ domuit. Invictos Scythas esse

~~~~~  
*quanquam jactationem.* Pal. 1. *per triginta tamen stadia*; Voss. 2. *omittit per et tamen.*—14 Voss. 2. *tergis hærent*, et mox omittit, *etiam animi*; Florent. *omittit etiam.* Bong. 1. *castra recepit*, *omissis in et æ*; Pal. 1. *castra repetit.*—15 Pith. *monimenta.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. et Mer. *omittit in castra.* Bong. 1. 2. *equosque* ∞.; Pith. *equosque octoginta.* Mox Florent. *pedites fere*, *omisso C*, *sive centum.* Bong. 1. 2. ∞. *saucii.*—17 Mod. *omittit*

## NOTE

<sup>a</sup> *Vexationem*] Laborem pugnae jactationemque cursus equestris. *Invalidi*] Præter vulnus nondum percuratum, alvi fluore laborabat. Arrian. lib. iv. et Plutarch.

<sup>f</sup> *Per LXXX. stadia*] Decem tantum milliaria; ut negare potuerit Justinus lib. xxxviii. Alexandrum Scythiam ingressum esse. Plutarchus in Alex. 100. stadia posuit; in lib. ii. de Fort. 150.

<sup>g</sup> *Reliquum*] Forte, *reliquum diem*; nisi *reliquum* corrupte legitur pro *ibi que substitit*, ut conjiciebat Freinsheimius.

<sup>h</sup> *Liberi*] Liber idem qui Dionysus, sive Bacchus, Græcorum fabulis notissimus est. Hunc Thebis ex Jove ac Semele natum fingunt, totamque Asiam peragrasse cum exercitu partim virorum, partim foeminarum thyr-

sos præferentium, &c. quæ pluribus describit Lucianus in Baccho, Natalis Comes Mythol. lib. v. cap. 13. quæ omnia fabulis merito accensentur, præsertim si de Baccho Thebano sermo sit. Nam alius aliquis fortasse fuerit Asiae domitor, cujus famam resque gestas Baccho suo Græculi de more tribuerint. *Terminos*] Bacchi terminorum in India meminisse videtur Strabo lib. iii. et Eustathius in Dionys. istos vero in Scythia *Liberi terminos* solus, opino, Curtius agnoscit. Nam Plinius lib. vi. cap. 16. Bacchi, Herculis, Semiramidis, Cyri, et Alexandri aras citra Iaxartem constituit.

<sup>i</sup> *Hedera*] Hæc enim Baccho proprie sacra habita est, pariter ut vitis.

<sup>j</sup> *Multis interfectis*] Circiter mille interfecti, si Arriano credimus; capti

crediderant; 'quibus fractis nullam gentem Macedonum armis parem fore' confitebantur. Itaque Sacæ<sup>k</sup> misere legatos, qui pollicerentur, 'gentem imperata facturam.' 18. Moverat eos regis non virtus magis, quam clementia in devictos Scythas: quippe captivos omnes sine pretio remisera; ut fidem faceret, sibi cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ira fuisse certamen.<sup>d</sup> 19. Benigne igitur exceptis Sacarum legatis, comitem Excipinum dedit, admodum juvenem, ætatis flore conciliatum sibi; qui cum specie corporis æquaret Hephæstionem, lepore haud sane illi<sup>l</sup> par erat. 20. Ipse, 'Cratero cum maiore parte exercitus modicis itineribus sequi' jusso, ad Maracanda urbem

<sup>d</sup> Non ut vindicta, sed ut virtute eos vinceret.

~~~~~  
confitebantur. Voss. 2. *Scithæ misere*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Sacæ misere*, et sic mox. Pro *imperata*, quod e Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. recepit Schmieder, Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. Freinsb. Cellar. Pitisc. Tell. Maütt. Snak. Barb. Bip. et Bothe exhibent *mandata*.—18 Voss. 2. *Noverat eos non virtus*, &c. Idem omittit in ante *devictos*, et paulo post pro *sibi præbet se*.—19 Voss. 2. *Scitharum*; alii codd. *Sagarum*. Vide supra ad § 17. Florent. Leid. et Dan. *Excipinon*; Bong. 2. *excipi non*; Bong. 1. *excipi n*; Voss. 2. *exceptis non*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Pal. 1. et Dan. *adhuc admodum*; Fauch. *adhuc admodum*. Mer. *spem pro specie*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Mer. Bas. Frob. et Col. *Ephæstionem*; Ald. Colin. Gryph. *Hephæstionem*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *et lepore*; Bong. 1. *et lepore exercitus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *haud s. virili par*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *non erat*. Snakenb. legi jubet: *decore haud sane virili par non erat*.—20 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *Maracantam*; Bong. 1. *Maracanta*; Voss. 2. Dan. Fauch. et Pith. *Marecantum*; Col. Bas. Ald. Colin. et Gryph. *Maracanda*; Mer. et Venet. *Mercantum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et

#### NOTÆ

centum et quinquaginta.

<sup>k</sup> *Sacæ*] Scythas Persæ Sacas in universum appellavere; antiqui Arameos, inquit Plinius lib. vi. cap. 17. Peculiare tamen apud alios est nomen nationis cujusdam Scythicæ; quæ, ut vidimus, a Strabone ponitur vicina Massagetis; a Ptolemæo aliisque supra Iaxartis fontes, inter Sogdianos, Massagetas, Imaum, et Parapamisum. De his plura leges apud Strabonem lib. xi. inter cetera de his

narrari, quod alias Massagetis tribuitur, victum ab iis Cyrum Persarum regem, uti narrat Herodotus, Justinus, Valerius Max. &c. Horum regio pars esse videtur hodiernæ *Zagataye*, Mogolis imperio proxima.

<sup>l</sup> *Haud sane illi* [*virili*] Quia lepore præditus erat, sed non virili, nequamquam erat cum Hephæstione comparandus. Legunt alii: *lepore haud sane illi par erat*; quod non improbum: sed prior lectio pluribus placuit.

pervenit; ex qua Spitamenes, cognito ejus adventu, Bactra perfugerat. 21. Itaque quadriduo rex longum itineris spatium emensus, pervenerat in eum locum, in quo, Menedemo duce, 11. millia peditum et CCC. equites amiserat: 22. horum ossa tumulo contegi jussit, et inferias<sup>m</sup> more patrio dedit. Jam Craterus, cum phalange subsequi jussus, ad regem pervenerat: itaque ut omnes, qui defecerant, pariter belli clade premerentur, copias dividit; 'urique agros et interfici puberes' jussit.

x. 1. Sogdiana<sup>a</sup> regio majori ex parte deserta est: octingenta fere stadia in latitudinem vastæ solitudines tenent. 2. Ingens spatium rectæ regionis est, per quam amnis, 'Polytimum<sup>b</sup>' vocant incolæ, fertur torrens. Eum ripæ in tenuem alveum cogunt;<sup>c</sup> deinde caverna<sup>c</sup> accipit, et sub terram rapit. 3. Cursus absconditi indicium est aquæ meantis sonus; cum ipsum solum, sub quo tantus amnis fluit, ne modico quidem resudet humore. 4. Ex captivis

\* Hunc fluvium suæ ripæ premunt intra angustum canalem.

Bong. omittunt *pervenit*, pro quo Theocr. habet *tendit*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. in *qua Spitamenes*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *comperio* pro *cognito*. 'Libri *perfugerat*, cum antecedit *pervenit*, sequatur *perrenerat*; magisque ex usu Nostri in hoc genere est 'profugere' quam 'perfugere.' Ita scribit Bothe, qui in contextum recepit *profugerat*.'—22 Pal. 1. *ad eum locum*. Voss. 2. *contegi tumulo*.—22 Leid. et Voss. 2. *phalange*. Voss. 2. *utrique agros*. Florent. Leid. et Voss. 1. et 1. *pubes jussit*.

1 Voss. 1. *Sogdiani*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *majori*. Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. LXXX. *fere*; Elz. *octuaginta fere*; Voss. 2. *nonaginta fere*; Pith. *septuaginta fere*.—2 Florent. Mod. et edd. multæ ante Freinsh. *fertur*. *Torrentem eum*, &c. Voss. 1. *fertur*. *Torrentem*; Leid. Voss. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. ut in textu.—3 Pal. 1. et Dan. *judicium est aquæ*. Voss. 2. *modicum q. r. humorem*.—4 Florent. Leid. et Voss.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Inferias*] 'Inferiæ' sacrificia sunt inferis, hoc est, mortuorum umbris persolvi consueta: de quibus inter alios fuse Cerdanus noster in illud *Æneid.* ix. 'Absentia ferat inferias.'

<sup>a</sup> *Sogdiana*] A Caspio mari ad Sacas patet in longitudinem inter Oxum a Meride, Iaxartem a Septentrione; maximamque partem efficit regionis quam hodie *Zagatay* nuncupant.

<sup>b</sup> *Polytimum*] Patriæ linguæ vocabulum imposuerunt, cui respondet Græcum *πολυτιμπος*, *pretiosus*.

<sup>c</sup> *Caverna*] Aliter apud Strabonem lib. xi. 'Eum rigata tellure (Sogdiana) in solitudinem et arenosam exire terram, absorberique sabulo, sicut et Arius qui per Ariam labitur.' Id ipsum Arrianus quoque testatur lib. iv.

Sogdianorum ad regem xxx. nobilissimi, corporum robore eximio, perducti erant; qui ut per interpretem cognoverunt, 'jussu regis ipsos ad supplicium trahi,' carmen lætantium more canere, tripudiisque et lasciviori corporis motu gaudium quoddam animi ostentare cœperunt. 5. Admiratus rex, tanta magnitudine animi oppetere mortem, 'revocari eos' jussit; 'causam tam effusæ lætitiæ, cum supplicium ante oculos haberent,' requirens. 6. Illi, 'si ab aliis occiderentur, tristes morituros fuisse,' respondent; 'nunc a tanto rege, victore omnium gentium, majoribus suis redditos, honestam mortem, quam fortes viri voto quoque expeterent, carminibus sui moris lætitiæque celebrare.' 7. Tum rex, 'quæro itaque,' inquit, 'an vivere velitis non inimici mihi, cujus beneficio victuri estis?' 8. Illi 'nunquam se inimicos ei; sed bello lacessitos, hostes fuisse' respondent. 'Si quis ipsos beneficio, quam injuria experiri maluisset; certaturos fuisse, ne vincerentur officio.' 9. Interrogantique, 'quo pignore fidem obligaturi essent; vitam, quam acciperent, pignori futuram esse' dixerunt: 'reddituros, quandoque<sup>d</sup> repetisset.' Nec promissum fe-

1. qui per interpretem; Pal. 1. et Mer. qui ut interpretem. Pal. 1. ad s. tradi; Voss. 2. ad s. truchi. Voss. 1. carnem pro carmen. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. modo canere. Pal. 1. et lascivioris; Amat. et lascivior. — 5 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Bong. Admiratus est rex. Theocr. tanta lætitiæ et magnitudine. Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. Mer. et Frob. evocari eos jussit. — 6 Pith. victoriæ pro victore. Mer. moribus suis. Florent. Voss. 1. 2. Dan. Pith. Fauch. Bong. 2. et Mer. redditis; Leid. reddit. Voss. 2. et Dan. mortem reddentes. Dan. Pith. et Fauch. omittunt viri. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. lætitiæque celebrarent. — 7 Tum rex admiratus magnitudinem animi, quæro itaque, inquit, an, &c. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. Tum rex, quæro, ait, an, &c. Voss. 1. 2. Tum rex, quæro itaque, inquit, an, &c. Modius, eumque secuti sunt Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maith. Snak. Bip. Barb. et Bothe. Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt inquit. Voss. 1. victori estis. — 8 Leid. et Veron. se inimicos ei, sed bello lacessitos se inimicos hosti fuisse; Voss. 1. se inimicos hosti fuisse, sed in margine: ei, sed bello lacessitos se inimicos; Voss. 2. se inimicos, sed bello lacessitos inimicos hosti; Pal. 1. omittit se; Mer. Dan. et Fauch. se inimicos hosti; Pith. inimicos hosti omisso se; Bong. 1. inimicos hostes; Bong. 2. in hostes, et superscr. i. hostis, omisis intermediis. Pith. experiri mallet. — 9 Voss. 2. Interrogati; Florent. Leid. et Voss. 1. Interrogatique. Pith. quam acceperant. Voss. 2. pigneri. Mer. dixerant. Leid. et Voss. 2. reddituros. Voss. 2. quamcumque repetissent; Theocr. quando-

## NOTE

<sup>d</sup> Quandoque] Pro 'quandocumque,' ut apud Horatium de Arte Poëtica:

fellerunt. Nam, qui remissi domos ierant, in fide continuere populares: quatuor, inter custodes corporis<sup>a</sup> retenti, nulli Macedonum in regem caritate cesserunt. 10. In Sogdianis Peucolao cum tribus millibus peditum, (neque enim majori præsidio indigebat,) relicto; Bactra pervenit. Inde 'Bessum Ecbatana' duci<sup>a</sup> jussit, 'interfecto Dario poenas capite persoluturum.' 11. Iisdem fere diebus Ptolemæus et Menidas<sup>a</sup> peditum tria millia et equites mille adduxerunt mercede militaturos. 12. Alexander quoque ex Lycia cum pari numero peditum, et D. equitibus venit. Totidem e Syria Asclepiodorum sequebantur: Antipater Græcorum VIII. millia, in quis D. equites erant, miserat. 13. Itaque exercitu aucto, ad ea, quæ defectione turbata erant, componenda processit, interfectisque consternationis

~~~~~

cumque repetissent; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. quando repetisset. Bong. 1. domos erant; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. d. ierant fide, omisso in; Voss. 2. d. ierant fidem, omisso etiam in. Florent. Leid. Voss. 1. Pith. et Bong. 1. in regem Karitate.—10 Voss. 2. Pencolao; Pith. Pencholoao. Leid. et Voss. 2. III B. peditum; Bong. 1. III 00 peditum; Bong. 2. III<sup>o</sup> peditum. Bong. et Amat. majore præsidio. Voss. 2. Eibatana; Col. Ecbathana. Voss. 2. capite soluturum.—11 Voss. 1. et Leid. Idem. Voss. 2. Phtolomeus; Col. Ptolomeus. Florent. Menidas. Pal. 1. Bong. 1. et Frob. adduxerant, quod non agnoscit Pith.—12 'Legendum est Asander. Potest etiam locus lacuna laborare, ut Curtius scripserit: Asunder quoque ex Lydia, Nearchus ex Lycia.' Schmieder. Florent. Leid. et Bong. ex Syria. Florent. et Leid. Asclepiodorum. Voss. 2. et Pith. Asclepiorum. Mox Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. VIII. omisso millia; Voss. 2. et Fauch. octo milia; Col. et Bas. octo; Mer. septem; Venet. et Veron. VII. Venet. Veron. Mer. Col. et Bas. omittunt millia. Venet. Veron. et vulgg. ante Freinsh. in quis; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. in quis. Florent. Leid. et Voss. 1. DC. equites; Voss. 2. sexcenti equites; Fauch. sescenti equites.—13 Florent. qua sectione; Voss. 2. qua ex defectione. Nonnulli codd. componenda processit. Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Quandoque bonus dormitat Homerus.

<sup>a</sup> Custodes corporis] Non tamen hos fuisse putandum est ex iis corporis custodibus, quorum supremum fuisse in Macedonica militia gradum diximus lib. VII. cap. 1. Quis enim putet novos statim homines Ptolemæo, Hephæstioni, Cratæro, Oxathri, &c. æquatos esse?

<sup>a</sup> Ecbatana] Id ipsum Arrianus quo-

que testatur. Et tamen Curtius hoc libro cap. 5. scripserat dilatum Bessi supplicium, 'ut eo loco, in quo Darius ipse occiderat, necaretur.' Occiderat autem non Ecbatanis, aut in Media, sed in quodam Parthorum vico, ut ostendimus lib. V. cap. 9.

<sup>a</sup> Menidas] 'Melanidam' sive 'Melanidam' Arrianus vocat. Lycia lib. III. cap. 1.

auctoribus, quarto die ad flumen Oxum<sup>b</sup> perventum est : hic, quia limum vehit, turbidus semper et insalubris est potu. 14. Itaque puteos miles cœperat fodere : nec tamen humo alte egesta existebat humor ; cum in ipso tabernaculo regis conspectus est fons,<sup>i</sup> quem, quia tarde notaverant, ' subito extitisse ' finxerunt : rexque ipse credi voluit ' donum Dei id fuisse. ' 15. Superatis deinde omnibus Ocho et Oxo,<sup>j</sup> ad urbem Marginiam<sup>k</sup> pervenit. Circa eam vi. oppidis<sup>l</sup> condendis electa sedes est. Duo ad Meridiem

*Oxim.* Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *et* ante *insalubris*. Voss. 2. omittit *potu*, pro quo Florent. et Leid. habent *potus*.—14 Voss. 2. *Puteos itaque.* Idem et Ald. *tum humo* ; edd. multæ ante Freinsk. *cum humo* ; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *tamen humo*. Florent. Leid. et Voss. 1. *tabernaculum*. Pal. 1. *subito extitisse* ; Voss. 2. *s. exisse*. Voss. 2. *regique ipse*. Pal. 1. *Deorum donum* ; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *Dei*.—15 Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. et Bong. 1. *Margianam*. ' Videtur nomen corrup-

## NOTE

<sup>b</sup> *Ad flumen Oxum*] Denuo illud trajecerat Maracandis Bactra rediens. Nunc bruma illic transacta, ut habet Arrianus, Sogdianam repetenti idem flumen rursus superandum fuit ' Oxus ' cap. 5.

<sup>i</sup> *Fons*] Idem miraculum (si miraculum fuit) referunt Arrianus quoque et Eustathius ad Dionys. vs. 747. Plutarchus in Alex. Strabo lib. xi. sed postremi duo de olei scaturigine solum egerunt : priores et olei et aquæ fontem meminerunt. Strabo autem ad Ochum, non ad Oxum emeruisse tradidit.

<sup>j</sup> *Ocho et Oxo*] Valde nos fallunt quotquot sunt Geographi, si Bactris in Sogdianam eunti trajiciendus est Ochus fluvius. Etsi enim de hujus fluvii origine, cursuque et ostiis varia referuntur apud Strabonem, in eo tamen consentiunt, multo hunc inferius Bactro sive Dargido, ad quem Bactra sunt, in Oxum aut in Caspium mare juxta Hyrcaniam influere ; immo, ut ait Strabo, per Ne-

sæam Hyrcaniæ regionem : ejus quoque fontes Ptolemæus posuit in Ariæ confinio. Quibus ego potius, quam uni Curtio, crediderim.

<sup>k</sup> *Marginiam*] Emendant Ortelius et Freinshemius, *Margianam* ; quam regionis cognominis urbem fuisse tum temporis principem autamant. Ego vero non assentior. Nam licet nomen esse putem aut corruptum aut fictitium, certe urbem ipsam, quæcumque est, in Margiana neatiquam reponi posse video. Primum enim quis non videt ex Bactris in Margianam venientibus Oxum flumen non esse trajiciendum ? Deinde urbes illæ circa Marginiam modicis inter se spatiis conditæ, non in Margiana sed in Bactrianis Sogdianisque collocantur ab Arriano, Strabone, Justino, &c. immo ab ipso quoque Curtio lib. ix. cap. 7.

<sup>l</sup> *Sex oppidia*] Octo fuisse legimus apud Strabonem lib. xi. duodecim apud Justin. lib. xii.

versa; quatuor, spectantia Orientem, modicis inter se spatiis distabant; ne procul repetendum esset mutuum auxilium. 16. Hæc omnia sita sunt in editis collibus: tum velut fræni domitarum gentium, nunc originis suæ oblita serviunt quibus imperaverunt. Et cetera quidem pacaverat rex.

XI. 1. Una erat petra,<sup>a</sup> quam Arimazes Sogdianus cum XXX. millibus armatorum obtinebat; alimentis ante congestis, quæ tantæ multitudini vel per biennium suppetere. 2. Petra in altitudinem XXX. eminet stadia,<sup>b</sup> circumitu c. et l. complectitur. Undique abscissa et abrupta, semita per angusta aditur. 3. In medio altitudinis spatio habet specum, cujus os arctum et obscurum est; paulatim deinde ulteriora panduntur: ultima etiam altos recessus habent: fontes per totum fere specum manant; e quibus collatæ aquæ per prona montis flumen emittunt. 4. Rex loci difficultate spectata statuerat inde abire: cupido deinde in-

<sup>a</sup> *Extrema pars specus habet quoque profundos recessus.*

\*\*\*\*\*

tum esse, et legendum *Maracanda*.<sup>1</sup> Schmieder. Florent. *aspectantia Orientem*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Modii membranæ, Col. Bas. et Mer. *stadiis distabat*.—16 Voss. 2. *sita sunt modicis collibus*. Pal. 1. *tamen velut freni*. Voss. 2. *obliti subsunt*. Mod. et aliæ edd. ante Freinsb. omittunt *rex*, quod tamen habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col.

1 Voss. 2. *Arimazes*; Mer. et Bas. *Arimazes*. Voss. 2. *Sogdianis*; Bong. 1. *Sogdianus XXX. millibus*, omissa præpositione.—2 Voss. 2. in *altitudine XXX. eminebat*. Pal. 1. omittit *circumitu*. Florent. Leid. et Voss. 1. *abscissa et abrupta*; Voss. 2. *abscissa et abrupta*.—3 Voss. 2. Dan. et Mer. *deinde ad ulteriora*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *altus recessus*, sed in Bong. 1. *suprascr. o.* Voss. 2. et Pith. *habet*. Voss. 2. omittit *fere*. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Col. *per. t. fere spatium*. Voss. 2. *flumina emittunt*.—4 Pal. 1. omittit *animo*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Una erat petra*] Plures Alexandro petrae fuerunt expugnandæ. 1. In Ariis, quam Satibarzanes occuparat tredecim armatorum millibus, lib. vi. cap. 6. 2. De qua nunc sermo est, in Sogdianis, 'Arimazæ' sive 'Ariamaze,' aut 'Arimasia' dicta, (Oxi petram Strabo etiam appel-

lat,) apud scriptores celeberrima. 3. 'Sysimithris' in Xenippis, lib. viii. cap. 2. 4. 'Aornos,' lib. viii. cap. 11.

<sup>b</sup> *XXX. eminet stadia*] Tria milliaria cum 750. passibus. Centum quinque.] Octodecim milliaria præter 750. passus.

cessit animo, naturam quoque fatigandi.' 5. Prius tamen, quam fortunam obsidionis experiretur, Cophan<sup>c</sup> (Artabazi hic filius erat) misit ad barbaros, qui suaderet, 'ut dederent rupem.' Arimazes loco fretus superbe multa respondit: ad ultimum, 'an Alexander volare possit,' interrogat. 6. Quæ nuntiata regi sic accendere animum, ut adhibitis, cum quibus consultare erat solitus, indicaret 'insolentiam barbari, eludentis ipsos, quia pennas non haberent. Se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare. 7. Trecentos,' inquit, 'pernicissimos juvenes ex suis quisque copiis perducite ad me, qui per calles et pæne invias rupes domi pecora agere consueverint.' 8. Illi præstantes et levitate corporum et ardore animorum strenue adducunt: quos intuens rex, 'Vobiscum,' inquit, 'o juvenes et mei æquales, urbium invictarum ante munimenta superavi; montium juga perenni nive obruta emensus sum; angustias Ciliciæ<sup>d</sup> intravi; Indiæ sine lassitudine vim frigoris sum perpessus; et mei documenta vobis dedi, et vestri habeo. 9. Petra, quam videtis, unum aditum habet, quem barbari obsident; cetera negligunt: nullæ vigiliæ sunt, nisi quæ castra nostra spectant: 10. invenietis

<sup>b</sup> *Subortum est desiderium vincendæ etiam naturæ loci.*

—5 Edd. vulgg. ante Freinsh. *Cophen*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *Cophan*. Voss. 1. *fretus superbie*; Voss. 2. *f. superbia*; Florent. Bong. 2. et Pith. *f. superbia*. Bong. 1. 2. *volare etiam possit*; sed in Bong. 1. correctum *posset*; et sic Florent. Leid. et Voss. 1. sed Anst. et Lgd. *etiam volare possit*.—6 Vulgg. edd. ante Freinsh. *illudentis ipsos*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Bas. *eludentis ipsos*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *quia pinnas*. Voss. 2. et Bong. 1. *ut crederent*.—7 Voss. 2. omittit *pernicissimos*; Leid. in marg. et edd. quædam *perniciosissimos*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. et Dan. *consueverant*; Mer. *consueverunt*.—8 Mer. *nobiscum, inquit*. Voss. 2. omittit *et ante mei*; Ald. et me. Mod. *ante me munimenta*. Voss. 2. omittit *nive*. Mer. *sine latitudine*. Voss. 2. omittit *vim*; Pal. 1. *vim videlicet frigoris*. Mod. *aliæque* edd. ante Freinsh. *et vestra habeo*.—9 Voss. 2. omittit *nullæ v. sunt*. Freinsh.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Cophan*] Arriano 'Cophenes,' 10. *Mei docum.*] *Meæ fortitudinis specimina vobis dedi, vestræ quoque* lib. III.

<sup>d</sup> *Ciliciæ*] Lib. III. cap. 4. et 7. a vobis accepi.

*Indiæ*] Supra cap. 8. et lib. VIII. cap.



viam, si solerter rimati fueritis aditus ferentis ad cacumen : nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti. Experiendo, quæ ceteri desperaverunt, Asiam habemus in potestate. 11. Evadite in cacumen ; quod cum ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis : ego copiis admotis hostem in nos a vobis convertam. 12. Præmium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta x. :<sup>o</sup> uno minus accipiet, qui proximus ei venerit : eademque ad decem homines servabitur portio.<sup>f</sup> Certum autem habeo, vos non tam liberalitatem intueri meam, quam voluntatem.<sup>g</sup> 13. His animis regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur. Dimissique ferreos cuneos, quos inter saxa defigerent, validosque funes parabant. 14. Rex circumvectus petram, qua minime asper ac præruptus aditus videbatur, secunda vigilia, quod bene verteret, ingredi jubet. Illi, alimentis in biduum sumtis, gladiis modo atque hastis armati subire cœperunt. 15. Ac primo pedibus ingressi sunt : deinde, ut in prærupta perventum est, alii manibus eminentia saxa complexi levare semet, alii adjectis funium la-

\*\*\*\*\*

conj. nisi qua sc. parte.—10 Voss. 2. *facilis aditus*. Vulgg. edd. ante Freinsh. *f. a. ferentis*; sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Ald. Colin. Gryph. et recentt. ut in textu. ‘*Lege vel cum Scheffero, invenietis, si solerter rimati fueritis, aditus ferentes ad cacumen*, vel nihil muta præter vocem *ferentis* in *ferentes*, (illa enim solita est antiquorum scribendi ratio,) ut *aditus ferentes* sint quartus casus.’ Schmieder. Mox Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Mer. Ald. Colin. et Gryph. *desperaverint*; Bothe edidit *desperaverant*. Voss. 2. in *potestate nostra*.—11 Idem codex *admotis copiis*; Pith. omittit *admotis*. Pal. 1. *a vobis avertam*.—12 Mod. aliæque edd. *Præmium erit, qui, &c.* Voss. 2. *primum occupaverit*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Pith. et Fauch. *uno m. accipiat*. Pal. *proxime ei*; Mod. omittit *ei*. Ald. et Mer. *venit pro venerit*. Voss. 2. Ald. et Mer. *Ceterum, omisso autem*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *Ceterum autem*; Pal. 1. *Certum autem*, quod recepit Freinsh. eunque secuti sunt recentt. Ald. *jubeo pro habeo*.—14 Bong. 1. 2. Florent. et Leid. *circumvectus petra*; Voss. 1. et Dan. *circumvectos petra*; vulgg. edd. ante Freinsh. *circumvectos petram*. Voss. 2. *asper præruptus a v. sera vigilia, &c.*—15 Idem codex : ut in *prærupta saxa*. Pal. 1. *ventum est*. Voss. 2. *saxa completi*. Ald. *levare se*; Leid. Voss. 1. et Bong. *levare semet*. Florent. Leid. Voss. 1. 2.

#### NOTE

<sup>o</sup> *Talanta X.*] De talentis lib. III. rem non esset. Duodecim talenta omnium primo promissa scribit Arrianus; ultimo Daricos trecentos.

<sup>f</sup> *Portio [proportio]* Sic rescribendum fuit, cum vulgatum *portio* ad

queis evasere, cum cuneos inter saxa defigerent, gradus subinde, quis<sup>s</sup> insisterent: diem inter metum laboremque consumserunt. 16. Per aspera enixis duriora restabant, et crescere altitudo petræ videbatur: illa vero miserabilis erat facies, cum ii,<sup>s</sup> quos instabilis gradus fefellerat, ex præcipiti devolverentur: mox eadem in se patienda alieni casus ostendebat exemplum. 17. Per has tamen difficultates enituntur in verticem montis: omnes fatigatione continuati laboris affecti; quidam mulctati parte membrorum: pariterque eos et nox et somnus oppressit. 18. Stratis passim corporibus in inviis et in asperis saxorum, periculi instantis oblit, in lucem quieverunt: tandemque velut ex alto sopore excitati, occultas subjectasque ipsis valles rimantes, ignari, in qua parte petræ tanta vis hostium condita esset, fumum specus infra se ipsos evolutum notaverunt. 19. Ex quo intellectum est, illam hostium latebram esse. Itaque hastis imposuere, quod convenerat signum: totoque e nu-

<sup>s</sup> *Erat autem triste illud spectaculum, cum, &c.*

Bong. et Mer. quibus cum cuneos. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. et Mer. gradus subinde, queis, &c. quod recepit Schmieder. cum antea in edd. legeretur: quis gradus subinde. Heumanno rō gradus ex glossa videtur, et legit: quis subinde insisterent. Vide Not. Var. Pal. 1. instilerant. —16 Florent. et Leid. Per aspera nisu; Voss. 1. Bong. et Dan. P. a. nisi; Voss. 2. P. a. ubi; Pal. 1. P. a. emersi; Mod. Mer. Frob. Lugd. et Amst. P. a. enisis, ut ex melioribus codd. legit Burman. ad Val. Flac. II. 462. ceteri codd. et edd. recentt. P. a. enixis. Voss. 2. omittit petræ, et mox erat, et pro ti habet hi. Idem paulo post in eadem, omisso mox. Mer. patientia alieni. —17 Voss. 2. omnes fatigati. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Mer. et Col. mutilati parte; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Bong. 2. mulcati parte; Bong. 1. alique multati parte. Voss. 1. partemque eos. Voss. 2. ut nox somnus. —18 Idem codex: tandem velut, et mox: ipsi valles. Florent. Leid. et Voss. rimantis. Pal. 1. specui intra. Ald. revolutum; Mod. evolutum et eo specus. Bas. notaverant. 'Valde aridet Heinsii conjectura: fumum specus infra se ostio evolutum notaverunt.' —19 Florent. Leid. et Bong. 1. intellectam; Bong. 2. et Voss. 1. intellecta; Voss. 2. intellectum, omisso est. Voss. 2. hastas Pith. imposuerunt, et mox duo et XXX. Florent. Leid. et Voss. 1. II. et

#### NOTE

<sup>s</sup> *Gradus s. quis* [queis gradus subinde] Non damno aliorum lectionem: cum cuneis inter saxa defigerent gradus (id est, velut scalas) subinde, queis insisterent. Sed nec video cur necesse

sit vulgatam loco movere. Cur enim minus bene Curtius dixerit: gradus insisterent, quam Virgilius Æneid. XI. 574. 'Vestigia institerat,' id est, 'posuerat?'

Delph. et Var. Clas.

Q. Curt.

2 Q

mero duos et XXX. in ascensu interiisse cognoscunt. 20. Rex, non cupidine magis potiundi loci, quam vicem eorum, quos ad tam manifestum periculum miserat, sollicitus,<sup>d</sup> toto die cacumina montis intuens restitit: noctu demum, cum obscuritas conspectum oculorum ademisset, ad curandum corpus recessit. 21. Postero die nondum satis clara luce primus vela, signum capti verticis, conspexit. Sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas cœli, nunc internitente lucis fulgore, nunc condito. Verum ut liquidior lux apparuit cœlo, dubitatio exempta est: 22. vocatumque Cophan, per quem barbarorum animos tentaverat, mittit ad eos, qui moneret, 'nunc saltem salubrius consilium inirent:' sin autem fiducia loci perseverarent, 'ostendi a tergo' iussit, 'qui ceperant verticem.' 23. Cophas admissus suadere cœpit Arimazi, 'petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in unius rupis obsidione hæere non coëgisset.' Ille, ferocius superbisque, quam antea locutus, 'abire' Cophan jubet. 24. At is prehensum manu barbarum rogat, 'ut secum extra specum prodeat:' quo impetrato juvenes in cacumine ostendit, ejusque superbiæ haud immerito illudens, 'pennas' ait 'habere milites Alexandri.' 25.

<sup>d</sup> *Quam de illorum sorte anxius.*

XXX. Voss. 2. *ducenti et XXX. interiisse.* Voss. 1. et Ald. *interiisse.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. 1. Fauch. et Mer. *agnoscunt*; Voss. 1. Bong. 2. et Pith. *adnoscunt.*—20 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Ald. Mer. et Bas. *vice eorum.* Voss. 2. *solicitus immiserat.* Ald. *intuens resistit.* Pith. *domum pro demum.* Modius omittit *oculorum.*—21 Florent. Leid. Voss. 1. Frob. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *tunc internitente*; Pal. 1. Sigeb. et Bong. 1. *nunc internitente*; nonnullæ edd. a Mod. usque ad Freinsh. *quod nunc utroque loco omittunt*, et pro *condito* habent *conditi*; et sic Florent. Leid. et Voss. 1. *condito.* *Ut liquidior* Pal. 1. *conditor ut liquidior* Bong. 1. *conditi rerum* Voss. 2.—22 Nonnulli codd. omittunt *cælo.* Florent. Leid. Voss. 1. et Elz. *Cophen.* Voss. 2. *tentaverunt*; Leid. et Voss. 1. *temptaverunt.* Pith. *inirent consilium.*—23 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. alii *Cophes.* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. et Gryph. *ad eos missus*; Voss. 1. *amissus.* Florent. Leid. et Voss. 1. *Aramazi.* Amst. *traderet.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *inituri*; in Bong. 1. loco *i* substitutum 9. ut sit *initurus.* Freinsh. mavult: *traderet g. r. initurus.*—24 Leid. Voss. 1. et Bong. *prehensum*; Bong. 1. *apprehensum.* Pith. *exeat specum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *cjus superbia.* Florent. Leid.

Jamque e Macedonum castris signorum concentus et totius exercitus clamor audiebatur. Ea res, sicut pleraque belli vana et inania, barbaros ad deditionem traxit; quippe occupati metu, paucitatem eorum, qui a tergo erant, aestimare non poterant. 26. Itaque Cophan (nam trepidantes reliquerat) strenue revocant; et cum eo xxx. principes mittunt, qui petram tradant, et, 'ut incolumibus abire liceat,' paciscantur. 27. Ille quanquam verebatur, ne conspecta juvenum paucitate deturbarent eos barbari; tamen, et fortunæ suæ confisus, et Arimazi superbiam infensus, 'nullam se conditionem deditionis accipere' respondit. 28. Arimazes, desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentis suæ descendit in castra: quos omnes 'verberibus affectos sub ipsis radicibus petrae crucibus' jussit 'affigi.' 29. Multitudo dedititiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data est: Artabazus in petrae regionisque, quæ apposita esset ei, tutela relictus.

.....

Voss. 1. Bong. et Elz. *pinnas*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 2. *habere milites ait*.—25 *Jamque Macedonum*, omissa præpositione, Florent. Leid. et Voss. 1. *contentus* Mer.—26 Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Bas. et Mer. omittunt *ut ante incolumibus*; Voss. 2. *ut incolumes*.—27 *Amat. Arimazias*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. et Gryph. omittunt *infensus*.—28 Florent. et Leid. *desperatis*, et paulo post *quos omnis*. Voss. 2. *sub lapsis radicibus*.—29 Voss. 1. 2. *deditiorum*; Dan. Florent. Leid. Pal. 1. et Bong. 1. *dedititiorum*; Ald. Colin. Gryph. Bas. et Elz. *deditiorum*; Bong. *dediciorum*. Voss. 2. omittit *cum ante pecunia*. Voss. 2. omittit *capta*, pro quo in Dan. *capto*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *Artabazes*. Acidalius malit: *apposita est ei*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *tutela relictus est*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *tutela relictus*. Bothe edidit: *tutelam relictus*.



**Q. CURTII RUFII,**  
**DE REBUS GESTIS**  
**ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,**  
**LIBER VIII.**

---

**ARGUMENTUM.**

**CAP. I.** Massagetis, Dahis, iterumque Sogdianis subactis, Scythæ sui regis filiam Alexandro conjugem afferunt; qui, leone interfecto et **IV.** millibus ferarum in venatione dejectis, Clitum solenni convivio adhibitum liberiusque locutum hasta transfigit. **II.** Sera Alexandri pœnitentia; bellicæ deinde expeditiones adversus Bactrianos transfugas et Sysimithren. Philippi, strenuissimi juvenis, et Erigyii, clarissimi ducis, obitus. **III.** Spitamenis uxorem, interfecti mariti caput afferentem, Alexander castris excedere jubet: provincias quasdam a præfectorum suorum injuriis vindicat. **IV.** Frigoris nimia vi pœne opprimitur exercitus Gabazam aditurus. Alexandri constantia et erga gregarium militem humanitas; ejusdem, Cohortano in fidem recepto, cum Roxane matrimonium. **V.** Cogitationibus in bellum Indicum versis, adulatorum fraude nimia superbia elatus Alexander more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare poscit, quod gravi oratione Callisthenes improbat. **VI.** Ex ignominia, Hermolao nobili puero illata, nascitur in caput Alexandri conjuratio: qua detecta, cum auctoribus sceleris innocens Callisthenes in vincula conjicitur. **VII.** In Alexandri superbiam et crudelitatem invehitur, Callisthenem defendit Hermolaus. **VIII.** Hermolao Alexander respondet, Callisthenem et reliquos conjuratos necari jubet. **IX.** In Indiam movet Alexander. Dissertit Curtius de Indiæ situ, fluminibus, cœli temperie, animalibus, divitiis, de Indorum ingenio, regum luxuria, Gymnosophistarum vita ac sapientia. **X.** Alexander Indiæ cis Indum regulos nonnullos sibi occurrentes in fidem recipit, varias urbes et regiones deditionem detrectantes expugnat, et, in Mazagarum obsidione vulneratus, se esse hominem fatetur. **XI.** Urbem Oram et petram Aornon, ab Hercule frustra olim obsessam, post multos labores tandem in ditionem redigit. **XII.** India cis Indum domita, flumen transit Alexander, Omphique se et sua tradentem restituit: mutua dona regia. **XIII.** Abisares se dedit, Barzaëntes et Gamaxus vincti in custodiam traduntur. Alexandri castra ad Hydaspem et bellum cum Poro; cujus copiis varia arte distractis, ripam adversam occupat Alexander. **XIV.** Indorum et Macedonum insignis et cruenta pugna: Pori captivi magnanimitas et Alexandri regis clementia.

1. 1. Alexander, majore fama quam gloria in ditionem re-  
 ducta petra, cum propter vagum hostem spargendæ manus<sup>a</sup>  
 essent, in tres partes divisit exercitum. Hephæstionem  
 uni, Cœnon alteri duces dederat: ipse ceteris præerat. 2.  
 Sed non eadem mens omnibus barbaris fuit: armis quidam  
 subacti; plures ante certamen imperata fecerunt, quibus  
 'eorum, qui in defectione perseveraverant, urbes agrosque'  
 jussit 'attribui.' 3. At exules Bactriani cum dccc. equiti-  
 bus Massagetarum proximos vicos vastaverunt. Ad quos  
 coërcendos Attinas, regionis ejus præfectus, ccc. equites  
 insidiarum, quæ parabantur,<sup>b</sup> ignarus eduxit. 4. Namque  
 hostis in sylvis, quæ erant forte campo junctæ, armatum mi-  
 litem condidit; paucis propellentibus pecora, ut improvi-  
 dum ad insidias præda perduceret. 5. Itaque incomposito  
 agmine solutisque ordinibus Attinas prædabundus sequeba-  
 tur; quem prætergressum sylvam, qui in ea consederant,  
 ex improvviso adorti, cum omnibus interemerunt. 6. Ce-  
 leriter ad Craterum hujus cladis fama perlata est; qui cum  
 omni equitatu supervenit: et Massagetæ quidem jam re-

\*\*\*\*\*

Pith. *Expli. liber Sextus Quinti Curtii Rufi Hist. Alex. Magni Mac. regis incipit VII. feliciter*; Bong. 1. Florent. et Leid. *Q. Curtii Rufi Hist. lib. VII. explicit: incipit liber Octavus*; Bong. 2. et Voss. 1. *Curtii Rufi Hist. lib. VII. Expli. incipit octavus*; Fanch. *Finit lib. VII. inc. VIII<sup>9</sup>*. Mer. *Q. Curtii de reb. gest. Al. M. reg. Mac. lib. VII.* Voss. 2. sine titulo est.—1 Pal. 1. in ditionem. Voss. 2. propter magnitudinem vagum. Ald. Hephæstionem; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. et Col. Ephæstionem, ut semper.—3 Bong. 1. omittit At. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *Massagetarum equitibus*. Pith. *Atinas*. Bas. *quæ præparabantur*.—4 Mod. in sylvis in forte erant, et paulo post omittit præda.—5 Voss. 2. *solutis ordinibus*, omisso *que*. Pith. *sequebatur prædabundus*. Florent. Leid. et Dan. *qui, et eam*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *considerant*.—6 Leid. *Massagetæ*. Voss. 2. *jam recesserant*. Flo-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Manus] Copiæ, militum agmina.  
 'Manus' ut et 'manipuli' militum ab  
 eo dicta videntur, quod essent col-  
 lecti, fasciculi instar quem manus com-  
 plectitur: ut nos quoque Gallice di-  
 cimus, *une poignée de gens*. Sæpe ta-  
 men 'manus' pro quantavis multitu-

dine accipitur.

<sup>b</sup> Quæ parabantur] Non ab istis quos  
 aggressum ibat Attinas, sed ab ipso  
 Spitamene insidiæ paratæ sunt, re-  
 vertenti cum præda, quam popula-  
 bundis illis Massagetis eriperat. Ita  
 Arrianus.

fugerant; Dahæ mille<sup>c</sup> oppressi sunt: quorum clade totius regionis finita defectio. 7. Alexander quoque, Sogdianis rursus subactis, Maracanda repetit. Ibi Peridas, quem<sup>d</sup> ad Scythas super Bosporum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit. 8. Phrataphernes quoque, qui Chorasmiis<sup>e</sup> præerat, Massagetis et Dahis<sup>f</sup> regionum confinio adjunctus,

~~~~~

rent. Leid. et Voss. 1. *Dæ*; Voss. 2. *Dachæ*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Dacæ*. Leid. omittit *mille*. 'Scribendum censeo: quorum *cæde totius r. f. d. est*. Parum est *clade*, et in proximis legitur ea vox. Ad unum omnes cæsi sunt isti Dahæ.' Bothe. Leid. Florent. Voss. 1. et ed. Both. *finita defectio est*; Voss. 2. *defectio finita est*. Bong. omittit *rursus*. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Maracandam*. Freinsh. Cellar. Snak. et recentt. *Ibi Berdes*; Acidalius legit *Ibi Penides*, quod recepit Schmieder. Vide ad VII. 6. 12. *Popma ex eodem loco malit: Ibi Menides*. Voss. 2. *Bosforon*. —8 Florent. Leid. Dan. et Bong. 2. *Phrataphernes*; Voss. 1. *Pharataphernes*; Voss. 2. *Fatafanes*; Mer. Bas. et Col. *Phrataphanes*. 'Apud Arrianum IV. 15. 6. rectius, ut videtur, *Pharasmanes* appellatur.' Schmieder. Edd. vulgg. ante Freinsh. *qui præerat*; Florent. *qui coras præierat*; Voss. 2. *qui coras præerat*; Voss. 1. *qui choras præierat*; Dan. et Pal. 1. *qui choras præerat*; Leid. *qui choras ei præerat*; Mer. *qui oris præerat*. Vide Not. Var. Florent. Leid. et Voss. 1. *Dais*; Voss. 2. *Dachis*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Ducis*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *confinio adjunctis*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. 2. et edd. recentt. *confinio adjunctus*. Pith. *erat pro*

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Dahæ mille*] De Dahis apud eundem nulla hic mentio: ex Massagetis centum quinquaginta cæsos tantum numerat.

<sup>d</sup> *Peridas* [*Berdes*] quem] Supra, lib. VII. cap. 6. *Phrataphernes*] Hunc, ni fallor, Arrianus 'Pharæmanem' vocat, Chorasmenorum regem; et cum equitibus MD. ad Alexandrum venisse tradit.

<sup>e</sup> *Chorasmiis*] Sic vocantur etiam Dionysio Perieg. vs. 746. Plinio lib. VI. Ptolemæo lib. VI. cap. 12. Straboni sunt 'Chorasmusini'; Arriano 'Chorasmeni.' Sed cum ab aliis omnibus circa Oxum fluvium non procul mari Caspio ponantur, vanum est quod apud Arrianum Pharæmanes ille prædicasse fertur, regionem suam Colchis et Amazonibus esse finitimam. Hæc porro gens est quæ sæculo Christi XIII. patriis sedibus a Tartaris pulsa in Syriam usque penetravit; ubi a

Sultano Ægypti pretio conducta, Francos in Palestina fudit, ac Christi sepulcrum evertit sub annum 1244. Vincentius Bellovac. lib. XXIX. et XXXI.

<sup>f</sup> *Massagetis et Dahis*] 'Plerique Nomadum qui a Caspio mari incipiunt (Ortum versus) Dahæ appellantur,' inquit Strabo lib. XI. p. 511. 'Ad sinistram in Caspium mare (ab Oriente) intranti offeruntur.... post solitudo est; sequitur Hyrcania,' &c. Idem pag. 508. Nec dissentit Ptolemæus, apud quem in Margiana collocantur, quæ inter Oxum et Hyrcaniam media sita est. His quoque finitimi Massagetæ, non illi quibus cum ultra Iaxartem pugnasse Alexandrum vidimus lib. VI. cap. 8. sed horum colonia. Quod in aliis quoque Scytharum populis frequenter observavimus, diversissimis sæpe locis unius nominis colonias reperiri. Et



miserat, qui 'facturum imperata' pollicerentur. 9. Scythæ<sup>s</sup> petebant, 'ut regis sui filiam matrimonio sibi jungeret: si dedignaretur affinitatem; principes Macedonum cum primoribus suæ gentis connubio coire pateretur. 10. Ipsum quoque regem venturum ad eum' pollicebantur. Utraque legatione benigne audita, Hephæstionem et Artabazum opperiens, stativa habuit; quibus adjunctis, in regionem, quæ appellatur 'Bazaria,'<sup>h</sup> pervenit. 11. Barbaræ opulentia in illis locis haud ulla sunt majora indicia, quam magnis nemoribus saltibusque nobilium ferarum greges clausi. 12. Spatiosas ad hoc eligunt sylvas, crebris perennium aquarum fontibus amœnas: muris nemora cinguntur, turresque habent venantium receptacula. 13. Quatuor continuis ætatibus<sup>i</sup> intactum saltum fuisse constabat:

//////////

*miserat.* Voss. 2. *qui f. mandata pollicerentur.*—9 Voss. 2. *princeps Macedonum.* Florent. Leid. Voss. 1. et Modii membranæ: *Ipsam regum quoque regem;* Mer. *Ipsam quoque regnum.*—10 Gruteriani: *audita benigne.* Leid. Voss. 1. et Bong. *Ariabazum.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *Bazaira;* Voss. 2. *Bazana;* Pal. 1. *Ba. spatio relicto.* In Diod. Argum. lib. xvii. est *Basista.*—11 Pith. *haud illa s. m. mendacia;* Col. h. u. s. m. *inditia.* Amst. omittit *saltibusque.* Voss. 1. *clusi pro clausi.*—12 Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Bong. 1. 2. *Speciosas;* Col. *Spaciosas;* Voss. 1. *Spetiosas.* Voss. 2. *adhuc eligunt,* et mox omittit *que post turres.*—13 Voss. 2. *hunc Alexander.*

#### NOTÆ

sunt qui Massagetæ quoque Albanos vocent, quorum regio ad Boreale Caspii littus cis Volgam fluvium jacebat.

<sup>s</sup> *Scythæ]* Qui super Bosphorum erant, ut modo dixerat; vel qui Europam incolebant, ut scribit Arrianus. Sed utrumque, opinor, falsum et per adulationem fictum a Macedonibus res Alexandri in majus extolentibus. Certe qui in Europa circa Euxinum Bosphorumque degebant Scythæ, non ita pridem Zopyrionem Alexandri prætorem Ponto præfectum, a quo temere lacessiti fuerant, cum eoque triginta millium exercitum internecione deleverant, si Justino fides lib. xii. cap. 2. Crediderim igitur Sogdianis vicinum aliquem Scy-

tharum regulum fuisse, quem Macedones totius Scythicæ gentis regem aut putarunt esse, aut mentiti sunt.

<sup>h</sup> *Bazaria]* Apud Diodorum in sum-mario capitum, (nam hæc in ipso libro pars intercidit,) 'Basista' numero multitudinis appellatur hæc sive urbs sive regio: quæ ubi sita fuerit, affirmare non licet, nisi quod Sogdianæ partem, aut finitimam certe fuisse apparet.

<sup>i</sup> *Ætatibus]* Veteres Græci ætatem 30. annis definierunt, ut est apud Porphyrium in Quæst. Homer. et Eustathium ad Homer. Iliad. A. 261. ubi Nestori tres ætates tribuuntur. Eadem videtur esse Plutarchi sententia in Catone Majore, Herodotus in Euterpe tres ætates centum annis

quem Alexander cum toto exercitu ingressus 'agitari undique feras' jussit. 14. Inter quas cum leo magnitudinis raræ ipsum regem invasurus incurreret; forte Lysimachus, qui postea regnavit,<sup>j</sup> proximus Alexandro, venabulum obicere feræ cœperat. Quo rex repulso, et 'abire' jussu, adjecit, 'tam a semet uno quam a Lysimacho leonem interfici posse.' 15. Lysimachus enim quondam cum venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram solus: sed lævo humero usque ad ossa laceratus ad ultimum periculi pervenerat. 16. Id ipsum exprobrans ei rex, fortius, quam locutus est, fecit: nam feram non excepit modo; sed etiam uno vulnere occidit. 17. Fabulam,<sup>k</sup> quæ 'objectum leoni a rege Lysimachum' temere vulgavit, ab eo casu,

\*\*\*\*\*

—14 Idem codex omittit *Inter*. Pal. 1. *invasurus occurreret*, ut conj. Heinsius. Voss. 2. omittit, *qui postea regnavit*. Leid. et Voss. 1. *venabulum obicere*. Voss. 2. *Quo r. expulso*. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. omittunt uno.—15 Voss. 2. omittit *enim*. Pal. 1. *cum venaret*; Voss. 1. *cum veneretur*; Lugd. et Amst. *cum venarentur*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Dan. *insidia* pro in Syria; Fauch. *suprascr. sylva*, quomodo habet Bong. 2. et Voss. 2. *occiderat quidem* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *sed l. humore* Fauch. *laceratum* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *sed Bong. 1. suprascr. habet s*; Dan. *lanceratum*. Voss. 2. *ad u. p. venerat*.—16 *Ipsum exprobrans*

#### NOTE

circumscribit. Similis est computatio Clementis Alex. Strom. lib. 1. Herodiani III. 26. Alio quoque modo a Græcis accipi posse *γερὰν, αἰάτην*, infra visuri sumus ad cap. 6. pro spatio temporis scilicet quo singuli reges imperant. At Latini 'tres ætates' Homeri, 'tria sæcula,' hoc est, 300. annos interpretantur. Ovid. Met. XII. 'Vixi Annos bis centum; nunc tertia vivitur ætas.' Propertius lib. II. Eleg. 13. 'Nestoris est visus post tria sæcla cinis.' Tibullus lib. IV. ad Mess. Juvenalis Sat. X. vs. 246. Lucianus quoque in Macrobiis. Ita fere Raderus et Freinshemius. Videri potest Lindenbrogius in Censorini cap. 17. Quoniam potissimum sensu 'ætas' hic intelligenda sit, tuni esto, Lector, judicium: neque enim quicquam

satis tuto affirmari posse constabit ex his quoque quæ dicturi sumus ad cap. 6.

<sup>j</sup> *Postea regnavit*] In Thracia, et aliquamdiu in Macedonia. Vide Justin. lib. XV. et seqq. Diodorum lib. XVIII. XIX.

<sup>k</sup> *Fabulam*] Pro vera historia habuerunt Pausanias lib. I. Seneca de Ira lib. III. et de Clementia lib. I. Plinius lib. VIII. cap. 16. Justinus lib. XV. Valerius Max. lib. IX. cap. 3. idque firmari aiunt nummis Lysimachi ipsius, qui reperiuntur apud Lazzium pag. 447. *Objectum*] Pausanias in eandem cum leone caveam includi jussu ab Alexandro scribit; sed cum ab eo feram exanimatam intellexisset, virtutem ejus admiratum esse.

quem supra diximus, ortam esse crediderim. 18. Ceterum Macedones, quanquam prospero eventu defunctus erat Alexander, tamen <sup>a</sup> scivere gentis suæ more, ne pedes venaretur, aut sine delectis principum amicorumque. 19. Ille, iv. millibus ferarum dejectis, in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est. Inde Maracanda reditum est; acceptaque ætatis excusatione ab Artabazo, provinciam<sup>1</sup> ejus destinat Clito. 20. Hic erat, qui apud Granicum<sup>m</sup> amnem nudo capite regem dimicantem clypeo suo textit, et Rhœsacis manum capiti regis imminentem gladio amputavit: vetus Philippi miles multisque bellicis operibus clarus. 21. Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, soror ejus, haud secus quam mater a rege diligebatur. Ob has causas validissimam<sup>n</sup> imperii partem fidei ejus tutelæque commisit: 22. jamque 'iter parare in posterum' jussus, solenni

<sup>a</sup> *Etsi felicem exitum habuerat venationis, tamen decreverunt, &c.*

////////

Pith.—18 Leid. *functus erat*. Ald. *tum scivere*; Mer. *tamen sinere*; Voss. 2. omittit *scivere*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *g. s. morem*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *nam ut pedes*; Mer. *ut pedes*. Heinsius conj. *nemo pedes*. Florent. Leid. Voss. 2. et Mer. *venaretur haud sine delectis*; Voss. 1. et Pal. 1. *veneretur haud sine dilectis*, in Pal. 1. tamen suprascr. a. Florent. Leid. et Voss. 1. *atque amicorum*; Voss. 2. omittit *que*. —19 Florent. et Voss. 1. *excusationis*. —20 Pith. *c. suo protexit*. Florent. Leid. et Bong. 1. *Hrosacis*; Bong. 2. *Rhosaceris*; Pal. 1. *ethrosatis*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Frob. et Col. *Rosaceris*, omisso *et*; Voss. 2. omittit *Rhosacis*. Voss. 2. *verus P. miles*. —21 Voss. 2. *Hellani*; Ald. *Hellanice*. 'Rectius appellari videtur *Lanice*, ut ap. Ælian. V. H. xii. 26. (Λανίη,) et Arrian. iv. 9.' *Schmieder*. Vide Gronov. ad Arrian. l. l. Hesych. in v. λᾶ, et Ruhnck. Ep. Crit. i. p. 52. Apud Athen. iv. vitio scripturæ *Lanice* appella-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Provinciam*] Bactrianam, cum Ariamazis petra et apposita regione, &c. Provincia Romanis dicebatur regio quam, armis subactam, Romano jure Romanisque præfectis ac magistratibus administrabant: unde etiam Provinciæ Gallicæ nomen hodieque manet, *la Provence*. Vide sis Manut. lib. de Leg. Rom.

<sup>m</sup> *Apud Granicum*] Rei gestæ narrationem habes Suppl. lib. ii. cap. 5.

Arriano 'Rhœsaces' vocatur quem Noster 'Rhœsacem' appellat; nec isti, sed Spithridati ejus fratri, manum a Clito amputatam refert.

<sup>n</sup> *Validissimam*] Id quidem conjicere licet, cum ex crebris defectionibus, tum ex diuturno ac periculoso bello quod in Bactrianis Sogdianisque subigendis Alexandrum plus uno anno tennit.

et tempestivo adhibetur convivio. In quo rex cum multo incalisset mero, immodicus æstimator sui, celebrare, quæ gesserat, cœpit; gravis etiam eorum auribus, qui sentiebant vera memorari.<sup>b</sup> 23. Silentium tamen habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere, 'nobilem apud Chæroneam<sup>o</sup> victoriam sui operis fuisse' jactavit; 'adem-tamque sibi malignitate et invidia patris tantæ rei gloriam. 24. Illum quidem, seditione<sup>p</sup> inter Macedones milites et Græcos mercenarios orta, debilitatum vulnere, quod in ea consternatione acceperat, jacuisse, non alias quam simulatione mortis tutiorem; se corpus ejus protexisse clypeo suo, ruentesque in illum sua manu occisos. 25. Quæ patrem nunquam æquo animo esse confessum, invitum filio debentem salutem suam. Itaque post expeditionem, quam sine eo fecisset ipse in Illyrios,<sup>q</sup> victorem scripsisse se patri, fusos fugatosque hostes: nec affuisse unquam Philippum. 26. Laude dignos esse, non qui Samothracum<sup>r</sup> ini-

<sup>b</sup> *Molestus iis ipsis qui aciebant vera esse qua dicebat.*

tur. Leid. *soror ei.*—22 Voss. 2. *extimator sui.* Voss. 2. et Pal. 1. *gravis esse eorum.* Pith. qui *sentiebat.*—23 Froh. *omittit tamen,* pro quo Ald. Colia. Gryph. Mer. Bas. et Col. habent *tum.* Voss. 1. *orsus obterere.* Florent. Leid. Voss. 2. et Dan. *Ceroneam;* Voss. 1. *Ceroneam;* Ald. *Cheroneiam;* edd. vulgg. ante Freinsh. *Cheroneam.* Voss. 2. *omittit sibi.*—24 Florent. Leid. et Voss. 1. *mercenarios.* Voss. 2. *non aliquam.*—25 Idem codex *Patremque,* omisso *Qua.* Pal. 1. *fuisse confessum unico filio.* Edd. vulgg. ante Freinsh. *Illyricos;* Voss. 2. *hilliricos;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii *Illyrios victorem s. sese pater.* Pal. 1. *nec a. nusquam;* vulgg. ante Freinsh. *nec a. usquam;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii, *nec a. unquam.*—26 Florent. Leid. et Voss. 1. *Laude de dignos.* Pal. 1. *Samathracum;* Voss. 1. 2. *Samotrachum.* Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Apud Charoneam*] Suppl. lib. 1. cap. 8. Chæronea urbs Bœotiæ, Platarchi patria.

<sup>p</sup> *Seditione*] Cum e Scythia victor per Triballos rediret. Suppl. lib. 1. cap. 5.

<sup>q</sup> *Illyrios*] De Illyriis lib. III. cap. 10. Ceterum quæ sit hæc Alexandri expeditio in Illyrios, quove tempore suscepta, nusquam legitur. Nam illa in Medaros ab eo facta huc non per-

tinet, quæ obsidente adhuc Byzantium Philippo contigit: cum ista Curtii post solutam obsidionem, post Seythicum bellum, &c. referatur.

<sup>r</sup> *Samothracum*] Samothracia, vel Samothrace, Ægæi maris insula, Thraciæ ad Meridien vicina, Hebri finibus ostiis objecta. Sic appellatam aiunt, cum antea 'Samos' diceretur, vel quia Thraciæ adjacet, vel quia incolis partim e Sæmo, partim e Thra-

tia<sup>a</sup> viserent, cum Asiam uri vastarique oporteret, sed eos, qui magnitudine rerum fidem antecessissent.’ 27. Hæc et his similia læti audire juvenes: ingrata senioribus erant, maxime propter Philippum, sub quo diutius vixerant. 28. Tum Clitus, ne ipse quidem satis sobrius, ad eos, qui infra ipsum cubabant,<sup>b</sup> conversus, Euripidis<sup>c</sup> retulit carmen, ita ut sonus magis quam sermo exaudiri posset a rege. 29. Quo significabatur, ‘male instituisse Græcos, quod tropæis regum duntaxat nomina inscriberentur: alieno enim sanguine partam gloriam intercipi.’<sup>d</sup> Itaque rex, cum suspicaretur, malignius habitum esse sermonem, percontari proximos cœpit, ‘quid ex Clito audissent.’ 30. Et

<sup>a</sup> Quoniam reges vindicant sibi gloriam quasitam aliorum cruore.



vastari quoque oportet. Pith. antecessissent fidem; Voss. 1. et Bong. 2. omit-  
tant fidem.—27 Voss. 2. læti audire j. et ingrata.—28 Florent. Leid. Voss. 1.  
et Bong. Cum Clitus. Pal. 1. excubant. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan.  
exaudiri possit.—29 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. inscriberent; Voss. 2.  
scriberentur: in Bong. 1. deest hoc verbum et reliqua usque ad verbum abdi-  
derant, infra VIII. 3. 87. Voss. 2. Itaque cum rex. Pal. 1. quod ex Clito. Edd.  
vett. Clito; omnes vero codd. ubique Clito.—30 Florent. Leid. et Voss. 1. 2.

#### NOTE

cia commigrantibus habitata est. Et necesse fuit aliqua ratione distingui ab aliis duabus ejusdem nominis insulis, quarum altera in Icario mari, juxta Ionie littus, proprie simplici-terque ‘Samos’ appellata est; altera, prope Epirum, ‘Cephalenie’ postea nomen habuit. Vide Ortelium.

<sup>a</sup> Initia] Mystéria veteres ‘initia’ vocarunt; idque nomen Samothracum mysteriis quasi proprium mansit. Iasioni cuidam ab Jove tradita prætabantur: tantaque erat templi in quo celebrabantur religio, tantæ divitiæ, ut ex eo Cilices piratæ decem aliquando talentorum millia abstulerint; si Eustathio credimus ad Dionys. Perieg. vs. 874. His se mysteriis initiari Philippus curaverat; quo nomine ab Alexandro carpitur: sive quod opportunum rei gerendæ tem-

pus inanis religio abstulisset, sive quod ea ætate hæc otiosus egisset, qua maximas ipse res in Asia gesserat.

<sup>b</sup> Cubabant] Accumbebant in lectis cœnatoriis pro temporis illius more.

<sup>c</sup> Euripidis] Nobilis fuit Tragediarum scriptor, illo ipso die natus quo Xerxes ad Salaminem a Themistocle victus est, Olymp. LXXV. an. 1. Plures edidit Tragedias, quarum novemdecim supersunt. Vixit ad annum Olymp. XCIII. secundum, quo pariter mortuus est ejus æmulus Sophocles. De mortis genere utriusque multa Salianus ad hunc annum. Carmen quod Clitus retulit, ex ejus Andromache sumtum est, vs. 693. Οἱ μοι, καθ’ Ἑλλάδα, κ. τ. λ. *Hei mihi! quam malus mos est in Græcia, &c.*

illis ad silentium obstinatis, Clitus paulatim majore voce 'Philippi acta bellaque in Græcia gesta' commemorat, omnia præsentibus præferens. 31. Hinc inter juniores senesque orta contentio est. Et rex, velut patienter audiret, quis Clitus obtinebat laudes ejus, ingentem iram conceperat. 32. Ceterum cum animo videretur imperaturus, si finem procaciter orto sermoni Clitus imponeret, nihil eo remittente magis exasperabatur. 33. Jamque Clitus etiam Parmenionem defendere audebat, et Philippi de Atheniensibus victoriam<sup>v</sup> Thebarum præferebat excidio; non vino modo, sed etiam animi prava contentione provectus.<sup>d</sup> 34. Ad ultimum, 'si moriendum,' inquit, 'est pro te; Clitus est primus: at cum victoriæ arbitrium agis, præcipuum ferunt præmium, qui procacissime patris tui memoriæ illudunt. 35. Sogdianam regionem mihi attribuis, toties<sup>v</sup> rebellem, et non modo indomitam, sed quæ ne subigi quidem possit: mittor ad feras bestias præcipitia ingenia sortitas.<sup>e</sup> 36. Sed quæ ad me pertinent, transeo. Philippi milites spernis, oblitus, nisi hic Atharias<sup>x</sup> senex juniores pugnam

<sup>d</sup> Non solum ebrietate, verum etiam improba ingenii pervicacia abreptus.

<sup>e</sup> Quæ ferocem indolem a natura acceperunt.

ad silentium. Voss. 2. omittit, omnia præf. Hinc.—31 Mod. senioresque. Pith. orta contentione, probante Freinshemio. Edd. vett. quibus Clitus; codd. vero: quis (vel queis) Clitus.—32 Bong. cum aîo; Ald. cum omnino. Florent. et Leid. impetraturus. Ald. ne finem; Fauch. ut finem. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. aliam vett. nihil eorum omittente; correxit Acidalius.—33 Pal. 1. et Voss. 2. non uno modo. Pal. 1. cum prava. Voss. 2. provectis et ad ultimum.—34 Edd. vett. a Modio usque ad Freinsh. at victoriæ majus præmium; Voss. 1. 2. Florent. et Leid. at victoriæ arbitrium majus præcipuum; et sic Dan. Bong. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. sed Pal. 1. at cum victoriæ arbitrium; in Bong. 1. etiam suprasc. cum. Dan. magis præcipuum; Pith. magis propitium.—35 Voss. 2. Sogdianam provinciam. Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Ald. præcipitia ingenitia; Venet. et Veron. p. ingentia; Pal. 1. præcipua ingenia; multæ edd. ante Freinsh. præcipitia ingenta; Frob. Lugd. et Amst. ut in textu.—36 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Atharrias; Voss. 2. Artabaxus; Ald. Tarrias. Pal.

#### NOTE

<sup>v</sup> Victoriam] Ad Chæroneam. Thebarum] Quas ipse Alexander evertarat. Suppl. lib. i. cap. 13.

<sup>v</sup> Toties] Ter jam rebellaverat, ut ex Diodoro constat in Summario ca-

pitum lib. xvii.

<sup>x</sup> Atharias] Hunc eundem Curtius lib. v. cap. 2. 'Adarchiam' appellavit: utro loco rectius, parum liquet. De ipsa re habes in Suppl. lib. ii.

detrectantes revocasset, adhuc nos circa Halicarnassum hæsueros fuisse. 37. Quo modo ergo Asiam etiam cum istis junioribus subiecisti? Verum est, ut opinor, quod avunculum<sup>a</sup> tuum in Italia dixisse constat, ipsum in viros<sup>a</sup> incidisse, te in fœminas. 38. Nihil ex omnibus inconsulte ac temere actis regem magis moverat, quam Parmenionis cum honore mentio illata. Dolorem tamen rex pressit; contentus jussisse, 'ut convivio excederet.' 39. Nec quicquam aliud adjecit, quam 'forsitan eum, si diutius locutus foret, exprobraturum sibi fuisse vitam a semet ipso datam; hoc enim superbe sæpe jactasse.' 40. Atque illum cunctantem adhuc surgere, qui proximi ei cubuerant, injectis manibus jurgantes monentesque conabantur abducere. 41. Clitus cum abstraheretur, ad pristinam violentiam ira quoque adjecta, 'suo pectore tergum<sup>a</sup> illius esse defensum; nunc, postquam tanti meriti præterit tempus, etiam memoriam invisam esse' proclamat. 42. 'Attali'<sup>b</sup> quoque

1. pugna. Voss. 1. Florent. et Leid. detractantem. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Lugd. et Col. Alicarnasum; Amst. Alicarnassum; Voss. 1. Florent. et Leid. Halicarnasum.—37 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. Q. m. igitur. Voss. 2. ipse pro etiam. Pal. 1. cum i. juvenibus. Unus codex Snakenburgii subiecistis. Voss. 2. opinor, omisso ut. Mod. avunculum in Italia; Ald. av. tuum Alexandrum. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. et Bas. Italiam. Voss. 2. ne in feminas.—38 Multæ edd. ante Freinsh. ac temere actis; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. et Fauch. ac t. jactis. Voss. 2. omittit regem.—39 Idem codex omittit rex.—40 Pal. 1. qui p. ei accubuerant. Florent. Leid. et Voss. 1. conabantur adducere.—41 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et nonnullæ edd. ante Freinsh. pristinam vinolentiam; Leid. Dan. Pal. 1. Vernet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Mer. Bas. Ald. Colin. Gryph. et Col. pristinam violentiam. Elz. nunc postquam. 'Rectius fuerit in oratione obliqua

## NOTÆ

cap. 10. et apud Diodorum lib. xvii.

<sup>a</sup> Avunculum] Alexandrum Epirotarum regem, Olympiadis fratrem, qui Cleopatram ipsius Alexandri sororem duxerat. Hic, auditis quæ Noster in Asia gesserat, æmulatione gloriæ incensus, ambigu quoque deceptus oraculis in Italiam trajecit; quasi Occidentem universum domiturus: sed a Brutiis Lucanisque victus occubuit. Vide Livium lib. viii. Justin. lib. xii. cap. 2. sed lege infra lib. x.

cap. 1.

<sup>a</sup> In viros] Hostes sibi fortissimos Italos, tibi ignavissimos obtigisse Asianos.

<sup>a</sup> Pectore tergum] Contumeliosedictum, quasi fugientem Alexandrum ipse objectu sui pectoris defenderit; quod præcni a vero aberat. Suppl. lib. ii. cap. 5.

<sup>b</sup> Attali] De quo nonnulla diximus lib. vi. cap. 9. Plura Suppl. lib. i. cap. 9. Hunc Alexandri jussu Par-

'cædem' objiciebat, et ad ultimum, Jovis, quem patrem sibi Alexander assereret, oraculum eludens, 'veriora se regi, quam patrem ejus respondisse,' dicebat. 43. Jam tantum iræ conceperat rex, quantum vix sobrius ferre potuisset. Enimvero olim mero sensibus victis, ex lecto repente prosiluit. 44. Attoniti amici ne positis quidem, sed abjectis poculis, consurgunt, in eventum rei, quam tanto impetu acturus esset, intenti. 45. Alexander, rapta lancea ex manibus armigeri, Clitum adhuc eadem linguæ intemperantia furem percutere conatus, a Ptolemæo et Perdiccâ inhibetur: 46. medium complexi et obluctari perseverantem morabantur: Lysimachus et Leonnatus etiam lanceam abstulerant. 47. Ille militum fidem implorans, 'comprehendi se a proximis amicorum, quod Dario nuper accidisset,' exclamat; 'signumque tuba dari, ut ad regiam armati coirent,' jubet. 48. Tum vero Ptolemæus et Perdiccas genibus advoluti orant, 'ne in tam præcipiti ira perseveret,' spatiumque potius animo det: omnia postero die justius executurum.' 49. Sed clausæ erant aures, obstrepente ira. Itaque impotens animi percurrit in regiæ vestibulum, et, vigili excubanti hasta ablata, constitit in aditu, quo necesse erat iis, qui simul coenaverant, egredi. Abierant ceteri, Clitus ultimus sine lumine exibat. 50. Quem rex, 'quisnam esset,' interrogat. Eminebat etiam in voce sceleris, quod parabat, atrocitas: 51. et ille, jam non suæ, sed regis iræ memor,

† Tantam iracundiam sentiebat, ut eam difficile moderari potuisset, etiam non ebrius.  
‡ Tempus iræ suæ mitigandæ concedat.

*præterierit.* Bothe.—42 Leid. et Voss. 1. *objiciebat.*—43 Voss. 1. 2. Florent. Leid. Dan. Pal. 1. Mod. et Bong. *olim meo*; vulgg. edd. ante Freinsh. omitunt *olim*. Voss. 2. *repente prosilivit.*—44 Ald. *sed adjectis*. Bas. *quem tanto.*—45 Florent. Leid. et Voss. 2. a *Phtolomeo*. Voss. 2. et Col. *Perdica.*—46 Bas. *lanceam abstulerunt.*—47 Leid. *comprehendisse a proximis.*—48 Voss. 2. omittit *vero*, et mox pro *orant* habet *erant*. Idem codex: *spatium potius*, omisso *que*.—49 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Pal. 1. *obstreperentes ira.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *procurrit*. Pal. 1. *hasta allata.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *quo n. e. his.* Florent. *Quam rex.*—51 Voss. 2. et Pal.

## NOTE.

menio et Hecatæus in Asia necarunt, Suppl. lib. 1. cap. 10.



'Clitum esse, et de convivio exire' respondit. 52. Hæc dicentis latus hasta transfixit, morientisque sanguine aspersus: 'I nunc,'<sup>c</sup> inquit, 'ad Philippum et Parmenionem et Attalum.'

11. 1. Male humanis ingeniis natura consuluit, quod plerumque non futura, sed transacta perpendimus. Quippe rex, postquam ira mente decesserat, etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris sera æstimatione perspexit. 2. Videbat<sup>a</sup> tunc immodica libertate abusum, sed alioqui egregium bello virum, et, nisi erubesceret fateri, servatorem sui, occisum. Detestabile carnificis ministerium occupaverat rex, verborum licentiam, quæ vino poterat imputari, nefanda cæde ultus. 3. Manabat toto vestibulo cruor paulo ante<sup>b</sup> convivæ: vigiles attoniti et stupentibus similes procul stabant, liberiolemque pœnitentiam solitudo exciebat.<sup>d</sup> 4. Ergo hastam ex corpore jacentis evulsam retorsit in semet: jamque admovent pectori, cum advolant vigiles, et repugnanti e manibus extorquent allevatumque in tabernaculum deferunt. 5. Ille humi prostraverat corpus, gemitu

<sup>a</sup> Jam nimis sera consideratione agnovit facti sui indignitatem.

<sup>b</sup> Solitudo regis opportuniorem pœnitendi locum ei dabat.



1. et ille non, omisso jam. Voss. 2. sed ira regis. Mod. Clitum se esse.—52 Voss. 2. omittit I. Pal. 1. ad Philippum pergem et Attalum. Voss. 2. ad Ph. et P. et A. perge.

1 Alii codd. natura consulit. Voss. 2. quod plerique n. f. s. t. non perpendimus; Modius ex libris scriptis malit: sicut transacta. Multæ edd. ante Freinsh. posteaquam ira. Voss. 2. sera extimatione. Pith. perperxit.—2 Voss. 2. Videbat Clitum, et paulo post: servatorem suum. Dan. Pith. et Fauch. verborum licentia. Mod. vino pote. Vide Not. Var. Mer. Frob. Lugd. Bas. et Col. nephanda cæde.—3 Voss. 2. omittit vigiles. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. et Amst. solitudo exciebat; Scheffer. conj. solitudo exhibebat.—4 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. evulsam. Voss. 1. retorsit in semet. 'Nonnihil offendor vocabulo tabernaculum, quia Alexander non in castris, sed in regia (§ 5.) Maracandorum fuisse videtur.' Schmieder.—5 Voss. 2. Ille h. constraverat. Voss. 1. et Bong. 1. 2.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> I nunc] Simile illud Neoptolemi ad Priamum, Æneid. 11. 547. quo forte respexit Curtius: 'Referes ergo hæc, et nuntius ibis Pelidæ genitori,' &c.

<sup>a</sup> Videbat] Clitum a se occisum,

quem loquendi licentia longius quidem abstulerat; sed alioqui, &c.

<sup>b</sup> Paulo ante] Ejus qui paulo ante regis ipsius convivio interfuerat.

ejulatuque miserabili tota personante regia. Laniare deinde os unguibus, et circumstantes rogare, 'ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur.' 6. In has preces tota nox exacta est. Scrutantemque, 'num ira Deorum ad tantum nefas actus esset,' subit, 'anniversarium sacrificium Libero patri non esse redditum statuto tempore: itaque<sup>c</sup> inter vinum et epulas cæde commissa, iram Dei fuisse manifestam.' 7. Ceterum magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos videbat attonitos: neminem cum ipso sociare sermonem postea ausurum: vivendum esse in solitudine velut feræ bestiæ, terrenti alias, alias timenti. 8. Prima deinde luce 'tabernaculo corpus,' sicut adhuc cruentum erat, jussit 'inferri.' Quo posito ante ipsum, lacrymis obortis, 'hanc,' inquit, 'nutrici<sup>d</sup> meæ gratiam retuli, cujus duo filii apud Miletum pro mea gloria occubuerunt mortem: hic frater, unicum orbitatis solatium, a me inter epulas occisus est. 9. Quo nunc se conferet misera? Omnibus ejus unus supersum, quem solum æquis oculis videre non poterit. Et ego, servatorum meorum latro,<sup>e</sup> revertar in pa-

<sup>c</sup> Dum cogitat an non Deorum vindicta impulsus fuisset ad tam grave facinus, venit in mentem, &c.

<sup>d</sup> Ego interfector eorum a quibus servatus sum.

*gemitu hejulatuque*; Voss. 2. *g. ululatuque*. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. et Frob. *tota personans regia*; Col. et Mer. *tota personat regia*; Voss. *totam personans regiam*. Lectio nostra est ex ingenio Modii. Bong. 2. *deinde* Æs.—6 Florent. Lugd. et Amst. *Inter has*. Florent. Leid. Voss. 1. et Mod. *nox extracta*; Bong. *nox extructa*. Voss. 2. *an ira*. Dan. *ictus esset*, sed *supra*scr. a. Voss. 2. *subit anniversarium*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *stato tempore*; Pal. 1. Dan. Mer. Col. et Bas. *statuto tempore*. Florent. Leid. Voss. 1. Pith. et Bong. 2. *iram diei*. Mer. *manifestum*.—7 Florent. *videndum esse*. Voss. 2. *terrenti alias timentique*; Florent. t. *alia alios timenti*; Bong. 2. et Voss. 1. t. *alias alios timenti*; membranæ Modii: *terrenti alios timentique*.—8 Voss. 2. *omittit adhuc*, et *mox habet*: *Quo composito*. Voss. 2. *occubuerunt in hostem*; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Dan. *occubuerunt mortem*; Mod. Amst. Lugd. Col. *aliæ* edd. *omittunt mortem*.—9 Voss. 2. *offerre possum*.—10 Voss.

## NOTÆ

<sup>c</sup> Itaque] Iræ Bacchi causam affert cap. 1.

Plutarchus, quod Thebas illius patriam evertisset.

<sup>d</sup> Nutrici] Hellenicæ, Cliti sorori. Miletum] Urbem Ionie; lib. iv.

Delphi. et Var. Clas.

<sup>e</sup> Latro] Sicarius, percussor. Antiquis 'latrones' dicti sunt satellites mercede conducti; quasi 'laterones,' inquit Varro, quoniam latera princi-

Q. Curt.

2 P

triam, ut ne dextram quidem nutrici sine memoria calamitatis ejus offerre possim? 10. Et cum finis lacrymis querelisque non fieret; jussu amicorum corpus ablatum est: rex triduum jacuit inclusus. 11. Quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt; universi in tabernaculum irrumpunt, diuque precibus ipsorum reluctatum ægre vicerunt, ut cibum caperet: 12. quoque minus cædis puderet, 'jure interfectum Clitum' Macedones decernunt, sepultura quoque prohibitori, ni rex humari jussisset. 13. Igitur decem diebus maxime ad confirmandum pudorem apud Maracanda consumtis, cum parte exercitus Hephæstionem in regionem Bactrianam misit, commeatus in hyemem paraturum. 14. Quam Clito<sup>f</sup> autem destinaverat provinciam, Amyntæ dedit. Ipse Xenippa<sup>g</sup> pervenit. Scythiæ confinis est regio, habitaturque pluribus ac frequentibus vicis, quia ubertas terræ non indigenas modo detinet, sed etiam advenas invitat. 15. Bactrianorum exulum, qui ab Alexandro defecerant, receptaculum fuerat. Sed postquam regem adventare comperit, pulsus ab incolis 11. millia fere et ducenti congregantur. 16. Omnes equites erant, etiam in pace latrociniis assueti: tum ferocia ingenia non bellum modo, sed etiam

2. omittit corpus; pro triduum habet triduo, et mox immensi in t. i. diu precibus. —12 Pal. 1. quorum minus. Venet. Veron. et Mer. Clitum dixerunt: Macedones quoque sepulturam prohibitori rex, &c. Voss. 2. omittit decernunt, et pro ni habet nisi.—13 Mer. Bas. et Col. Maracandam. Ald. cum parta.—14 Quam Clito ante Theocr. Xenippa Voss. 2.—15 Multæ edd. ante Freinsh. sed posteaquam. Florent. Leid. et Voss. 1. II. pro millia, quod deest in Pith. et Bong. 2. Pro ducenti Voss. 2. et Fauch. quingenti; Florent. Leid. Voss. 1. Pith. et

#### NOTÆ

pum tegerent. Sed quia 'latrones' quoque vocantur prædones grassatoresque, &c. propterea Festus ab eo dictos voluit, quod 'a latere' adoriantur: vel 'a latendo,' quod ex latibris in viatores erumpant. Denique quod hi plerumque percussores sint, 'latro' dicitur quisquis per vim et injuriam trucidat.

<sup>f</sup> Quam Clito] Dimissam ab Artabazo; supra cap. 1. Amyntæ] Nicolai filio, inquit Arrianus.

<sup>g</sup> Xenippa] Græcum nomen est utique a Macedonibus impositum; sed cui demum regionis, incertum est, cum alius nemo meminerit; nisi quod Sogdianæ partem esse suspicari licet.

veniae desperatio efferaverat. Itaque ex improvise adorti Amyntam prætorem Alexandri, diu anceps prælium fecerant. 17. Ad ultimum DCC. suorum amissis, quorum CCC. hostis cepit, dedere terga victoribus: haud sane inulti; quippe LXXX. Macedonum interfecerunt, præterque eos CCC. et L. saucii facti sunt. 18. Veniam tamen etiam post alteram defectionem impetraverunt. 19. His in fidem acceptis, in regionem, quam Naura<sup>b</sup> appellant, rex cum toto exercitu venit. Satrapes erat Sysimithres<sup>c</sup> duobus ex sua matre filiis genitis: quippe apud eos parentibus stupro coire cum liberis fas est. 20. II. millibus armatis populatibus, fauces regionis, qua in arctissimum cogitur,<sup>d</sup> valido munimento sepserant: præterfluebat torrens amnis a tergo; petra claudebat: hanc manu perviam incolæ fecerant.

<sup>a</sup> Ubi in angustissimum spatium coarctatur.

Bong. 2. D.—16 Voss. 2. *vehemens desperatio*, et paulo post: *prælium fecerunt*.—17 Idem codex: *saucii sunt facti*.—19 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *Nauta*; Bong. *Nausi*; Ald. *Nautaiam*; Frob. Mer. Col. et Bas. *Nautam*. 'Hoc nomen (*Naura*) de his regionibus a nemine commemoratur. In pluribus codd. legitur *Nauta*; legendum est cum Arriano IV. 18. 1. *Nautaca*; quæ urbs in Sogdiana quidem, sed propior Oxo erat.' Schmieder. Florent. Leid. Bong. 1. et Dan. *Simithrides*; Voss. 1. et Bong. 2. *Simithrides*; Voss. 2. *Simithres*; Ald. *Sisinytres*; Pal. 1. *etsimithres*; Mer. *Sysimithrides*. Voss. 2. omittit ex ante sua.—20 Ald. II. mill. Pith. duo millia; Pal. 1. et Dan. II. Mod. Amst. et Lugd. is. 'Cum Modio malo: *is armatis*... *sepserat*, quia in membranis vox *is* facile ita scripta esse potuit, ut pro numero II. haberetur. Numerus millenarius sæpe omittitur, et sic pro *is* legi poterat II. M. Potes etiam: *ii armatis*... *sepserant*.' Schmieder. Pal. 1. quæ pro qua. Voss. 2. *altissimum*. Mod. Amst. et Lugd. *sepserat*, quod deest in Voss. 2. *Præter se fluebat* Pal. 1. 'Snakenburgiana: *Præterfluebat t. amnis*; a tergo petra claudebat, quæ unde præpositionem, in omnibus codd. aliisque edd. deficientem, habeat, ignoro. Retinui tamen, interpunctione paulisper mutata.' Schmieder.

#### NOTE

<sup>b</sup> *Naura*] Nec hujus regionis nomen, circa Bactrianam quidem Sogdianamve, apud alium ullum reperitur. *Naura* enim, cujus est mentio in Periplo maris Erythræi, urbs erat et promontorium Indiæ intra Gangem in Limyrica provincia. *Nautaca* vero Arriani et Diodori huc pertinere non videntur, cum ille Sysimithris petram in Paratacis, non apud Nauta-

ca, constituat; iste expeditionem in *Nautacas* eandem faciat, quam inferius, alio licet nomine, descripsit Curtius, cap. 4. Sysimithræ petram, ad eoque regionem *Naura*, in Bactrianis collocat Strabo lib. XI.

<sup>c</sup> *Sysimithres*] Choriensem Arrianus vocat; apud quem 'Chorienis rupes' vocatur, quæ Curtio 'Sysimithris petra.'

21. Sed aditus specus accipit lucem; interiora nisi illato lumine obscura sunt: perpetuus cuniculus iter præbet in campos, ignotum nisi indigenis. 22. At Alexander, quamquam angustias naturali situ munitas ac validas manu barbari tuebantur, tamen arietibus admotis munimenta, quæ manu adjuncta erant, concussit, fundisque et sagittis propugnantium plerosque dejecit: quos ubi dispersos fugavit, ruinas munimentorum supergressus ad petram admovit exercitum. 23. Ceterum interveniebat fluvius, cœsuntibus aquis ex superiore fastigio in vallem; magnique operis videbatur, tam vastam voraginem explere. 24. 'Cædi' tamen 'arbores et saxa congeri' jussit: ingensque barbaros pavor, rudes ad talia opera, concusserat, excitatam molem subito cernentes. 25. Itaque rex, ad deditionem metu posse compelli ratus, Oxarten misit nationis ejusdem, sed ditionis suæ, qui suaderet duci, 'ut traderet petram.' 26. Interim ad augendam formidinem et turres admovebantur, et excussa tormentis tela emicabant. 27. Itaque verticem petræ, omni alio præsidio damnato, petiverunt. At Oxartes trepidum diffidentemque rebus suis Sysimithrem coepit hortari, 'ut fidem quam vim Macedonum mallet experiri; neu moraretur festinationem victoris exercitus, in Indiam

f Nullis aliis munimentis confisi.

\*\*\*\*\*

der. Si Tellieri ed. in us. Delph. consulisset Schmieder, sciret unde præpositionem sumserat Snakenburgius. Florent. Leid. Dan. et Bong. *tergo petra claudebant*; Pal. 1. *terga petræ clauserat*; Mer. *ergo petra claudebat*; Voss. 2. *terga petræ clauserant*; Amst. et Lugd. *tergo petra claudebant*; vulgg. edd. qui *terga petræ claudebat*.—21 Florent. et Leid. *Sed aditu*; Pal. 1. *Sed aditum*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *lumine obsunt*; Voss. 2. *omittit obscura sunt*. Florent. Voss. 1. et Bong. *campo signorum*; Voss. 2. *campo ignotum*.—22 Mod. Elz. aliæque multæ edd. ante Freinsh. *munitas valida manu*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. ut in textu. Tò manu delet Heinsius, quia eadem vox, quamvis alio sensu, et proxime præcessit, et statim sequitur. Bong. *manu barbarorum*. Voss. 2. *fundis sagittisque*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *supergressus*. Voss. 2. *ad petram movit*.—23 Voss. 2. *exerantibus aquis*. Elz. *magnisque operis*. Pith. *voraginem implere*.—25 Florent. et Leid. *Exorcan*; Voss. 1. et Bong. 2. *Exortan*; Pith. et Dan. *Oxortan*; Ald. *Oxyarten*; Frob. et Pal. 1. *Oxartem*; Mer. Bas. et Col. *Oxortem*.—26 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Frob. Bas. Mer. et Col. *tela micabant*.—27 Ald. *Oxyartes*; Pith. *Oxantes*; Mer. Bas. et Col. *Oxortes*. Florent. *Sisimitrem*; Pal. 1. et Bong. *Sysimethrem*; Mer. *Sysimithridem*; Voss. 2. *Simitrem*; Ald. *Sisinythrem*; Fauch. *Sisemthrem*. Pal. 1. *capit orare*. Voss. 2. *cui q. se offer-*

tendentis : cui quisquis semet offerret, in suum caput alienam cladem esse versurum.' 28. Et ipse quidem Sysimithres deditionem annuebat : ceterum mater eademque conjux, morituram se ante denuntians, quam in ullius veniret potestatem, barbari animum ad honestiora quam tutiora converterat ; pudebatque, libertatis majus esse apud feminas quam apud viros pretium. 29. Itaque, dimisso internuntio pacis, obsidionem ferre decreverat. Sed cum hostis vires suasque pensaret ; rursus muliebris consilii, quod praeceps magis quam necessarium esse credebat, pœnitere eum cœpit. 30. Revocatoque strenue Oxarte, 'futurum se in regis potestate' respondit ; unum precatus, 'ne voluntatem et consilium matris suæ proderet, quo facilius venia illi quoque impetraretur.' 31. Præmissum igitur Oxarten cum matre liberisque et totius cognationis grege sequebatur, ne expectato quidem fidei pignore, quod Oxartes promiserat. 32. Rex, equite præmisso, qui 'reverti eos' juberet 'opperiri præsentiâ ipsius,' supervenit, et, victimis Minervæ ac Victoriæ cæsis, imperium Sysimithri restituit ; spe 'majoris etiam provinciæ' facta, 'si cum fide amicitiam ipsius coluisset.' 33. Duos illi juvenes patre tradente 'secum militaturos sequi' jussit : relictâ deinde phalange, ad subigendos, qui defecerant, cum equite processit. 34. Arduum et impeditum saxis iter primo utcumque tolerabant : mox equorum non ungulis modo attritis, sed corporibus etiam fatigatis, sequi plerique non poterant, et rarius subinde agmen fiebat, pudorem, ut fere fit, immodico labore vincente. 35. Rex tamen, subinde equos mutans, sine intermissione fugientes insequabatur. Nobiles juvenes comi-

*ret, in caput alienam, &c.*—28 Pal. 1. Mer. Bas. et Col. *abnuebat*. Voss. 2. et Pal. 1. in *illius*. Pal. 1. *venire*. Voss. 2. omittit *quam tutiora*.—29 Idem codex omittit *ferre*. Pal. 1. *hostes viresque suas* ; Voss. 2. Mer. et Col. *hostis vires suas*.—30 Td Oxarte eadem varietate legitur in codd. et edd. vett. ut supra § 25. 27. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *unum imprecat*.—32 Dan. et Pal. 1. *præsens ipsius*. Pal. 1. et v. *minuere ac V. casis*.—33 Idem codex : *relicta d. p. ad persequendos*.—34 Voss. 2. *modico labore*.—35 Pal. 1. omittit *tamen*. Voss. 2. Pal. 1. Mer. Bas. et Col. *juvenes comitare*. Mer. *adultos*. Voss. 2. ut

tari eum soliti defecerant præter Philippum. Lysimachi<sup>1</sup> erat frater, tum primum adultus, et, quod facile appareret, indolis raræ. 36. Is pedes, incredibile dictu, per D. stadia<sup>2</sup> vectum regem comitatus est, sæpe equum suum offerente Lysimacho: nec tamen, ut digrederetur a rege, effici potuit, cum lorica indutus arma gestaret. 37. Idem, cum peruentum esset in saltum, in quo se barbari abdidérant, nobilem edidit pugnam; regemque cominus cum hoste dimicantem protexit. 38. Sed postquam barbari in fugam effusi deseruere sylvas, animus, qui in ardore pugnae corpus sustentaverat, liquit; subitoque ex omnibus membris profuso sudore, arboris proximæ stipiti se applicuit. 39. Deinde ne illo quidem adminiculo sustinente, manibus regis exceptus est, inter quas collapsus exstinguitur. 40. Mœstum regem alius haud levis dolor excepit. Erigyus inter claros duces fuerat; quem extinctum esse paulo ante, quam reverteretur in castra, cognovit: utriusque funus omni apparatu atque honore celebratum est.

III. 1. Dahas<sup>3</sup> deinde statuerat petere: ibi namque Spitamenem esse cognoverat. Sed hanc quoque expeditionem, ut pleraque alia, fortuna, indulgendo ei nunquam fatigata,

*facile, omisso quod.* Frob. *appareat*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *apparet*.—36 Edd. vulgg. ante Freinsh. *CC. stadia*; Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. et Col. *L. stadia*; Fanch. *quingenta stadia*; Voss. 2. *mille quingenta stadia*; Venet. et Veron. *dicta stadia*. Voss. 2. *non tamen digrederetur*.—37 Voss. 2. *egregiam e. pugnam*. Leid. Voss. 1. *cominus*; pro quo Voss. 2. *minus caute*. Voss. 1. *cum oste*.—38 Edd. vulgg. ante Freinsh. *Sed postquam*. Voss. 2. *omittit in ante ardore*. Pith. *sustentaverat corpus*. Ald. *proxime stipiti*.—39 Pal. 1. *ne ullo quidem*.—40 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Mer. *Erignus*, ut semper; Bas. et Col. *Erignus*. Voss. 2. *omittit quem ante extinctum*.

1 Voss. 2. *Dachas*; Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *Dacas*; Loccen. malit *Gubas*. Bong. 1. *Spitamenes se quasi vellet Spitamen esse*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 2. ut in textu. Voss. 2. *Sed quoque, omisso hanc*.

#### NOTÆ

*Lysimachi*] Ejus qui postea regnavit: supra, cap. 1.

<sup>2</sup> *D. stadia*] Sexaginta duo milliaria et quadringentos passus.

<sup>3</sup> *Dahas*] Ubi Dahæ habitarent,

diximus ad cap. 1. *Ibi*] Strabo lib. xi. ad Chorasmasinos sive Chorasmos confugisse Spitamenem tradit; potest utrumque verum esse.

pro absente transegit.<sup>a b</sup> Spitamenes uxoris immodico amore flagrabat; quam, ægre fugam et nova subinde exilia tolerantem, in omne discrimen comitem trahebat. 2. Illa malis fatigata identidem muliebres adhibere blanditias, 'ut tandem fugam sisteret, victorisque Alexandri clementiam expertus, placaret, quem effugere non posset.' 3. Tres adulti erant liberi ex eo geniti, quos cum pectori patris admovisset, 'ut saltem eorum misereri vellet,' orabat; et quo efficaciores essent preces, haud procul erat Alexander. 4. Ille, se prodi, non moneri ratus, et formæ profecto fiducia cupere eam quam primum dedi Alexandro, acinacem strinxit, percussurus uxorem, nisi prohibitus esset fratrum ejus occursu. 5. Ceterum 'abire conspectu' jubet, addito metu 'mortis, si se oculis ejus obtulisset:' et ad desiderium levandum noctes inter pellices agere coepit. 6. Sed penitus hærens amor fastidio præsentium accensus est: itaque rursus, uni ei deditus, orare non destitit, 'ut tali consilio abstineret, patereturque sortem, quamcumque eis fortuna fecisset: sibi mortem ditione esse leviolem.' 7. At illa purgare se, 'quod, quæ utilia esse censebat, muliebriter forsitan, sed fida tamen mente suasisset; de cetero futuram in viri potestate.' 8. Spitamenes, simulato captus obsequio, de die 'convivium

<sup>a</sup> Loco ipsius absentis confecit.



Pith. *numquam fatiganda*.—2 Idem codex: *S. immodico uxoris*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Mod. *ægram fuga*; Mer. et Venet. *ægram fugam*. Voss. 2. *in omni discrimine*, et paulo post: *que effugere*.—4 Pro *profecto* Heinsius legi jubet *profectam*. Florent. Leid. et Bong. 1. 2. *acinacim*: Voss. 1. *atinacem*. Voss. 1. *percursus uxorem*.—5 Leid. Florent. Voss. 1. 2. Dan. et pleræque edd. *e conspectu*. Florent. omittit: *jubet a. m. m. s. s. o. et*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ægre inter pellices*.—6 Bong. *Sed penitens*. Voss. 2. *sortem qualemcumque*. Idem codex et edd. vulgg. ante Freinsh. *eis pro his*. Pronomen prorsus abesse malunt Acidal. et Freinsh. Heinsius vero conj. *Deus et fortuna*. Bong. 1. 2. omittunt *sibi*. Voss. 2. *esse leniorem*.—7 Mer. *ultima esse censebat*.—8 Voss. 2. *aptari jubet*. Voss. 1. 2. et

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Transegit*] Id ipsum quoque refert Arrianus; sed a Scythis fugam comitibus et interfectum esse, et mis-

sum ad Alexandrum ejus caput auctor est; uxoris mentionem fecit nullam.



apparari' jubet; vinoque et epulis gravis, semisomnus in cubiculum fertur. 9. Quem ut alto et gravi somno sopitum esse sensit uxor, gladium, quem veste occultaverat, stringit, caputque ejus abscissum, cruore respersa, servo suo conscio facinoris tradit. 10. Eodem comitante, sicut erat cruenta veste, in Macedonum castra pervenit, nuntiarique Alexandro jubet, 'esse, quæ ex ipsa deberet cognoscere.' 11. Ille 'protenus barbaram' jussit 'admitti:' quam ut aspersam cruore conspexit; ratus ad deplorandam contumeliam venisse, 'dicere, quæ vellet,' jubet. 12. At illa 'servum,' quem stare in vestibulo jusserat, 'introduci' desideravit: qui, quia caput Spitamenis veste tectum habebat, suspectus scrutantibus, quid occuleret, ostendit. 13. Confuderat oris exsanguis notas pallor, nec, quis esset, nosci satis poterat. Ergo rex certior factus, 'humanum caput afferre eum,' tabernaculo excessit, percontatusque, 'quid rei sit,' illo profitente cognoscit. 14. Variæ hinc cogitationes invicem animum diversa agitantem commoverant: meritum ingens in semet esse credebatur, quod transfuga et proditor, tantis rebus, si vixisset, injecturus moram, interfectus esset: contra facinus ingens aversabatur, cum optime meritum de ipsa, communium parentem liberorum, per insidias interemisisset. 15. Vicit tamen gratiam

<sup>b</sup> *Aliquid esse quod ab ea doceri ipsum oporteret.*

~~~~~

Bong. *vino quoque et epulis*. Voss. 2. omittit *gravis*. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. et *semisomnus*; Voss. 2. *semisomnis*; Pal. 1. *semisompnis*.—9 Florent. Leid. et Voss. 1. *caput e. abscissum*. 'Verba *cruore respersa* pro glossemate habenda sunt, cum sequantur simile significantia hæc: *sicut erat cruenta Veste*. Nec refert, conscium vidisse; refert, Macedonas.' Bothe. Mox Voss. 2. omittit *suo*. Voss. 1. 2. *facinoris tradidit*.—10 Voss. 2. omittit in ante *Macedonum*. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *adesse pro esse*; Pith. et Fauch. *esset*.—11 Pith. *Barbatim jussit admitti*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *respersam cruore*. Voss. 2. et Pith. *respezit*.—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *quem in vestibulo stare*; Fauch. *quem in vestibulum stare*.—13 Mod. *dinosci satis poterat*. Voss. 2. in *tabernaculo exceptit*.—14 Dan. omittit *invicem*. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. et Col. *quique tantis*; Mer. *qui tantis*. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Mer. et Amst. *injecturus moram*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. *injecturus moram fuisset*. Voss. 1. 2. *aversabatur*. Florent. Leid. et Voss. 1. *parentem liberam*.—15 Lugd. et Mod.

meriti sceleris atrocitas, denuntiarique jussit, ut 'excederet castris, neu licentiæ barbaræ exemplar in Græcorum mores et mitia ingenia transferret.'<sup>d</sup> 16. Dabæ, Spitamenis cæde comperta, Dataphernen, defectionis ejus participem, vinctum Alexandro seque dedunt. Ille, maxima præsentium curarum parte liberatus, convertit animum ad vindicandas injurias eorum, quibus a prætoribus suis avare ac superbe imperabatur. 17. Ergo Phratapherni Hyrcaniam<sup>c</sup> et Mardos cum Tapuris tradidit, mandavitque, ut Phradaten, cui succedebat, ad se in custodiam mitteret. Arsami, Drangarum<sup>d</sup> præfecto, substitutus est Stasanor. Arsaces in Mediam missus, ut Oxydates inde discederet. Babylonia, mortuo Mazæo, Deditameni subjecta est.

<sup>c</sup> *Sceleris ejus gravitas vicit meritum beneficii.*

<sup>d</sup> *Ne barbaricæ perfidiæ exemplo humaniores Græcorum animos ac mores inficeret.*

*Vicit tandem.* Florent. *meritis.* Pith. et Fauch. omittunt *denuntiarique*.—16 Voss. 2. *Dachæ*; Ald. Mer. Col. et Bas. *Dacæ*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Spitamini*. Voss. 2. *Stataphernem*; Pith. *Phrataphernem*; Mer. *Dataphrenem*.—17 Voss. 2. *Pharataferni*; Mer. Bas. et Col. *Pharapherni*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. omittunt et ante *Mardos*. Florent. Leid. et Voss. 1. *cardos*; Voss. *Chardos*; Pal. 1. *Chardon*; Bong. *eardos*; Pith. Mer. Bas. et Col. *cardos*; ceteri *Mardos*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *Taphiris*; Pal. 1. et Dan. *Taphyris*; Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. *Tapyris*. Multæ edd. ut *Phradatem*; omnes vero codd. ut *Phradaten*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Arsami Dramearum*; Voss. 2. et Pal. 1. *Arsamidram*; Ald. *Arsami Dranarum*; Bong. *Arsami Damearum*; Mer. *Arsanum Dramarum*; edd. vulgg. ante Freinsh. *Arsami Caria*; post Freinsh. *Arsani Drancarum*. Voss. 2. omittit *Stasanor Arsaces*, relicto spatio; Bong. *tansono rarsaces*, et snprascr. *tam sano rars*. Pal. 1. *Tharsanor. Arsaces*; Dan. *Tansorto. rarsaces*; Mer. Col. et Bas. *Tansonor. Arsaces*; Voss. 1. *Ramsanor. Arsaces*. 'Atropates substituendus est ex Arrian. iv. 18. 3.' *Schmieder*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Oxidates*; Ald. *Exodates*; Mer. Bas. et Col. *Occidates*. Bong. 1. *inde secederet*; Pal. 1. *inde decederet*. Florent. et Leid. *Babyloniam*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. *demortuo*

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Hyrocaniam*] Hyrcania lib. vi. cap. 4. Mardi, ibidem, cap. 5. Tapuri, cap. 4. *Phradatem*] Alias 'An-tophradatem,' ibidem. Cui succedebat] Solos huic Mardos atque Tapuros fuisse commissos memineral lib. vi. cap. 4. 5. Hyrcaniæ Menapim

præfectum esse dixerat lib. vi. cap. 4. Mardis solum ac Tapuris prætoris extitisse Phradatem indicat quoque Arrianus eadem narrans lib. iv.

<sup>d</sup> *Drangarum* [*Drancarum*] Iidem lib. vi. cap. 6. 'Drangæ' vocantur. *Arsaces*] Atropatem Arrianus ait fu-

IV. 1. His compositis, tertio mense ex hybernis movit exercitum, regionem, quæ 'Gabaza' <sup>a</sup> appellatur, aditurus. 2. Primus dies quietum iter præbuit: proximus ei nondum quidem procellosus et tristis, obscurior tamen pristino, non sine minis <sup>b</sup> crescentis mali præterit: 3. tertio ab omni parte coeli emicare fulgura, et, nunc internitente luce, nunc condita, non oculos modo meantis exercitus, sed etiam animos terrere cœperunt. 4. Erat prope continuus coeli fragor, et passim cadentium fulminum species visebatur: attonitisque auribus, stupens agmen nec progredi, nec consistere audebat. 5. Tum repente imber grandinem incutiens torrentis modo effunditur: ac primo quidem armis suis tecti exceperant; sed jam nec retinere arma lubricæ et rigentes manus poterant, nec ipsi destinare, in quam regionem obverterent corpora, cum undique tempestatis

~~~~~

*Mazæo.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *Ditameni*; Voss. 2. *Ditamini*. 'Lege cum Arriano *Stameni*.' Schmieder.

1 Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Pal. 1. et Mer. *Gazaba*; Voss. 2. *Sabara*; Ald. *babas*.—2 Voss. *proximus enim nondum*. Venet. Veron. Mediol. aliæ vet. ante Modium: *non sine crescentis mali damno præterit*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. etiam omittunt *minis*; pro quo Bong. 1. et Voss. 2. habent *aimis*. Florent. Leid. Voss. 2. et vulgg. *mali damno*; Amst. *sine damno*. Voss. 1. et Bong. 1. 2. non agnoscunt *h. v. damno*; Dan. id ascriptum habet in margine. Vide Not. Var.—3 Bong. 1. *emicare fulgura*. Voss. 2. *interveniente luce*. Col. *nunc oculos*.—4 Florent. Leid. Dan. Mer. et Bong. 2. *et passim adeuntium*; Voss. 2. *et p. adeuncium*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. *fluminum*; et sic Dan. sed ab al. *fulminum*. Bong. 1. omittit *species*.—5 Pal. 1. omittit *Tum*. Leid. *sic primo*; Voss. 2. *at primo*; Mod. Amst. et Lugd. *ac primum*. Pal. 1. *sed nec etiam*; Mod. et Lugd. *sed et jam nec*. Pal. 1. *lubrica rigentes*; Dan. *lubrica et rigentes*; edd. vulgg. ante Freinsh. *lubrica rigentes*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. ut in textu. Pith. *obverterunt*;

#### NOTÆ

isse, de quo lib. v. cap. 7. *Oxydates*] Apud eundem corrupte, ut puto, *Exodates*. *Deditameni*] Eidem 'Stamenæ' vocatur.

<sup>a</sup> *Gabaza*] Videri potest illud esse Arriani 'Gabas,' nisi quod oppidum, non regionem, vocat. Sed forte unum et urbi et circumjectæ regioni nomen fuerit. Est apud eundem quoque 'Gaza' in Sogdianis, quod non

multum abludit. Ut ut est, eandem, ut supra diximus, expeditionem in 'Nautacas' vocat Diodorus, quam Curtius in *Gabaza* hic appellat; ut ex rerum eventu constat.

<sup>b</sup> *Non sine minis*] Ex variis variorum lectionibus constitui quoque posset hæc pericope: *non sine minis crescentis mali, sine damno præterit*.

violentia major, quam vitabatur, occurreret. 6. Ergo ordinibus solutis per totum saltum errabundum agmen ferebatur; multique, prius metu quam labore defatigati, prostraverant huini corpora, quanquam imbrem vis frigoris concreto gelu astrinxerat. 7. Alii se stipitibus arborum admoverant; id plurimis et adminiculum et suffugium erat. 8. Nec fallebat ipsos morti locum eligere, cum immobiles vitalis calor linqueret: sed grata erat pigritia corporum fatigatis; nec recusabant extinguī quiescendo: quippe non vehemens modo, sed etiam pertinax vis mali insistebat; \* lucemque naturale solatium præter tempestatem, haud disparem nocti, sylvarum quoque umbra suppresserat.<sup>a</sup> 9. Rex, unus tanti mali patiens, circumire milites, contrahere dispersos, allevare prostratos, ostendere procul evolutum ex tuguriis fumum, hortarique 'ut proxima quæque suffugia occuparent.' 10. Nec ulla res magis saluti fuit, quam quod multiplicato labore sufficientem malis, quibus ipsi cesserant, regem deserere erubescabant.<sup>c</sup> 11. Ceterum efficacior in adversis necessitas, quam ratio, frigoris remedium invenit: dolabris enim sylvas sternere aggressi, passim acervos struesque accenderunt. 12. Continenti incendio ardere crederes saltum, et vix inter flammæ agminibus relictum locum. Hic calor stupentia membra commovit, paulatimque spiritus, quem continuerat rigor, meare libere cœpit.<sup>d</sup> 13. Excepere alios

<sup>a</sup> Non tantum violentus, sed etiam diurnus impetus procella durabat.

<sup>b</sup> Diei lumen opacitas arborum etiam occultabat.

<sup>c</sup> Quam quod eos pudebat a rege discedere, quem videbant non frangi incommodis, quamvis labor augetur.

<sup>d</sup> Spiritus animales, quos frigus torpescerat, commovere per membra carperunt nullo obice.

Voss. 2. *verterent*. Florent. *qua vitabatur*; Voss. 2. *qua vitatur*.—6 Florent. et Voss. 1. *defetigati*. Pith. *algoris accreto gelu*. Fauch. *abstrinxerat*; Amst. *astrixerat*.—7 Voss. 2. et *suffragium e. N. f. ipsum*.—8 Voss. 1. *locum erigere*. Florent. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *immobilis*; alim. vett. *immobilitis*. Vulgg. edd. ante Freinsh. *umbra suppresserat*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Frob. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *umbra suppresserat*; Dan. *umbra successerat*.—9 Voss. 2. et *contrahere . . . hortari*. Pal. 1. *proxima quiesque*. Voss. 2. et Fauch. *suffragia*; et sic Bong. 1. sed subnotatis literis *ra*, et *anpraser. u*, ut sit *suffugia*.—10 Pith. *omittit malis*. Voss. 2. et Pal. 1. *omittunt quibus ipsi cesserant*; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *omittunt quibus*; Mer. *habet, cui ipsi cesserant*.—12 Voss. 2. *commovit membra . . .*

tecta barbarorum, quæ in ultimo saltu abdita necessitas investigaverat: ' alios castra, quæ in humido quidem, sed jam cœli mitescente sævitia, locaverunt. Mille militum atque lixarum calonumque pestis illa<sup>f</sup> consumsit. 14. Memoriae proditum est, quosdam applicatos arborum truncis, et non solum viventibus, sed et inter se colloquentibus similes esse conspectos; durante adhuc habitu,<sup>g</sup> in quo mors quemque deprehenderat. 15. Forte Macedo gregarius miles, seque et arma sustentans, tandem in castra pervenerat. Quo viso rex, quanquam ipse tunc maxime admoto igne refovebat artus, ex sella sua exsiluit, torpentemque militem et vix compotem mentis, demtis armis, ' in sua sede ' jussit ' considerare. ' 16. Ille diu, nec ubi requiesceret, nec a quo esset exceptus, agnovit: tandem, recepto calore vitali, ut regiam sedem regemque vidit, territus surgit: 17. quem intuens Alexander, ' ecquid intelligis, miles, ' inquit, ' quanto meliore sorte, quam Persæ, sub rege vivatis? Illis enim in sella regis consedissee capital foret; tibi salutis fuit. ' 18. Postero die convocatis amicis copiarumque ducibus, pronuntiari jussit, ' ipsum omnia, quæ amissa essent, redditurum: ' et promisso fides extitit: <sup>h</sup>

<sup>g</sup> Quæ, licet occulta essent in extrema sylvæ ora, necessitas quærere docuerat.

<sup>f</sup> Illud frigus enecavit.

<sup>g</sup> Nondum mutato statu corporis.

<sup>h</sup> Promisso veritas non defuit.

\*\*\*\*\*

comminuerat rigor. Pal. 1. remeare libere.—13 Fauch. barbarorum tecta. Pal. 1. qui in ultimo. Florent. saltu addita. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. quæ in humido. Florent. Voss. 2. Ald. Mer. Bas. et Col. sed etiam; Voss. 1. et Bong. 2. si jam; Pal. 1. Dan. et Bong. 1. etiam. Voss. 1. mitescente. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. et Mer. XX. militum; Pith. et Fauch. viginti militum; Voss. 2. viginti millia militum. Ald. Lixarum Calorumque; Mer. lixarum calonumque.—14 Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. sed etiam; Voss. 2. omittit sed et i. se colloquentibus; Voss. 1. habet collocantibus. Voss. 2. sed durante .... deprehenderat.—15 Bong. 1. 2. miles tam seque; Mer. miles vix seque; alim vett. miles seque ad arma. Dan. et Pal. 1. omittunt tandem; Florent. Leid. et Voss. 1. tamen, quod habent Dan. et Pal. 1. in margine. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. ipse tum. Pith. refovebat artus admoto igne. Ald. Frob. Bas. et Col. ex s. sua exsiluit; Voss. 2. ex s. s. prosilivit. Pal. omittit in ante sua sede. Pal. 1. in s. s. j. desedere.—16 Bong. exceptus esset; Voss. 2. esset relentus.—17 Bong. 1. et Fauch. et quid intelligis; Bong. 2. et Pith. eo quid intelligis. Voss. 2. omittit enim. Pal. 1. et edd. a Freinsh. omnes capitale; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mod. capital; et sic in Dan. sed corr. capitale.—18

10. nam Sysimithres multa jumenta et camelorum duo millia adduxit, pecoraque et armenta; quæ distributa pariter militem et damno et fame liberaverunt. 20. Rex, 'gratiam sibi relata a Sysimithre' præfatus, 'sex dierum cocta cibaria ferre milites' jussit, Sacas<sup>c</sup> petens. Totam hanc regionem depopulatus,<sup>d</sup> xxx. millia pecorum ex præda Sysimithri dono dat. 21. Inde pervenit in regionem, cui 'Cohortanus' satrapes nobilis præerat, qui se regis potestati fideique permisit. Ille, imperio ei reddito, haud amplius, quam 'ut duo ex tribus filiis secum militarent,' exegit. 22. Satrapes etiam eum, qui penes ipsum relinquebatur, tradit.\* Barbara opulentia convivium, quo regem accipiebat, instruxerat: 23. id cum multa comitate celebraret, 'introduci xxx. nobiles virgines' jussit. In-

\*\*\*\*\*

Pith. omittit *pronuntiari jussit*.—19 Voss. 1. et Bong. *Sisimithres*; Voss. 2. *Sisimetres*; Ald. *Sisymithres*; Pal. 1. *Sysimethres*; Mer. *Sysimithrides*. Leid. et Voss. 1. *II. millia*.—20 Voss. 1. *ha Sysimithre*; Voss. 2. omittit *a*. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Sagas*. 'Fortasse ex pluribus codd. (Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Mer. et Bong. 1. 2.) restituendum est *Sagas*, ut iterum incognita aliqua Sogdiana regio intelligatur.' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Bong. *petentem*; Pal. 1. *petentes*. Pith. et Fauch. *XXX. milibus*; Florent. et Voss. 1. *XXX. B.* Leid. *XXX. D.*—21 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. et Mer. *Cohortandus*, pro quo Ald. *Oxyartes*. Pith. omittit *secum ante militarent*.—22 Sieb. *eo . . . tradi, barbari*; nonnullæ edd. ante Freinsb. *eo . . . tradito*, &c. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Frob. Mer. Bas. et Col. ut in textu. 'Rubenius Elect. 1. 29. hiatum aliquem esse putat; notamque lacunæ inter hæc verba: *tradi* \* \* *barbara opulentia* ponit. Forte putabis pro *ipsius* § 23. legendum esse *Oxyartis*.' Schmieder. Vide Not. Var. Mod. *quoniam regem*.—23 Florent.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Sacas*] De Sacis eorumque regione, lib. vii. cap. 9. Hac iter erat ex Bactrianis et Sogdianis in Indiam.

<sup>d</sup> *Depopulatus*] Cur hoc autem? cum missos ab his legatos, qui gentis obsequia offerrent, tam benigne exceptos remisisset adjuncto comite Excipino, lib. vii. cap. 9.

<sup>e</sup> *Tradit*] Lacunam hic aliquam intercedere optime, ni fallor, animadvertit Rubenius, Elector. i. 29. apud Freinshemium. Ex ipsa enim serie narrationis, si integra foret, sequitur

Roxanen Cohortani esse filiam: cum Oxartis eam fuisse non reliqui modo scriptores, sed etiam Curtius ipse apertissime lib. x. cap. 3. testatus sit. Deest igitur initium narrationis hujus, de reditu, ut opinor, Alexandri in Bactrianos. Has enim nuptias in Bactriana celebratas apud ipsam Sysimithris petram Strabo testis est lib. xi. Tum injecta erat Oxtaræ mentio atque convivii; ad quem referenda sunt illa verba: 'filia ipsius Roxane.'

ter quas erat filia ipsius, 'Roxane' nomine, eximia corporis specie et decore habitus in barbaris raro.<sup>i</sup> 24. Quæ, quanquam inter electas processerat, omnium tamen oculos convertit in se; maxime regis, minus jam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunæ, contra quam non satis cauta mortalitas est.<sup>j</sup> 25. Itaque ille, qui uxorem Darii, qui duas filias virgines, quibus forma præter Roxanem comparari nulla poterat, haud alio animo, quam parentis aspexerat, tunc in amorem virgunculæ, si regiæ stirpi comparetur, ignobilis, ita effusus est, ut diceret, 'ad stabiliendum regnum pertinere,<sup>k</sup> Persas et Macedones connubio jungi: hoc uno modo et pudorem victis, et superbiam victoribus detrahi posse. 26. Achillem quoque, a quo<sup>l</sup> genus ipse deduceret, cum captiva coisse: ne inferri nefas arbitrarentur,<sup>m</sup> ita matrimonii jure velle jungi.' 27. Insuperato gaudio lætus pater sermonem ejus excepit: et rex medio cupiditatis ardore jussit 'afferri' patrio more 'panem:' hoc erat apud Macedones sanctissimum cœuentium pignus, quem divisum gladio uterque libabat. 28. Credo

<sup>i</sup> Et stature elegantia inter barbaros insueta.

<sup>j</sup> A cujus blanditiis hominum natura parum sibi caret.

<sup>k</sup> Ad imperium firmandum necessarium esse.

<sup>l</sup> Ac ne existimarent stuprum a se afferri Roxanæ.



Leid. Bong. 2. Fauch. et Dan. *roxane*; Voss. 1. *Roaxane*.—24 Pith. *vis imperitantis*.—25 *Itaque illi* Amst. *qui ducis filias* Pal. 1. *Roxanem* edd. vet. *Roxanen* in codd. *potuerat* Florent. et Leid. *in amore* Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Bas. *compararetur* edd. vulg. ante Freinsh. *comparetur* in codd. Florent. Leid. et Voss. 1. cum Ald. et Mer. Paulo post, Pal. 1. omittit *uno*.—26 Pal. 1. et Pith. *ipse duceret*. Voss. 2. *cum c. coisse*. Pal. 1. *Ne inferri*. Florent. et Voss. 1. *arbitrentur*; Mer. *arbitraretur*.—27 Pith. *sermonem regis*; Florent. Leid. Voss. 1. et Mer. s. *ejus excipit*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *et rex in medio*. Voss. 2. omittit *apud Macedones*. Pal. 1. *quem divi-*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Achillem, a quo*] Vide lib. iv. cap. 6. *Cum captiva*] Cum Hippodamia, quæ a Brise patre Briseidis nomen accepit. Hanc expugnata Lyrnesso urbe Troadis Achilles captivam abduxit, et matrimonio deinde sibi junxit; non, ut plerique putant, pro

pellice habuit. Hinc respexit Alexander scilicet cum adjecit, 'ita matrimonii jure velle jungi.' Neque enim exemplum ab Achille sumeret, nisi hic quoque Briseidem connubii jure sibi devinxisset.

eos, qui gentis mores condiderunt," parco et parabili victu ostendere voluisse jungentibus opes," quantulo contenti esse deberent. 29. Hoc modo rex Asiæ et Europæ introductam inter convivales ludos matrimonio sibi adjunxit, e captiva geniturus, qui victoribus imperaret. 30. Pudebat amicos super vinum et epulas socerum ex deditis esse elocutum: sed, post Cliti cædem libertate sublata, vultu, qui maxime servit, assentiebantur.\*

v. 1. Ceterum Indiam et inde Oceanum petiturus, ne quid a tergo, quod destinata impedire posset, moveretur, 'ex omnibus provinciis xxx. millia juniorum legi' jussit, 'et ad se armata perduci: ' obsides simul habiturus et milites. 2. Craterum autem ad persequendos Haustanen et Catenen,\* qui ab ipso defecerant, misit: quorum Haustanes captus est, Catenes in prælio occisus. Polypercon quoque regionem, quæ 'Bubacene'<sup>b</sup> appellatur, in ditionem redegit. 3. Itaque omnibus compositis, cogitationes in bellum Indicum vertit. Dives regio habebatur non auro modo, sed gemmis

\* Qui Macedonici populi consuetudines sanxerunt.

<sup>a</sup> Illis qui fortunas consociabant per matrimonium.

<sup>o</sup> Assensum simulabant vultu, qui facillime ad arbitrium fingitur.

sus.—28 Florent. *Credi eos*.—30 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *esse delectum*; Pith. *delatum*. Pal. 1. omittit *sed p. C. c. l. s. v. q. m. s. assentiebantur*.

1 Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. *et ex omnibus*. Mer. *arma perduci*. —2 Voss. 2. *Ceterum autem*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Mer. *omittunt autem*. Voss. 2. *Aristanem et Cathenes*; Frob. Col. Bas. Lugd. Amst. *Haustanen Cathenes*; et sic postea. Pith. *caustanes captus est*; Voss. 2. *Aristanes captus est*. Pith. *Poppercon*; Leid. et Voss. 1. 2. *Polypercon*. Voss. 2. *regionem quoque*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Ald. *Bubacenen*; Voss. 2. *Bullacen*; Pal. 1. *Bubaces*. Voss. 2. Elz. et vulgg. ante Freinsh. *in ditionem*.—3 Ald. et Mer. *Indicum vertit*; Voss. 2. *Indicum convertit*, et paulo

#### NOTE

<sup>a</sup> *Haustanen et Catenen*] Catenes, sive Catanes, ut vocat Arrianus, primum Spitamenis in Besso tradendo, paulo post in defectione socius fuerat, lib. vii. cap. 5. et 6. De Haustane nihil alibi legimus.

<sup>b</sup> *Bubacene*] Uni Curtio nota regio est; quam merito putes cum Frein-

shemio pro *Paratacens* positam esse; nam ex Arriano scimus Craterum, adjuncto Polyperchonte aliisque ducebibus, adversus Haustanem et Catenem missum in Paratacenen, quam etiam utique subegerunt. De Paratacene autem lege quæ dicta sunt lib. v. cap. 13.



quoque margaritisque, ad luxum magis quam ad magnificentiam exulta.\* 4. Clypei militares auro et ebore fulgere dicebantur: itaque, necubi vinceretur, cum ceteris præstaret,<sup>c</sup> scutis argenteas<sup>c</sup> laminas, equis frænos aureos addidit, loricas quoque alias auro, alias argento adornavit: CXX. millia armorum erant, quæ regem ad id bellum sequebantur. 5. Jamque omnibus præparatis, quod olim prava mente conceperat, tunc esse maturum ratus, 'quonam modo coelestes honores usurparet,' cœpit agitare. 'Jovis filium' non dici tantum se, sed etiam credi volebat, tanquam perinde animis imperare posset, ac linguis. 6. Itaque more Persarum Macedones venerabundos ipsum salutare, prosternentes humi corpora. Non deorat talia concupiscenti pernicioosa adulatio, perpetuum malum regum, quorum opes sæpius assentatio, quam hostis evertit. 7. Nec Macedonum hæc erat culpa, (nemo enim illorum quicquam ex patrio more labare sustinuit,<sup>c</sup>) sed Græcorum, qui professionem honestarum artium malis corruperant moribus. 8. Agis quidam Argivus, pessimorum carminum post Choerilum<sup>d</sup> conditor, et ex

\* Non tantum ad splendorem, sed etiam ad luxum.

<sup>b</sup> Cum jam aliis in rebus superior esset, ne in ullo superaretur ab Indis, &c.

<sup>c</sup> Aliquid de Macedonica consuetudine immutari passus est.

<sup>d</sup> Si Chærilum excipias.

\*\*\*\*\*

post: quæ ad luxum.—4 Clypei est ex conjectura Modii. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. periti habent; Dan. et Pal. 1. pereti; Ald. Mer. et Col. Periti: unde Schefferus conjecit: margaritisque. Ad luxum magis quam ad magnificentiam exulta aperiri. Militares auro et ebore fulgere dicebantur, &c. Florent. Leid. et Voss. 1. ebore. Voss. 2. fulgore. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. dicebant. Voss. 2. itaque non vinceretur. Pal. 1. quæ regem.—5 Idem codex Jam omnibus. Voss. 2. omittit præparatis et olim. Venet. Vet. et Veron. tunc esse maturat; Amst. et Florent. tunc esse maturum ratus; Voss. 2. et Mer. tunc esse matura; Bong. 2. tunc esse maturum; Theocr. tunc esse maturam ratus, quod reposuit Schmieder. Omnes ceteræ edd. a Freinsb. omittunt rō ratus. Vide Not. Var. Mod. quomodo coelestes. Voss. 2. omittit tantum se.—6 Pith. salutantes prosternere humi corpora jubet; Amst. s. p. h. corpora jussit. Ald. pernicioosa adulatio. Voss. 2. omittit assentatio.—7 Idem codex: hoc erat culpa. Ald. nemo etiam. Mod. ex Palmerii conjectura: libere sustinuit; Pal. 1. et Bong. 1. libere sustinuit. Pith. qui malis professionibus corruperant; Voss. 2. qui profæctionem h. a. corruperant, omisso malis.—8 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Bas. Col. et Mod. Hages quidam; Voss. 2. Bages qui-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Argenteas] Hinc Argyraspidum argenteum, et ἀορίς, clypeus.  
nomen iudicatum militibus, ex ἀργυρος, <sup>d</sup> Post Chærilum] Chærilii duo fuere,

Sicilia\* Cleo, (hic quidem non ingenii solum, sed etiam nationis vitio adulator,) et cetera urbium suarum purgamenta, quæ propinquis etiam maximorumque exercituum ducibus a rege præferebantur: hi tum cælum illi aperiebant, 'Herculemque et Patrem Liberum' et cum Polluce Castorem novo numini cessuros esse' jactabant. 9. Igitur festo die 'omni opulentia convivium exornari' jubet, cui non Macedones modo et Græci principes amicorum, sed etiam nobiles adhiberentur. Cum quibus cum discubisset rex, paulisper epulatus convivio egreditur. 10. Cleo,<sup>s</sup> sicut præparaverat, sermonem 'cum admiratione laudum ejus instituit: merita' deinde percensuit, 'quibus uno modo referri gratiam posse, si, quem intelligerent Deum esse, confiterentur,

dam. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *piissimorum carminum*; Dan. *piissimum carminum*. Florent. post *Cohorilum*; Leid. post *Chohorilum*; Bong. 1. *pi Choërilum*; Voss. 2. *Coberilium*. Alii codd. ex *Cilicia Cleo*; Voss. 2. *Cherō*. Dan. Bong. et Voss. 1. *vitium*; Voss. 2. *viciū*; Bong. *vitio adsentator*. Pal. 1. *qui propinquis*; Voss. 2. *quæ p. esse maximorum exercituum et ducibus a refererantur*. Florent. Voss. 1. Bong. et Dan. *feriebantur*. Pal. 1. *Hi tamen*. Pith. et cum *Polluce*. Pal. 1. *cessurum esse*.—9 Mer. *convivii*. 'Legendum est cum Freinshemio vel *Persæ nobiles*, vel *barbari nobiles*.' Schmieder.—10 Pith. *Cleo et sicut*; Florent. Leid. Bong. et Dan. *Cleo sicut præparatum erat*; Voss. 2. *Cleo sic præparatus erat*; Mod. *Cleo sicut præparatus erat*. Edd. post Freinsh. *referri gratia posset*; Florent. Leid. et Mod. *referri gratiam posse*, quod recepit Schmieder. *refere gratia posse* Voss. 2. *gratiam referre posset*

## NOTÆ

quorum prior, poëta nobilis, annis plus centum et viginti ante Alexandrum floruit: alter ipsum regem in expeditione Asiatici secutus, tanquam poëtarum inausitissimus celebratur. Lege Gyraldum Dial. 8. de Poëtis, et, qui ejus sententiam contra alios propugnavit, Heinsium de Sat. Horat. lib. II.

\* *Sicilia*] Notissima Mediterranei maris insula, triquetra forma; Italiæ, ut ferunt, quondam juncta: nunc modico ab ea freto divulsa est, cui vulgare nomen est, *le Fare de Messine*. Erant in Sicilia multæ Græcorum colonie, patria utentes lingua, sed non parum corrupta; quam Siculam Dialectum vocarunt.

'*Patrem Lib.*] Bacchum, ut alias

*Delph. et Var. Clas.*

diximus. *Polluce Castorem*] Ambo Ledaë filii; sed hic ex Tyndaro ejus viro (Ebalia rege, adeoque mortalis; ille ex Jove immortalis. Qui tamen fratris amore ductus ab Jove potestatem impetravit partiendæ cum illo immortalitatis, ut alternis morerentur ac viverent. Quid his fabulis subsit, ex mythologis petendum Natali Comite, Gyraldo, aliisque. Multa quoque ab his fortiter gesta feruntur, quæ adultores isti præ Alexandri rebus contemnenda jactabant; quanquam fortasse non immerito. *Cessuros*] Locum quem in cælo tenebant Alexandro cessuros esse.

<sup>s</sup> *Cleo*] Anaxarchum Sophistam sermonis hujus auctorem facit Arrianus, non Cleonem.

Q. Curt.

2 Q

exigua thuris impensa tanta beneficia pensaturi. 11. Per-  
sas quidem non pie solum, sed etiam prudenter reges suos  
inter Deos colere: majestatem enim imperii salutis esse  
tutelam. Nec Herculem quidem et Patrem Liberum prius  
dicatos<sup>b</sup> Deos, quam vicissent secum viventium invidiam:  
tantundem quoque posteros credere, quantum præsens ætas  
spopondisset. 12. Quod si ceteri dubitent; semet ipsum,  
cum rex inisset convivium, prostraturum humi corpus: de-  
bere idem facere ceteros, et inprimis sapientia præditos: ab  
illis enim cultus in regem esse prodendum exemplum.<sup>c</sup> 13.  
Haud perplexe in Callisthenem dirigebatur oratio: 'gravi-  
tas viri et prompta libertas invisita erat regi, quasi solus Ma-  
cedones paratos ad tale obsequium moraretur. 14. Is tum,  
silentio facto, unum illum intuentibus ceteris: 'Si rex,' in-  
quit, 'sermoni tuo affuisset, nullius profecto vox respon-  
suri tibi desideraretur: ipse enim peteret, ne in peregrinos  
ritus degenerare se cogeres, neu rebus felicissime gestis  
invidiam tali adulatione contraheres. 15. Sed quoniam  
abest, ego tibi pro illo respondeo: nullum esse eundem et  
diuturnum et præcocem fructum; cœlestesque honores non  
dare te regi, sed auferre.<sup>d</sup> Intervallo enim opus est, ut

<sup>a</sup> Non obscure Callisthenem illa sermo spectabat.

<sup>f</sup> Nullius nostrum oratione opus esset qui responderet tibi.

\*\*\*\*\*

Mer. posses etiam Voss. 1. et Bong. possent Pal. 1. intellegerent Leid.—  
11 Florent. Leid. Voss. 1. Mod. et Elz. Ne Herculem. Pal. 1. tandem quoque.  
—12 Voss. 1. si rex inisset. Voss. 2. incultus regem. Florent. Leid. Voss. 1.  
2. et Bong. exemplum esse prodendum.—13 Pal. 1. Haud perplexe. Ald. Cha-  
listhenen; Bong. 1. Callesthenen; alii Calisthenen; ceteri codd. ut in textu.  
Bong. ad tale obsequium paratos.—14 Voss. 2. omittit unum, et mox illum tum.  
Pal. 1. non pateretur ne peregrinos ritus; Florent. Leid. Voss. 1. Mod. Amst. et  
Lugd. peteret ne in peregrinos externosque ritus; Voss. 2. peteret ne in peregrinos  
exteros ritus.—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Mod. et præco-  
quem fructum. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. dare se regi. Voss. 2. posteri

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Dicatos] Consecratos et in Deo-  
rum numerum ascriptos; quæ voca-  
tur ἀποθεώσις.

<sup>d</sup> Sed auferre] Quia viventi adhuc  
divinos honores offerre, adulationis

speciem habet; oblatos accipere,  
intolerandæ ambitionis est: utra-  
que offensi hominum animi ne mor-  
tuo quidem illos decernendos puta-  
bunt.

credatur Deus, semperque hanc gratiam magnis viris posteri reddunt. 16. Ego autem seram immortalitatem precor regi,<sup>§</sup> ut vita diuturna sit et æterna majestas. 17. Hominem consequitur aliquando, nunquam comitatur divinitas.<sup>¶</sup> Herculem modo et Patrem Liberum consecratæ immortalitatis exempla referebas. Credisne, illos unius convivii decreto Deos factos? prius ab oculis mortalium amolita natura est, quam<sup>¶</sup> in cælum fama perveheret. 18. Scilicet ego et tu, Cleo, Deos facimus! a nobis divinitatis suæ auctoritatem accepturus est rex! potentiam tuam experiri libet: fac aliquem regem, si Deum potes facere: facilius est imperium dare, quam cælum. 19. Dii propitii sine invidia, quæ Cleo dixit, audierint,<sup>§</sup> eodemque cursu, quo fluxere res, ire patiantur: nostris moribus velint nos esse contentos. Non pudet patriæ, nec desidero, ad quem modum rex mihi colendus sit, discere:<sup>¶</sup> quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges, quis vivamus, accipimus.<sup>¶</sup> 20. Æquis auribus Callisthenes veluti vindex publicæ libertatis audiebatur: expresserat non assensionem modo, sed etiam vocem, seniorum præcipue, quibus gravis erat inveterati moris externa mutatio. 21. Nec quicquam eorum, quæ invicem jactata erant,<sup>¶</sup> rex ignorabat; cum post aulæ-

<sup>§</sup> Regem opto sero in Deos recipi.

<sup>¶</sup> Humanæ vitæ quandoque succedit divinitas.

<sup>¶</sup> Illos ab hominum conspectu mors abstulit, antequam, &c.

<sup>§</sup> Utinam faventes Dii sine ira audierint, &c.

<sup>¶</sup> Nec doceri cupio a Persis quatenus regem venerari debeam.

<sup>¶</sup> Quæ utrinque dicta fuerant.

retulerunt.—16 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. et ut vita; Mod. ut et vita diuturna.—17 Voss. 1. consecrare immortalitatis. Voss. 2. exemplo referebas. Pal. 1. et Dan. Credis illos. Bong. Deos factos decreto. Pal. 1. abolita natura est; Voss. 2. natura amota.—18 Voss. 2. omittit est post facilius. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Mod. et Bong. cælum dare quam imperium.—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mod. et Amst. fluxere adhuc res. Bong. 2. Nam pudet. 'Vel cum Alcidaio: a Persis discere, vel cum Freinsh. a victis discere legendum est.' Schmieder. Voss. 1. quas vivamus.—20 Pal. 1. exaudiebatur. Elz. et edd. vulgg. ante Freinsh. non assentationem; omnes vero codd. et edd. recentt. ut in textu. Pith. vocem etiam, et mox omittit erat.—21 Idem codex: jactata fuerant. Florent. Leid. Voss. 2. Elz. et edd. vulgg. ante Freinsh. post aulæ; Dan. post alea, suprascr. u, ut sit aulea, quomodo et Bong. 1. 2. auleam Voss. 1. Frob. Bas. et Col. sed Pal. 1. Ald. Colin. Gryph.

am,<sup>j</sup> quæ lectos obduxerat, staret." Igitur ad Agin et Cleonem misit, 'ut sermone finito barbaros tantum, cum intrasset, procumbere suo more paterentur:' et paulo post, quasi potiora quædam egisset, convivium repetit. 22. Quem venerantibus Persis, Polypercon, qui cubabat super regem, unum ex iis mento contingentem humum per ludibrium cœpit hortari, 'ut vehementius id quateret ad terram;' elicitque iram Alexandri, quam olim animo capere non poterat." 23. Itaque rex, 'Tu autem,' inquit, 'non veneraberis me? An tibi uni digni videmur esse ludibrio?' Ille 'nec regem ludibrio, nec se contemtu dignum esse' respondit. 24. Tum detractum eum lecto rex præcipitat in terram: et cum is pronus corruisset; 'Videsne,' inquit, 'idem te fecisse, quod in alio paulo ante ridebas?' Et 'tradi eo in custodiam' jusso, convivium solvit. Polyperconti quidem postea, castigato diu, ignovit.

VI. 1. In Callisthenem, olim contumaciæ suspectum, pervicacioris iræ fuit: cujus explendæ matura obvenit occasio. 2. Mos erat,<sup>a</sup> ut supra dictum est, principibus Mace-

<sup>a</sup> Pone tapetum quod circum lectos cœnatorios prætensum erat.

<sup>a</sup> Commovit Alexandri iracundiam, quam hic etiam ab antiquo continere nequibat.

et Mer. ut in textu. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mod. et Elz. lectis; et sic Dan. sed suprascr. o, ut sit lectos. Voss. 2. obduxerant. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Igitur ad Hagen; Voss. 2. I. a. Bagen; Mer. Bas. et Col. I. a. Hagem. Pith. quum intraret.—22 Bong. 1. 2. cunctis pro Persis. Mod. supra regem. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Elz. ex his. Pal. 1. Alexandro.—23 Voss. 2. Tum autem. Dan. veraberis, suprascr. ne.—24 Pal. 1. eo lecto. Voss. 2. paulo ante in alio. Florent. Voss. 1. 2. Bong. et Mod. Et tradi eum; Mer. Et t. etiam. Pith. custodia. 'Raderns recte hæc cum sequentibus conjunxit ita distinguens: ignovit: in Callisthenem olim c. suspectum p. i. fuit, &c.' Schmieder.

1 Voss. 2. sui suspectum pertinacioris... venit occasio.—2 Pith. a servilibus.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Aulæam*] A Græco αὐλή, *aula*, dicitur αὐλά, *aulæa*, et αὐλαῖον, *aulæum*; ac frequentius in plurali, *aulæa*, id est, 'tapetes;' propterea quod in aulis maxime regum prætendi solerent ad ornatum.

<sup>a</sup> *Mos erat*] Arrianus lib. iv. mo-

rem hunc a Philippo Alexandri nostri parente institutum scribit: sed Cortius, astipulante Valerio Max. lib. iii. cap. 8. ab antiquissimis Macedonum regibus usurpatum docet cap. 8. *Ut supra*] Lib. v. cap. 1.

donum, adultos liberos regibus tradere ad munia, haud multum servilibus ministeriis abhorrentia.<sup>a</sup> Excubabant servatis noctium vicibus proximi foribus ædis, in qua rex acquiescebat: 3. per hos pellices introducebantur alio aditu, quam quem armati obsidebant. 4. Iidem acceptos ab agasonibus equos, cum rex ascensurus esset, admovebant; comitabanturque et venantem, et in præliis, omnibus artibus studiorum liberalium exculi. 5. Præcipuus honor habebatur, quod licebat sedentibus vesci cum rege: castigandi eos verberibus nullius potestas præter ipsum erat. 6. Hæc cohors velut seminarium ducum præfectorumque apud Macedonas fuit: hinc habuere<sup>b</sup> posteri reges, quorum stirpibus post multas ætates<sup>c</sup> Romani opes ademereunt.<sup>d</sup> 7. Igitur Hermolaus, puer nobilis ex regia cohorte, cum aprum telo occupasset,<sup>d</sup> quem rex ferire destinaverat,<sup>e</sup> jussu

<sup>a</sup> Ad officia paulum discrepantia propriis servorum obsequiis.

<sup>b</sup> Ex horum numero postea reges illi facti, quorum successores a Romanis regno eruti sunt multis post Alexandrum ætatibus.

<sup>c</sup> Prior quam Alexander appetivisset jaculo aprum.

Voss. 1. *adhorrentia*.—3 Amst. *proximis foribus*. Pro *ædis* Heins. conj. *ædis*; Bong. et Mod. *ejus ædis*. Florent. Leid. et Voss. 1. *pellicis*, ut semper.—4 Mod. *Iidem actos*. Voss. 2. *comitabantur et venantem*, omisso *que*.—5 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *eos verberibus*. Amst. *nemini pro nullius*. 'Cum Heinsio lego: *nulli jus*, deleta voce *potestas*, quæ est ex glossa *roû jus*.' Schmieder.—6 Florent. Leid. et Voss. 1. *seminarium ducum*. Voss. 2. omittit *habuere*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Mer. *stirpibus multas*; Voss. 2. *stipitibus multas*; Bong. 1. *stirpibus multas*; Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Elz. alii: *stirpi per multas*. Pith. et Mer. *Romanæ*.—7 Voss. 2. *Sas-*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Hinc habuere*] Inter hos enim fere post Alexandri mortem, ipsius imperium divisum est, ut habemus lib. x. cap. 10.

<sup>c</sup> *Post multas ætates*] Si *ætates* pro 'sæculis' posuit, falsus est. Omnium enim, quæ ab his Macedonibus constituta sunt, maxime diuturnum Lagidarum sive Ptolemæorum in Ægypto regnum nondum tria impleverat sæcula, cum ab Augusto extinctum est: cetera, ut Macedoniæ, Syriæ, &c. multo ante a Romanis occupata. Si Curtium igitur defendere

ab errore placuerit, ætatem sic interpretare, ut apud Græcos *γυναικας*, de spatio triginta annorum; vel, quod magis placet, de temporis intervallo quo quisque istorum regnum tenuit. Sic enim Diodorus Siculus, Raderi teste, a Carano Macedoniæ regnum primo ad Alexandrum M. numerat *γυναικας τεσσαρτερας, ætates sexdecim*: quod aliter intelligi non potest quam de totidem regum successionibus.

<sup>d</sup> *Occupasset*] Nefas enim erat a quoquam prius feriri belluam, quam rex, si vellet, telum coniecisset.

eius verberibus affectus est: quam ignominiam ægre ferens, deflare apud Sostratum cœpit. 8. Ex eadem cohorte erat Sostratus, amore ejus ardens. Qui cum laceratum corpus, in quo deperibat, intueretur, forsitan olim ob aliam quoque causam regi infestus, juvenem, sua sponte jam motum, data fide acceptaque perpulit,\* ut occidendi regem consilium secum iniret. 9. Nec puerili impetu rem executi sunt: quippe solerter legerunt, quos in societatem sceleris asciscerent; Nicostratum, Antipatrum, Asclepiodorumque<sup>c</sup> et Philotan placuit assumi: 10. per hos adjecti sunt Anticles, Elaptonius et Epimenes. Ceterum agendæ rei haud sane facilis patebat via: opus erat eadem omnes conjuratos nocte excubare, ne ab expertibus consilii<sup>d</sup> impedirentur; forte autem alius alia nocte excubabat. 11. Itaque in permutandis stationum vicibus, ceteroque apparatu exequendæ rei, triginta et duo dies absumti sunt. 12. Aderat nox, qua conjurati excubare debebant, mutua fide læti; cujus documentum tot dies fuerant: neminem metus spesve mutaverat: tanta omnibus vel in regem ira, vel fides inter

<sup>d</sup> Ab ignavis conjurationis.

tratum; Ald. Sopatrum.—8 Frob. in quod. 'Dubitatur 'deperire in aliqua re' Latinnm esse; quare Schefferus et Heinsius maluerunt: corpus id, quod deperibat,' Schmieder. Mox Pith. omittit quoque.—9 Ald. Collin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. omittunt legerunt, pro quo Leid. habet elegerunt. Ald. Collin. Gryph. Antipatrum Asclepiodori filium; et sic ex Arrian. iv. 13. 7. legere vult Schmieder. Multæ edd. ante Freinsh. placuit et Philotam; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Collin. Gryph. Mer. Bas. et Col. et P. placuit. Loccen. legit præter hos. Voss. 2. Antiches Elaptonius et Ephimanes; Florent. Leid. et Voss. 1. Anticles Elopianus et Ephimanes. Ceterum, &c. Ald. Anticles et Epimenes. Ceterum, &c. Pal. 1. Elaptonus et Epimenes ceterum; Dan. et Bong. Elaptonius, (et suprascr. h.) et Ephimanes. Ceterum; Pith. et Elz. Elaptonius et Epimanes. Ceterum; Col. et Bas. Ant. El. et Phimanes. Ceterum; Mer. Anticles et Elaptonius. Ceterum.—10 Florent. Leid. et Voss. 1. omnis conjuratos; Voss. 2. conjuratos omnes. Pal. 1. noctu. Leid. consilium impediretur. Bas. sorte autem.—11 Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Bong. et Mer. Itaque inter mutandis. Voss. 2. certoque apparatu. Pith. omittit exequendæ rei. Florent. assumpti sunt.—12 Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Bong. et Mer. multa fide. Pal. 1. tot dies fecerant; Theocr. tot dies silentio acti fuerant. Pith. habebatur pro fuit.—13 Ald.

#### NOTÆ

\* *Perpulit*] Impulsum contra ab Hermolao Sostratum anctor est Arrianus.

<sup>c</sup> *Asclepiodorum*] Idem scriptor non

Asclepiodorum, sed Asclepiodori filium Antipatrum annumerat; quem secutus Aldus legit, *Antipatrum Asclepiodori F.*

ipsos fuit. 13. Stabant igitur ad fores ædis ejus, in qua rex vescebatur; ut convivio egressum in cubiculum deducerent. 14. Sed fortuna ipsius simulque epulantium comitas provexit omnes ad largius vinum; ludi etiam convivales extraxere tempus: nunc lætis conjuratis, 'quod sopitum aggressuri essent'; nunc sollicitis, 'ne in lucem convivium extraheretur.' 15. quippe alios in stationem oportebat prima luce succedere; ipsorum post VII. dies reditura vice: nec sperare poterant in illud tempus omnibus duraturam fidem. 16. Ceterum cum jam lux appeteret, et convivium solvitur, et conjurati exceperunt regem, læti occasionem exequendi sceleris admotam; cum mulier attonitæ,<sup>s</sup> ut creditum est, mentis,<sup>e</sup> conversari in regia solita, quia instinctu videbatur futura prædicere,<sup>f</sup> non occurrit modo abeunti, sed etiam semet objecit; vultuque et oculis motum præferens animi, 'ut rediret in convivium' monuit: 17. et ille per ludum, 'bene Deos suadere,' respondit; revocatisque amicis in horam diei ferme secundam<sup>h</sup> convivii tem-

<sup>s</sup> Quæ credita fuit mente capta esse.

<sup>f</sup> Quia Deorum impulsu vaticinari putabatur.

\*\*\*\*\*

*Stabant igitur.* Florent. Leid. et Voss. 1. *sedis ejus*, et sic Dan. sed deleta initiali litera. Voss. 1. *et convivio*.—14 Voss. 2. *epulantium comites*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *latantibus conjuratis*. Florent. Leid. Voss. 1. et Lugd. *convivium extraheret*.—15 Pal. 1. *post septima die*; Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. *post VII. diem*; Voss. 2. *post septimum diem*, ut conj. Heinsius. Ald. *reditura vice*; Bong. *vice reditura*. 'Verba: Nec sperare...fidem ab aliena manu esse videntur, cum *ἀποβόρων* sit, eorum in VII. dies addubitare fidem, quibus duraverat in XXXII.' Bothe. Pith. omittit omnibus. Pal. 1. *duram fidem*, sed correct. inter lineas *duraturam*.—16 Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *lux apparet*; Pith. omittit *appeteret*. Voss. 2. *ceperunt regem*. Pal. 1. *et creditum est*. Voss. 2. omittit quia ante instinctu. Dan. *futura prædicare*, sed supranscr. *e*, ut sit *prædicere*. Pith. *animi præferens*. Pith. *redire pro ut rediret*.—17 Idem codex *ferme dici*.—18 Voss. 1. *successu*.

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Attonitæ*] 'Attonitus' proprie dicitur, inquit Servius, in Æneid. III. 173. 'cui casus vicini fulminis et sonitus tonitruum dant stuporem.' Fit ab antiquo verbo 'attono,' quod apud Ovidium legitur Epist. IV. 'Numine contactas attonuere suo.' Hic

vero apud Curtium *attonita mentis* idem est atque 'parum sanæ,' sive furore quodam turbatæ: ejusmodi fere mulieres erant quæ futura vaticinari credebantur.

<sup>h</sup> *Horam secundam*] Cum *horam dñi* vocat, nihil dubium est quin horas



pus extraxit. 18. Jam alii ex cohorte in stationem successe-  
rant, ante cubiculi fores excubitori; adhuc tamen conju-  
rati stabant vice officii sui expleta: adeo pertinax spes  
est, quam humanæ mentes [quam<sup>i</sup> ingentes concupiscen-  
tiæ] devoraverunt. 19. Rex benignius quam alias allo-  
cutus, 'discedere eos ad curanda corpora, quoniam tota  
nocte perstitissent,' jubet. Data sunt singulis quinqu-  
aginta sestertia,<sup>j</sup> collaudatisque, 'quod, etiam aliis tradita

~~~~~

rat. Florent. *cubili*; Voss. 2. *cubilis*; Bas. aliæque vet. *cubiculi fores excubi-  
turi*. Pith. *sui officii*. Voss. 2. *expleta*. Pith. *est spes* Voss. 2. et Mer. omit-  
tunt *quam*. Florent. Leid. et Voss. 1. *mentis devoraverunt*, omissis mediis; Mer.  
*mentis*, &c. Pal. 1. et Voss. 2. *mentis ingentes concupiscentiæ devoraverunt*;  
Bong. 1. *mentis*, (et suprascr. *e*.) *devoraverunt*, et suprascr. *t*, ut sit *devolave-  
runt*; Pith. *mentis quam plerumque ingentes concupiscentiæ devorant*; Dan.  
*mentes quam ingentes devoraverunt*; Freinsh. et recentt. *devoverunt*. 'Ex uno  
codice cum plurimis Interpretum scripsi: *quam humanæ mentes devoraverunt*,  
ut verba *quam ingentes concupiscentiæ* pro glossa habeantur. Subscribo tam-  
en Freinshemio, nec hanc lectionem mendo carere censenti; spe aliquid  
devorare non semel se legisse, at ipsam spem, neutiquam. Fortasse pro *de-  
voraverant* cum Tellierio legendum est: *foverunt*.' Schmieder. Vide Not. Var.  
—19 Mod. *cum pro quoniam*. Pro *quinquaginta* Ald. III. Mer. *tria*. Fauch.  
*sestertia*, et suprascr. *s*, ut sit *sestertia*; Ald. *sex*. Leid. Florent. Voss. 1.  
Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. *collaudatisque*; Pal. 1. *collaudansque*; Pith. et

#### NOTÆ

vulgari modo numeret a solis exortu  
ad occasum. Quæ quidem horæ, ut  
alias de vigiliis nocturnis diximus,  
pro varia anni tempestate modo lon-  
giores erant apud antiquos, modo  
breviares. De varia horarum apud  
veteres ratione legi potest Raderus  
ad Martial. Petavius de Doctr. Temp.  
lib. vii. cap. 1. alique.

<sup>i</sup> *Mentes [mentis] quam* Ut non au-  
deo polliceri germanam esse quam  
sequimur lectionem; adeo varæ cor-  
ruptæque occurrunt; ita affirmare  
non dubitem vix ullam occurrere me-  
liorem. Quid enim illud est, quod  
ceteri fore amplectuntur: *spes est*,  
*quam humanæ mentes devoraverunt*, aut  
*devoverunt*? spe quidem devoratur  
aliquid; sed 'spem devorari' quis  
putet a Curtio dictum esse? Nec  
'spem devovere' quid sit, satis a  
quoquam opinor explicari posse. Mihi

vero si quid post alios conjicere li-  
beret, dicerem scriptum a Curtio:  
*quam hum. m. ing. concup. foverunt*:  
ac primum ex *foverunt*, propter affi-  
nitatem soni factum esse *voverunt*,  
tum *devoverunt*, *devoraverunt*, &c. Sed  
hæc conjecturis quoque accensemus.

<sup>j</sup> *Sestertia*] Romanæ monetæ genus,  
quo Curtius Romanis suis scribens  
uti maluit. 'Sestertium' porro neu-  
tro genere mille continebat 'sester-  
tios'; sestertius duos asses cum di-  
midio: unde nomen illi factum 'ses-  
tertius,' pro 'semistertius,' quod tres  
contineret 'asses' demto 'semisse.'  
Sestertius quartam denarii Romani  
partem continebat; 'denarius,' ut  
diximus lib. v. c. 1. drachmæ Atticæ  
respondet; drachmarum sex millia  
talentum efficiunt. Erantergo 'quin-  
quaginta sestertia' drachmæ quin-  
gentæ supra duodecim millia: mag-

vice, tamen excubare perseverassent.' 20. Illi tanta spe destituti domos abeunt: et ceteri quidem expectabant stationis suæ noctem: Epimenes, sive comitate regis, qua ipsum inter conjuratos exceperat, repente mutatus, sive quia cœptis Deos obstare credebat, fratri suo Eurylocho, quem antea expertem esse consilii<sup>c</sup> voluerat, quid pararetur, aperit. Omnibus Philotæ supplicium in oculis erat. 21. Itaque protinus injicit fratri manum, et in regiam pervenit: excitatisque custodibus corporis, 'ad salutem regis pertinere, quæ afferret,' affirmat.<sup>d</sup> 22. Et tempus, quo venerant, et vultus haud sane securi animi index, et mœstitia e duobus alterius,<sup>b</sup> Ptolemæum ac Leonnatum excubantes ad cubiculi limen excitaverunt. Itaque apertis foribus et lumine illato sopitum mero ac somno excitant regem. Ille paulatim mente collecta, 'quid afferrent,' interrogat. 23. Nec contatus Eurylochos, 'non ex toto domum suam aversari Deos,'<sup>e</sup> dixit, 'quia frater ipsius, quanquam impium facinus ausus foret, tamen et pœnitentiam ejus ageret, et per se potissimum profiteretur indicium: j in eam ipsam noctem, quæ decederet, insidias

<sup>c</sup> Ignarum conspirationis. <sup>d</sup> Ad regis caput spectare quæ nuntiabat.

<sup>e</sup> Non penitus familiæ suæ infensos esse Deos.

<sup>f</sup> Ipse ultro conjurationis delatorem se offerret.

edd. vulgg. ante Freinsh. collaudatique; Sebeffer. mallet: collaudatis quoque. —20 Pal. 1. et c. q. repetebant. Voss. 2. Ephimenes; Mer. Bas. et Col. Ephimanes; Ald. Epimanes, et sic mox. Leid. credebatur. Voss. 2. Euricolo; Ald. Eurylocho, et sic mox; Mer. Bas. Col. et Lugd. Eurilcho. 'Epimenes rem narrat Charicli, Menandri filio; Charicles Eurylocho, Epimenis fratri. Arrian. iv. 14. 12. Hæc ipsa Cartini quoque scripasisse suspicor ex sequentibus: Omnibus Philotæ, &c. De duobus enim non dicere poterat.' Schmieder. Voss. 2. et Pith. consilii esse.—21 Pith. corporis custodibus.—22 Bong. et Mæsticie; Mer. et mæsticia; Voss. 2. et mæstitie. Voss. 2. et Bong. omittunt: e duobus alterius; Mer. duos alteros. 'Malo excitaverant cum Acidalio.' Schmieder. Bong. ac lumine i. s. somno ac mero.—23 Voss. 2. adversari Deos. Dan. quia fratrem. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. Mod. Elz. alii: qua detegeret; Dan. decideret; Voss. 2. noctemque insidias, omisso decederat. Ald.

#### NOTE

num sane perseverantiæ præmium.      niæ metnmque supplicii anxius, fra-

<sup>b</sup> Alterius] Epimenis, qui reus conjurationis cum esset, inter spem ve-

comparatas fuisse: auctores scelesti consilii esse, quos minime crederet rex.' 24. Tum Epimenes cuncta ordine consciorumque nomina exponit. Callisthenem non ut participem facinoris nominatum esse constabat; sed 'solitum puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque regem faciles aures præbere.' 25. Quidam adjiciunt, 'cum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenem: meminisse debere eos jam viros esse: idque an ad consolandam patientiam<sup>1</sup> verberum, an ad incitandum juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse.' 26. Rex animi corporisque sopore discusso, cum tanti periculi, quod evaserat, imago oculis oberraret, Eurylochum L. talentis et cujusdam Tyridatis opulenti bonis donat protinus, fratremque, antequam pro salute ejus precaretur, restituit. 27. Sceleris autem auctores, interque eos Callisthenem, 'vinctos asservari' jubet: quibus in regiam adductis, toto die et nocte proxima, mero ac vigiliis gravis,<sup>2</sup> acquievit. 28. Postero autem frequens consilium adhibuit, cui patres propinquire eorum, de quibus agebatur, intererant; ne de sua quidem salute securi: quippe Macedonum more perire debebant, omnium

<sup>1</sup> *Computatione et vigiliis gravatus.*

~~~~~

authores; Florent. Leid. Bong. 1. Pal. 1. et Dan. acturos. Lugd. Amst. et alie vett. omittunt rex.—24 Voss. 2. omittit constabat. Pal. 1. omittit sed solitum puerorum.—25 Voss. 1. Quidam adiciunt, et mox: quereretur a rege. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. omittunt an post idque. Voss. 2. consulandum. Pal. 1. patientiam verborum. Ald. et Mer. dictum esse.—26 Pleræque edd. ante Freinsh. omittunt: quod evaserat; pro quibus Florent. et Leid. habent: quo evaserit; Voss. 1. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. quo evaserat; Voss. 2. quo evasit; Pith. quod evaserit; Dan. et Pal. 1. quod evaseret. Ald. Tyridatis. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. opulenti. Voss. 2. omittit protinus.—27 Lugd. et Amst. inter eos. Pal. 1. omittit vinctos. Voss. 2. in regia; codex Snak. in regiam adductis; Pal. 1. in r. deductis. Voss. 2. et Mer. ac nocte. Voss. 2. omittit proxima.—28 Edd. vulgg. ante Freinsh. autem die; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et recentt. omittunt die. Elz. Amst. alii concilium. Voss. 2. omittit adhibuit; pro quo Pith. inhibuit. Voss. 2. propinqui eorum, omisso que. Florent. Leid.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Patientiam]* Quod tulisset verbera, non quod patienter tulisset, ut satis apertum est. 'Patientia' enim

de eo quoque dicitur qui aliquid perferat, quamvis impatienter.

devotis capitibus, qui sanguine contigissent eos.' 29. Rex 'introduci conjuratos præter Callisthenem' jussit: atque, quæ agitaverant, sine cunctatione confessi sunt. 30. Increpantibus deinde universis eos, ipse rex, 'quo suo merito tantum in semet cogitassent facinus,' interrogat.

VII. 1. Stupentibus ceteris, Hermolaus; 'Nos vero,' inquit, 'quoniam, quasi nescias, quæris, occidendi te consilium inivimus, qui non ut ingenuis imperare coepisti, sed quasi in mancipia dominaris.' 2. Primus ex omnibus pater ipsius Sopolis, 'parricidam etiam parentis 'sui' clamitans esse, consurgit, et ad os manu objecta, 'scelere et malis insanientem, ultra' negat 'audiendum.' 3. Rex inhibito patre 'dicere Hermolaum' jubet, 'quæ ex magistro didicisset Callisthene: 'et Hermolaus; 'Utor,' inquit, 'beneficio tuo, et dico, quæ nostris malis didici.' 4. Quota pars Macedonum sævitiae tuæ superest? quotusquisque non e villissimo sanguine? Attalus et Philotas,<sup>b</sup> et Parmenio et Lyncestes Alexander et Clitus, quantum ad hostes pertinet, vivunt,<sup>a</sup> stant in acie, te clypeis suis protegunt, et pro gloria tua, pro victoria vulnera accipiunt: quibus tu egregiam gratiam retulisti. 5. Alius<sup>c</sup> mensam tuam sanguine

<sup>a</sup> Cum universorum ipsis cognatorum vita proscripta esset.

<sup>b</sup> Dico quæ nostris calamitatibus edoctus sum.

<sup>c</sup> Quamdiu cum solis hostibus res illis fuit, stabant, &c.

\*\*\*\*\*

et Bong. nec de sua; Voss. 2. omittit ne. Pith. eos contigissent. Pro eos Heinsius legit reos.—29 Voss. 2. Rex vero. Pal. 1. sine contractione.

1 Bong. 1. omittit hæc omnia usque ad .teis vincunt viii. 9. 21. Voss. 2. omittit Nos. Pal. 1. quomodo pro quoniam. Pith. consilium unde inivimus.—2 Fauch. Sobolis; nomen Sopolis deest in Pal. 1. et Voss. 2.—3 Nonnulli codd. dici pro didici.—4 Pith. superest savitiæ tuæ. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. quotus quidem. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Mer. a villissimo. Florent. Leid. et Voss. 1. Lincheutes. Florent. quia ad hostes; Dan. omittit ad hostes, sed supplet inter lineas. Bong. 2. omittit pertinet. Alii: sta in acie. Voss. 2. et pro victoria. Voss. 1. Bong. Amat. et Lugd. excipiunt. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. omittunt tu ante egregiam.—5 Flo-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Etiam parentis] Quem suo crimine mortis reum effiebat ex lege Macedonum: lib. vi. cap. 11.

<sup>b</sup> Attalus, Philotas] De singulis actum suis locis, lib. vi. cap. 11. lib. vii. cap. 2. lib. viii. cap. 1.

suo aspersit: alius ne simplici quidem morte<sup>d</sup> defunctus est: duces exercituum tuorum in equuleum impositi, Persis, quos vicerant, fuere spectaculo. Parmenio indicta causa trucidatus est, per quem Attalum occideras. 6. Invicem enim miserorum uteris manibus ad expetenda supplicia: et, quos paulo ante ministros cædis habuisti, subito ab aliis jubes trucidari.' 7. Obstrepunt subinde cuncti Hermolao: pater supremum strinxerat ferrum,<sup>e</sup> percussurus haud dubie, ni inhibitus esset a rege: quippe Hermolaum 'dicere' jussit, petiitque, 'ut causas supplicii augentem' patienter audirent.' 8. Ægre ergo coërcitis, rursus Hermolaus: 'quam liberaliter;' inquit, 'pueris, rudibus ad dicendum, agere permittis! at Callisthenis vox carcere inclusa est, quia solus potest dicere. 9. Cur enim non producit, cum etiam confessi audiuntur? nempe quia liberam vocem innocentis audire metuis, ac ne vultum quidem pateris. 10. Atqui nihil eum fecisse contendo: sunt hic, qui mecum rem pulcherrimam<sup>f</sup> cogitaverunt: nemo est, qui conscius fuisse nobis Callisthenem dicat, cum morti olim destinatus sit a justissimo et patientissimo rege. 11. Hæc ergo sunt Macedonum præmia, quorum ut superva-

<sup>e</sup> Non uno supplicio necatus est.

<sup>d</sup> Sopolis capulo ensis manum admovebat.

rent. Leid. Voss. 1. et Dan. in æculeum; Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Lugd. in eculeum. Pith. fuere spectaculo quos vicerant. Voss. 2. Attalum occideras.—6 Voss. 2. omittit subito.—7 Elz. strixerat ferrum; Pith. strinxerat ensem. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Mod. petiitque ut causas. Pal. 1. supplicii agentem. Mer. pariter audirent.—8 Florent. Leid. Voss. 1. alii coërcitus. Mer. quem liberaliter. Florent. Leid. Voss. 1. Frob. Mer. Bas. et Col. et Callisthenis; Voss. 2. omittit at.—9 Idem codex: quippe pateris.—10 Voss. 2. omittit nobis.—11 Idem codex

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Alius] Clitus: quanquam extra convivii locum, in regis vestibulo cæsum vidimus. Sed hoc per ampliationem et ad invidiam dictum.

<sup>d</sup> Simplici q. morte] Non una morte. Fit enim mors quasi multiplex tormentis.

<sup>e</sup> Augentem] Ista sua in regem ma-

ledicentia, quæ cumulum sceleri additura esset.

<sup>f</sup> Rem pulcherrimam] Cædem tuam. Cum] Et tamen a te jam pridem morti destinatus est: vel, quamvis jam pridem, &c. A justissimo] Per ironiam.

cuo et sordido abuteris sanguine! At tibi xxx. millia mulorum captivum aurum<sup>a</sup> vehunt, cum milites nihil domum præter gratuitas cicatrices relaturi sint. Quæ tamen omnia tolerare potuimus, antequam nos barbaris dederes, et novo more victores sub jugum<sup>b</sup> mitteres. Persarum te vestis et disciplina delectat: patrios mores exosus es. 12. Persarum ergo, non Macedonum regem occidere volumus; et te transfugam<sup>c</sup> belli jure persequimur. 13. Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere, venerarique te ut Deum: tu Philippum patrem aversaris, et, si quis Deorum ante Jovem haberetur, fastidires etiam Jovem. 14. Miraris, si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus? Quid speramus ex te, quibus aut insontibus moriendum est, aut, quod tristius morte est, in servitute vivendum? 15. Tu quidem, si emendari potes, multum mihi debes. Ex me enim scire cœpisti, quod ingenui homines ferre non

<sup>a</sup> Jove major putaretur.

ae sordido. Voss. 1. et Bong. omittunt millia. Ald. præter gravitas. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. relaturi sunt.—12 Voss. 2. et n. m. victuros. Florent. delectant. Voss. 2. Persarum quoque non M. r. o. volumus.—13 Leid. jenua t. ponere. Voss. 2. adversaris... etiam fastidires eum Jovem.—14 Both. conj. speremus. Pal. 1. quid tristius. Pith. est morte. Voss. 2. in servitute.—15 Florent. Voss. 1. Dan. et Bong. si e. potest. Pith. ex me enim didicisti. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mod. Elz. Amst. et Lugd. quid ingenui. Leid. Florent. Voss. 1. Dan. et Mod. possint;

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Captivum aurum] Intellige non modo 'signatum aurum' sive pecuniam; cui vehendæ, quantamcumque ceperat, multo sane pauciora jamenta sufficerent: sed etiam quod 'factum' dicitur, in vasis, signis, &c. lib. III. cap. 13. præter gemmas ceteraque hujus generis pretiosa. Adde quod Hermolaus hyperbole uti potuit ut invidiam regi conflaret.

<sup>b</sup> Sub jugum] Jugum de quo sermo est, sic a Livio describitur lib. III. 'Tribus hastis jugum fit, humi fixis duabns, superque eas una transversa deligata.' Sub hoc transire victi co-

gebantur a victoribus; unde 'subjugandi' verbum, quod per translationem 'vincere,' 'domare,' 'subigere,' &c. significat. Hoc solum sensu istic accipitur: neque enim usitatum hunc morem Macedonibus tum fuisse legimus: certe suos milites Alexander sub jugum non miserat: sed subjugatos vocat Hermolaus quia Persarum legibus moribusque, tanquam ab illis victi, subdebantur.

<sup>c</sup> Transfugam] Quia transiisse in Persarum partes videbatur, quorum se ritibus addixerat.

possunt. De cetero parce (his),<sup>1</sup> quorum orbam senectutem suppliciiis ne oneraveris! Nos jube duci,<sup>2</sup> ut, quod ex tua morte petieramus, consequamur ex nostra.' Hæc Hermolaus.

VIII. 1. At rex: 'Quam falsa sint,' inquit, 'quæ isto tradita a magistro<sup>a</sup> suo dixit, patientia mea ostendet. 2. Confessum enim ultimum facinus, tamen, ut vos quoque, non solum ipse, audiretis, expressi; non imprudens, cum permissem huic latroni<sup>b</sup> dicere, usurum<sup>c</sup> eum rabie, qua compulsus est, ut me, quem parentis loco colere deberet, vellet occidere. 3. Nuper, cum procacius se in venatione gessisset, more patrio et ab antiquissimis Macedoniæ regibus usurpato eum castigari jussi. Hoc et oportet fieri, et, ut a tutoribus pupilli, a maritis uxores, servis quoque pueros

<sup>1</sup> Impera nos trahi ad supplicium.

<sup>a</sup> Effeci ut non ego solus, sed etiam vos auscultaretis; quamvis non ignarus essem, si paterer sicarium istum loqui, usurum, &c.

~~~~~

Pal. 1. possent. Voss. 2. et Mod. parce his, probante Schmieder, qui laudat etiam Clerici conjecturam parentum pro parce quorum. Both. conj. nec oneraveris.

1 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. falsa sunt. Voss. 1. isto. Pith. a magistro tradita. 'Cum Acidalio malo ostendit præterito tempore.' Schmieder.—2 Voss. 2. Confexis enim. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. et Mer. omittunt, ut vos quoque. Amst. et Lugd. omittunt, non solum ipse; unde Freinsh. mallet: ut vos quoque ipsi audiretis, probante Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. et Mer. ipsi. Voss. 2. auderitis. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. non impudens; iidem et Bong. latroni huic. Edd. fere omnes: colere debet; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. colere deberet, quod recepit Schmieder.—3 Voss. 2. et ab antiquis. Pith. omittit Macedoniæ. Bong. et vulgg. edd. ante Freinsh. regem; Voss. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Froh. Mer. Bas. Col. et recentt. regibus. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. castigari eum; Voss. 2. castigare eum. Florent. Leid. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. oportere. Voss. 1. aut tutoribus. Voss. 2. servos; Pith. servus. Ald. Colin. Gryph. Froh. Mer. Bas. Col. et Elz. hujus pueros. Acidalio emendat: Hoc et oportet fieri, (vel potius ferri), et servunt a tutoribus pupilli, &c. Freinshemius: Hoc et oportet fieri et fit: tutoribus pupillos, maritis

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Parce] Parentibus nostris, atque consanguineis. Duci] Cum de plectendis sontibus agitur, idem est duci absolute positum, atque 'mitti ad supplicium.' Quod petieramus] Finem servitutis, quem tua morte quæsitum ibamus.

<sup>a</sup> A Magistro] Callisthene: ab hoc enim instigatos ad facinus adolescentem credidit, vel credi certe voluit.

<sup>b</sup> Latroni] Lege quæ diximus ad cap. 2. hujus libri.

hujus ætatis verberare concedimus. 4. Hæc est sævitia in ipsum mea, quam impia cæde voluit ulcisci. Nam in ceteros, qui mihi permittunt uti ingenio meo, quam mitis sim, non ignoratis; et commemorare supervacuum est. 5. Hermolao parricidarum supplicia non probari, cum eadem ipse meruerit, minime Hercule admiror: nam cum Parmenionem et Philotan laudat, suæ servit causæ. 6. Lyncesten vero Alexandrum, bis insidiatum capiti meo, a duobus indicibus liberavi: rursus convictum<sup>c</sup> per biennium tamen distuli; donec vos postularetis, ut tandem debito supplicio scelus lueret. 7. Attalum,<sup>d</sup> ante quam rex essem, hostem meo capiti fuisse meministis. Clitus utinam non coëgisset me sibi irasci. Cujus temerariam linguam, probra dicentem mihi et vobis, diutius tuli, quam ille eadem me dicentem tulisset. 8. Regum ducumque clementia non in ipsorum modo, sed etiam in illorum, qui parent, ingeniis sita est. Obsequio mitigantur imperia: ubi vero reverentia excessit animis, et summa imis confundimus, vi opus est, ut vim repellamus. 9. Sed quid ego mirer,<sup>e</sup> is-

uxores, servis quoque hujus ætatis pueros verberare concedimus.—4 Pith. mea in ipsum. Voss. 2. quam mitis sum. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. non ignoratis commemorare supervacuum est; Lugd. et Amst. non ignoratis Hermolao, &c. Pal. 1. et Dan. supervacuum Hermolao.—5 Bas. Col. et Lugd. ipse meruit.—6 Florent. Leid. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. indicibus; Lugd. indicibus; Voss. 1. Elz. et vulgg. ante Freinsh. judicibus. Pal. 1. rursus convictum parricidam per triennium; alii rursus.—7 Pith. insidiatum meo capite. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. dicentis.—8 Leid. clementiam non ipsorum; Florent. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Elz. clementia non ipsorum. Pal. 1. mitigantur ingenia. Voss. 2. omittit, et summa imis.—9 Mer. et Pith. miror. Voss. 2. Pith. Fauch. et Dan. Nolo in

## NOTE

<sup>c</sup> *Rursus convictum*] Si convictus erat, nec remissum supplicium, sed dilatatum, cur supra lib. vii. cap. 1. 'Jussus est dicere quam toto triennio meditatus erat defensionem?' *Per biennium*] Persuadent quæ modo retulimus ex lib. vii. aut illic biennio, aut hic triennium scribi oportuisse. Utrumque loco peccatum sit, non facile quis statuerit, cum de tempore

non constet quo novas Lyncestes insidias fecerat. Vide loc. cit. *Vos postularetis*] Apharias ex composito id postulare primus cepit, reliqui secuti sunt, lib. vii. cap. 1.

<sup>d</sup> *Attalum*] Suppl. lib. i. cap. 9.

<sup>e</sup> *Quid ego mirer*] Adverte quanto artificio, cum accusatus esset crudelitatis et avaritiæ, alteram criminationem ex alterius falsitate infirmet.



tum crudelitatem mihi objecisse, qui avaritiam exprobrare ausus sit? Nolo singulos vestrum excitare, ne invisam liberalitatem meam faciam, si pudori vestro gravem fecero. Totum exercitum aspiciate: qui paulo ante nihil præter arma habebat, nunc argenteis cubat lectis; mensas auro onerant; greges servorum ducunt: spolia de hostibus sustinere non possunt.<sup>d</sup> 10. At enim Persæ, quos vicimus, in magno honore sunt apud me! Equidem moderationis meæ certissimum indicium est, quod ne victis quidem superbe impero. Veni enim in Asiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem, sed ut illos quoque, quos bello subegissem, victoriæ meæ non pœniteret. 11. Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinem fundunt, qui superbe habiti rebellassent. Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur: beneficiorum gratia sempiterna est. 12. Si habere Asiam, non transire volumus, cum his communicanda est nostra clementia:<sup>d</sup> horum fides stabile et æternum faciet imperium. Et sane plus habemus, quam capimus: insatiabilis autem avaritiæ est, adhuc implere velle, quod jam circumfluit. 13. Verum tamen eorum mores in Macedonas transfundo! In multis enim gentibus esse video, quæ non erubescamus imitari. Nec aliter tantum imperium apte regi potest, quam ut quædam et trada-

<sup>b</sup> *Exuvias ex hostibus relatas ferre non valent.*      <sup>c</sup> *Quam solis armis paramus.*  
<sup>d</sup> *Si Asiam retinere, non percurrere solum cupimus, his gentibus nostra mansuetudo impertienda est.*

*singulos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. Pal. 1. Dan. et Bong. *invisam mihi.* Ald. *libertatem meam faciam;* Pith. *meam faciam libertatem.* Leid. Florent. Voss. 1. 2. et Bong. *servorum greges.* Voss. 2. omittit, *sustinere n. p. A. e. Persæ.*—10 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Mer. Elz. Lugd. et Amst. *sunt.* *Apud me quidem;* Pith. *sunt apud me moderationis quidem.* Voss. 2. *nonne victis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *dimidia parte.* Voss. 2. *sed ut illi.* Leid. Florent. Voss. 1. 2. et Dan. omittunt *quoque.* Voss. 2. *quos b. subigerem.*—11 Bas. et Col. *militant vobis, cum pro, &c.* Voss. 2. *imperio nostro.*—12 Voss. 1. *vestra clementia;* Bong. 2. *vra clementia.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et omnes edd. ante Freinsh. *quam cupimus.* Voss. 1. 2. et Pal. 1. *avaricia.* Voss. *quod jam certum fluit.*—13 Florent. omittit *eorum;* Leid. *Verum eorum, &c. omisso tamen.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Mer. omittunt *mores;* Fauch. omittit *mores in.* Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. *transeundo.* Pal. 1. omittit *esse* ante *video.* Voss. 2. *Non aliter.* Pith.

mus illis, et ab iisdem discamus. 14. Illud pæne dignum risu fuit, quod Hermolaus postulabat a me, ut aversarer Jovem, cujus oraculo agnoscor.<sup>f</sup> An etiam, quid Dii respondeant, in mea potestate est? 15. Obtulit nomen filii mihi: recipere ipsis rebus, quas agimus, haud alienum fuit.<sup>e</sup> Utinam Indi quoque Deum esse me credant. Fama enim bella constant, et sæpe etiam, quod falso creditum est, veri vicem obtinuit.<sup>f</sup> 16. An me luxuriæ indulgentem putatis arma vestra auro argentoque adornasse? Assuetis<sup>e</sup> nihil vilius hac videri materia volui ostendere; Macedonas, invictos ceteris, nec auro quidem vinci. 17. Oculos ergo primum eorum<sup>h</sup> sordida omnia et humilia spectantium capiam; et docebo, nos non auri aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venisse. Quam gloriam tu parricida intercipere voluisti, et Macedonas rege adempto devictis gentibus dedere. 18. At nunc mones me, ut vestris parentibus parcam! Non oportebat quidem vos scire, quid de his statuisssem, quo tristiores periretis, si qua vobis parentum memoria et cura est: sed olim<sup>i</sup> istum morem occidendi cum scelestis insontes propinquos

<sup>e</sup> Non inutile fuit bellis quæ gerimus, ut illud acceptarem.

<sup>f</sup> Parem veritati vim habuit. <sup>e</sup> An creditis me, ut luxum foverem, ornasse, &c.

\*\*\*\*\*

omittit apte. Leid. et ab iisdem; Voss. 1. et ab hisdem.—14 Pith. *Illum pene*. Voss. 2. *aversarer*, et paulo post: *etiam esse quid Dii*, &c. Leid. et Voss. 1. *Di*.—15 Iidem codd. *Optulit*, ut semper. Voss. 2. *fuit alienum*, et mox omittit *Indi*. Idem dictu pro *Deum*; Pith. *esse Deum*.—16 Omnes codd. et edd. ante Freinsh. *videri*. Mod. et vulgg. ante Freinsh. omittunt *ostendere*, quod tamen servant Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. et Mer.—17 Voss. 2. omittit et ante *docebo*. Pith. *auri argenteæ*. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *subacturos venire*. Pith. omittit *devictis*.—18 Voss. 2. omittit *parcam*. Leid. *qui de his*;

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Agnoscor*] Tanquam filius; lib. iv. cap. 7. Credi hoc voluit Alexander, non ipse credidit.

<sup>e</sup> *Assuetis*] Indorum populis, apud quos auro nihil communius, nihil vilius, ostendere volui Macedonas quoque auro non vinci, quibus tam commune, tanquam vile sit, ut auro clypeos ceteraque arma inducant.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>h</sup> *Eorum*] Indorum oculos qui sordida omnia, nihil opulentum in Macedonum vestibus, armis, totoque cultu visuros se esse putant, auri nostri fulgore præstringam, et fateri cogam nos non auri, &c.

<sup>i</sup> *Olim*] 'Legem se supplicii conjunctis solum remittere edixit,' lib. vi. cap. 11.

*Q. Curt.*

2 R

parentesque solvi. Et profiteor, in eodem honore futuros omnes eos, in quo fuerunt. 19. Nam tuum Callisthenem, cui uni vir videris, quia latro es, scio, cur produci velis : ut coram his probra, quæ modo<sup>j</sup> in me jecisti, [modo audisti,] illius quoque ore referantur. Quem, si Macedo esset, tecum introduxissem ; dignissimum te discipulo magistrum : nunc Olynthio<sup>k</sup> non idem juris est.' 20. Post hæc consilium dimisit, ' tradique damnatos hominibus, qui ex eadem cohorte erant,' jussit. Illi, ut fidem suam sævitia regi approbarent,<sup>l</sup> excruciatos necaverunt. 21. Callisthenes quoque tortus interiit;<sup>l</sup> initi consilii in caput regis innoxius, sed haudquaquam aulæ et assentantium accommodatus ingenio. 22. Itaque nullius cædes majo-

<sup>h</sup> *Ut suam fidelitatem regi ostenderent crudelitate in reos.*

~~~~~

Voss. 2. *quid de eis.* Voss. 2. *propinquos et parentes.* Mer. *in quo fuerant.*—19 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *Nam tuum cum Callisthenem;* Voss. 2. *Nam tuum esse Call.* Pith. omittit *cui ante uni;* Voss. 2. *cui uni videtis,* omisso *vir.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *in me modo;* Dan. et Pal. 1. omittunt *in me.* Voss. 2. et Mod. omittunt, *modo audisti.* Mer. et Col. *Olintheo;* Voss. 1. et Bas. *Olinthio.*—20 Elz. *concilium.* Voss. 2. *suam servicie regi;* Pal. 1. *s. s. reis.*—21 Vulgg. edd. ante Freinsh. *ante tortus;* sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. omittunt *ante.* Florent. *haudquam;* Voss. 2. *nequam.* Voss. 2. omittit *aulæ;* pro quo Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. habent *male.* Voss. 2. *ingeniis.*—22 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *nullius cædis;* Ald. *nul-*

#### NOTE

<sup>j</sup> *Quæ modo*] Quæ tu apud Callisthenem vicissim de me nunc dicebas, nunc ipsum dicentem audiebas.

<sup>k</sup> *Nunc Olynthio*] Cum Olynthus sit, non Macedo, non hoc illi juris est ut in Macedonum concilium admittatur. Olynthus urbs in Macedonia quondam nobilis, in peninsula quam Singiticus et Toronaicus sinus efficiunt. Eam tamen Thraciæ plerique veterum accensent, ut et montem Athon, et vicina iis loca; quod hæc quondam omnia Thracæ occupaverint.

<sup>l</sup> *Tortus interiit*] Magna scriptorum dissensio de mortis hujus genere.

Ipsi Alexandri comites Aristobulus et Ptolemæus apud Arrianum diversa produunt. Ille victum compedibus in exercitu ductum, postea morbo interisse; quem Diog. Laërtius cum Suida pedicularem ait fuisse; iste tortum ac denique suspendio necatum: Seneca, Snasor. 1. lancea trajectum: Justinus post varia tormenta epoto veneno, calamitatis finem quæsisse: Philostratus a Macedonibus, quod eos vituperasset, interfectum, &c. Plerique omnes in cavea circumductum ad spectaculum scripsere.

rem apud Græcos Alexandro excitavit invidiam, quod præditum optimis moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam erat, cum interfecto Clito mori perseveraret,<sup>m</sup> non tantum occiderit, sed etiam torserit, indicta quidem causa. Quam crudelitatem sera poenitentia consecuta est.

1x. 1. Sed ne otium, serendis rumoribus natum, aleret,<sup>a</sup> in Indiam movit; semper bello, quam post victoriam, clarior. 2. India<sup>a</sup> tota ferme spectat Orientem,<sup>b</sup> minus in latitudinem quam recta regione spatiosa. 3. Quæ Austrum accipiunt,<sup>c</sup> in altius terræ fastigium excedunt;<sup>d</sup> plana sunt cetera, multisque inclytis annibus, Caucasus<sup>d</sup> monte

<sup>a</sup> Quando ipse post Cliti cædem obstinate volebat mori.

<sup>a</sup> Ne otiositatem foveret, quæ spargendis seditionis sermonibus opportuna est.

<sup>b</sup> Quæ Meridiem spectant, excelso terrarum situ attolluntur.

*lis cædes.* Plerumque edd. *quam quod*; quæ non habentur in Pal. 1. *quam* omitunt Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. et Mod. Mox Voss. 2. *erat* ad vitam.

1 Pith. *semper in bello.*—2 Florent. Leid. Voss. 1. *ferme exspectat.*—3 Qui Austrum Pal. 1. Qui haustum Voss. 2. in alcius Voss. 1. 'Vix abstineo, quin lectionem solius cod. Theocr. in *arctius terræ fastigium excedunt* reci-

#### NOTE

<sup>m</sup> *Mori perseveraret*] Supra, cap. 2. Ceterum Arrianus ab hoc moriendi consilio deductum scribit Anaxarchi Sophistæ sermone; Callisthenis eo loco non meminit.

<sup>a</sup> *India*] Duplex distingui solet: prima nobis propior, 'intra Gangem'; altera remotior, 'extra Gangem' dicitur. Ab Occidente Indum habet fluvium, (unde nomen Indiæ,) vel, si magis placet, Persicum imperium; a Septemtrione Parapamisum, Imaum, Emodum, aliosque montes, quibus a Sogdiana et Scythia dirimitur: ab Oriente Sinas cum Orientali Oceano: ad Meridiem Indico terminatur, quod Noster Rubrum mare nuncupat.

<sup>b</sup> *Spectat Orientem*] Ambigue dictum; quid enim est 'Orientem spectare?' non tota, quam Alexander adiit, Asia spectat Orientem, si Eu-

ropæ respectu loquimur? non ipsa India Occidentem spectat, si cum Sinarum regno comparetur? *Minus in latitud.*] Latitudinem, ut apparet, statuit Curtius a Septemtrione in Meridiem; ab Occasu in Ortum longitudinem metitur. Sed in eo falsum esse de India, posteriores deprehenderunt Geographi.

<sup>c</sup> *Austrum accipiunt*] 'Austrum accipere' est Austro vento perflari: nisi legere mavis *aspiciunt*. *In altius*] Vere, si ingentis utriusque peninsulæ ratio habeatur, quæ in Meridiem excurrentes perpetuum habent in medio jugum montium. De cetero enim humilliora esse constat quæ ad Austrum vergunt, cum eo universa Indiæ flumina concurrant.

<sup>d</sup> *Caucaso*] Parapamisus, ut vidimus lib. vii. cap. 3. Nec ab eo tamen solo omnes Indiæ fluvii nascantur: nisi

ortis, placidum per campos iter præbent. 4. Indus<sup>e</sup> gelidior est quam ceteri. Aquas vehit, a colore maris haud multum<sup>f</sup> abhorrentes. 5. Ganges<sup>g</sup> amnis, ab Ortu eximius, ad Meridianam regionem decurrit, et magnorum montium juga<sup>h</sup> recto alveo stringit.<sup>c</sup> 6. Inde eum objectæ rupes inclinant ad Orientem.<sup>i</sup> Utque Rubro mari accipitur,

<sup>e</sup> *Super altos montes recto cursu labitur.*

\*\*\*\*\*

piam.<sup>g</sup> Schmieder.—4 Voss. 2. omittit *vehit*. Ral. 1. *vehit colore*, omissa præpositione.—5 Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Frob. *omnium ab ortu fluvius eximius*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. 1. 2. et Mer. *omnium ab Oriente fluvius eximius*; Pal. 1. *amnis ab Oriente ejus exiens*; Mod. et vulgg. ante Freinsh. *omnium ab ortu maximus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. alii, et pleræque edd. *a meridie regione*. Dan. *ex magnorum*. Voss. 2. *alveo recto*.—6 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Col. Mod. Elz. alii: *In eum objectæ*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mod. Dan. Pal. 1. Elz. alii: *Uterque R. Mari*.

#### NOTÆ

Caucasi nomine universam illam montium seriem appellat Curtius, quæ inde in Ortum excurrit.

<sup>e</sup> *Indus*] Ex Caucasio seu Parapamiso hic oritur, et Arianam ab India dividens multisque auctis fluviis in mare Indicum pluribus ostiis evolvitur: etsi Arrianus et Strabo duorum tantum meminerunt. Hodieque apud illas gentes *Indu* et *Indes* vocitari affirmant. Plura docebit Stuckius in Periopl. Erythr.

<sup>f</sup> *Haud multum*] Sed aliquantum tamen differant oportet, si verum est quod tradit Arrianus, aut quisquis est auctor Periopl. maris Erythræi, longo admodum spatio in alto mari, antequam regionem attingas, aquam ex illo fluvio candidam occurrere. De maris ipsius Indici colore hoc ipso capite.

<sup>g</sup> *Ganges*] Ex Imao Ptolemæi, quem alii alio nomine appellant, oritur, et in Meridiem versus fluit. *Ab ortu eximius*] Legunt alii: *ab ortu maximus*, id est, ab ipsa origine; quod Arrianus in Indicis, et Plinius lib. vi. cap. 18. confirmant.

<sup>h</sup> *Montium juga*] Interpretationem, quam adhibuimus, cum verba ipsa tum aliorum auctoritas scriptorum affirmat. Cur enim diceret *montium juga* fluvio *stringi*, si ad ipsorum solum radices flueret? Stringit autem juga, quia vel super montium jugis, vel non procul, super ipsos tamen montes decurrit. Hoc Strabo et Plinius docent: ille lib. xv. iste lib. vi. cap. 18. Id quoque indicat ipsa vox *inclinant*, quæ significare videtur voluisse Curtius sic flecti ejus cursum Orientem versus, ut in decliviora vertatur.

<sup>i</sup> *Ad Orientem*] Reflectitur ergo postmodum ad Meridiem; eo enim demum ad mare pervenit. *Utque Rubro*] Nullum hoc loco sensum idoneum orationis efficit illud *utque*: sed quid ejus loco reponendum sit, ægre statui potest. Nam quod Bongarsius voluit, *uterque*, quasi de Indo et Gange sermo sit, hoc admitti prohibent quæ sequuntur, *Acesines eum auget*; hæc enim ad alterutrum pertinere solum possunt. Conjeciebam aliquando scribi posse: *vixque Rubro*

findens ripas, multas arbores cum magna soli parte exsorbet: 7. saxis quoque impeditus crebro reverberatur: ubi mollius solum reperit, stagnat, insulasque molitur.<sup>d</sup> Acesines eum<sup>j</sup> auget. 8. Ganges decursurum in mare intercept: magnoque motu amnis uterque colliditur. Quippe Ganges asperum os influenti objicit;<sup>f</sup> nec repercussæ aquæ cedunt. 9. Dyardanes<sup>k</sup> minus celebrer auditu est, quia per ultimâ Indiæ currit: ceterum non crocodilos<sup>l</sup> modo, uti

<sup>d</sup> In stagni morem quiescit, ibique insulas efficit.

<sup>e</sup> Eum Ganges excipit, cum ingressurus esset in pelagus.

<sup>f</sup> Difficile ostium ei confluenti facit, nec impulsæ ejus undæ locum dant Acesini.



Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et edd. vulgg. ante Freinsh. *multasque arbores*. Voss. 2. *soli p. exsorbet*.—7 Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. *impeditus quia crebro*; Pith. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *impeditur quibus crebro*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *Acesin*; Voss. 2. *Arcein*; Mer. *Acessines*.—8 Voss. 2. *utraq. colliditur*. Dan. omittit, quippe G. a. o. i. *objicit*, sed adduntur in margine.—9 Florent. Leid. et Voss. 1. *Deardenes*; Voss. 2. *Dyardenes amnis*; Bong. omittit *Dyardenes*. Voss. 2. *quia ab ultima*. Leid. et Voss. 1. *crocodrillos*; Voss. 2. Pal. 1. et Pith.

#### NOTÆ

*mari accipitur*. *Findens*, &c. ut sensus esset: Eum rupes inclinant ad Orientem, ita ut vix tandem ad Meridiem reflexus in mare Indicum perveniat. Legi etiam posset eodem modo, *denique*: sed in neutro, ut verum fatear, possum satis acquiescere. *Ripas findens*] Hoc accipit Freinshemius de diversis ejus alveis, in quos divisus Oceano miscetur: neque enim alias apte dici posset ‘*ripas findere*.’

<sup>j</sup> *Acesines eum*] Tam constanter omnes libri in *Acesines* concordant, ut dubitari vix possit erratum esse ipsius Curtii, quod Acesinem cum Gange misceri scribat: cum reliqui ferme auctores, atque adeo ipsemet infra Curtius lib. ix. cap. 4. Indo fluvio excipi testetur. Ait enim Acesinem Hydaspi confundi; Hydaspes autem ipse Indo jungitur, teste Ptolemæo, jam ante Zadadro mistus.

<sup>k</sup> *Dyardanes*] Ignota ceteris scrip-

toribus flumina *Dyardenes* et, qui mox sequitur, *Erymanthus*. Apud Arrianum mentio fit ‘*Ethymandri*’ fluvii; apud Plinium ‘*Dyriodori*’, quos nescio an Curtius intellexerit.

<sup>l</sup> *Crocodilos*] Animalis genus est, ut vocant, amphibium; nunc in aqua, nunc extra aquam vivens, de quo fuse Plinius lib. xxviii. cap. 8. Aldronandus de Quadrup. Digit. Ovip. lib. i. *Delphines*] Notissimum piscis nomen; cum res ipsa haud satis nota sit. Censet idem Aldronandus eum esse quem nos ‘*marinum suem*’ vocamus, vulgo *Marsoin*. Idem enim utraque vox significat. De illius speciebus deque proprietatibus eundem consule Aldronandum de cetis lib. i. Nec vero putes solum esse Dyardenem ex Indiæ fluminibus qui crocodilos et delphines alat: id enim reliquis commune esse docet Arrianus in lib. Rerum Indic. Eaque res Alexandro persuasit, ut crederet Nili

Nilus, sed etiam delphines ignotasque aliis gentibus belluas alit. 10. Erymanthus, crebris flexibus subinde curvatus, ab accolis rigrantibus carpitur.<sup>5</sup> Ea causa est, cur tenues reliquias jam sine nomine in mare emittat. 11. Multis præter hos omnibus tota regio dividitur, sed ignobilibus,<sup>m</sup> quia non adeo interfluunt.<sup>4</sup> 12. Ceterum, quæ propiora sunt<sup>n</sup> mari, aquilones maxime deurant: ii cohibiti jugis montium ad interiora non penetrant, ita alendis frugibus mitia.<sup>i</sup> 13. Sed

<sup>5</sup> Dividitur in plures alveos ab incolis ut campos irrigent.

<sup>n</sup> Non tantum spatii percurrunt.

<sup>i</sup> Inde fit ut nutriendis frugibus opportuna sint.

cocodrillos; Bong. 2. cocodrillos. Pith. ut Nilus. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Delphinos; Voss. 2. Delphinos. Pith. omittit gentibus.—10 Florent. Et Erymanthus; Leid. et Voss. 1. Erymanthus; Voss. 2. Bong. 2. et Dan. Ethimantus; Mer. Ethimanthus. Pith. omittit, crebris flexibus. Voss. 2. ab incolis.—11 Pith. adeo præterfluunt. 'Corrupta sunt hæc. Conjectio: quia non ad oram, h. e. ad littus maris, perfluunt, sed ab Indo et Gange intercipiuntur. Nisi mavis omnia ex glossa esse, quibus quis pro suo capiti illud ignobiles interpretaretur. Curtio enim ignobiles gentes, ut supra vidimus, et ignobiles amnes sunt, de quibus ipse nihil scit.' Schmieder.—12 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. et Mer. Aquiloni; Voss. 2. aquilonis; ed. vero Gryph. Austri. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. et Mer. maxime decurrunt. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. 1. 2. his cohibitis; Voss. 2. is cohibitus; Mer. is cohibitis. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. et Mer. non penetrat. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan.

#### NOTE

fontes ab se repertos: cum in Indo, ut scribit Arrianus, vel, ut Nearchus apud Strab. xv. in Hydaspe crocodilos reperisset, quos in solo nasci Nilo fama erat. Vide Arrianum initio lib. vi. Nilus] Lib. iv. cap. 7.

<sup>m</sup> Sed ignobilibus] Tamen Arrianus in lib. Rer. Indic. octo supra quinquagenos numerat, eosque navigabiles: Seneca vero apud Plinium sexagenos. Et satis constat recentiorum testimonio plurimos esse qui in magna censeri debeant.

<sup>n</sup> Quæ propiora sunt] Si ad mentem Curtii respexeris, vix est ut ab errore defendi possit. Nam qui fiat ut Septemtrionales venti partem Indiæ 'mari propiorem,' magisque adeo

meridionalem 'deurant,' interiorem vero, quæ Septemtrioni vicinior est, non attingant? quodsi istam perficere nequeant, 'montium jugis cohibiti,' quomodo ad maritima usque pervadunt? Unam subicit Freinshemius defensionem, si dicamus interiora summi non pro universa regione mediterranea, sed pro ea tantum quæ, montium subjecta radicibus, eorum objecta ab aquilonari vento defenditur, ac solis repercussu fovetur magis. Verrum ut hoc ita sit, quemadmodum in reliqua ferme Asia contingere observavimus lib. iii. cap. 5. certe hanc esse Curtii sententiam nemo persuaserit.

adeo in illa plaga mundus stas temporum vices mutat,<sup>j</sup> ut, cum alia<sup>o</sup> fervore solis exæstuant, Indiam nives obruant, rursusque ubi cetera rigent, illic intolerandus æstus existat: 14. nec cur, ulli se naturæ causa ingressit.<sup>k</sup> Mare certe, quo alluitur, ne colore quidem abhorret a ceteris: ab Erythra rege<sup>p</sup> inditum est nomen: propter quod ignari rubere

<sup>j</sup> *Consuetas anni tempestates invertit.*

<sup>k</sup> *Nec cuiquam se oblitit ratio quare id ita fiat.*

~~~~~

Pal. 1. Bong. 2. et Mer. *ita a. f. mitis*, probante Heinsio; Bong. 1. et alii: *ita a. f. mittis*; vulgg. ante Freinsh. *ita a. f. mites*.—13 Ald. *Sed adeo illa*. Voss. 1. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *statutas*. Pith. *exæstuant*; Voss. 2. *extuant*. Voss. 2. *illic non tolerandus*.—14 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. et Mer. *nec cur ubi*; Voss. 2. *nec cur ibi*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. 1. 2. *natura*. Voss. 2. *omittit causa ingressit*. *Mare certe quo*; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *omittunt ingressit*; Ald. habet, *caussa ingressu*; Mer. *causa mare suo alluitur ingressit nec colore*. Pith. *omittit certe*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *quod adluitur*; Pal. 1. et Dan. *quid adluitur*. Voss. 2. *alluitur: nigrescit nec tollere quidem*. Bas. et aliorum

#### NOTÆ

° *Ut, cum alia*] Hoc quidem de tota India voluit intelligi: quod quam verum sit, ipse viderit. Arrianus libro Rer. Indic. affirmat æstate Indiam complui, indeque amnes intumescere: sed neque id universe verum esse arbitror de pluviis, multo minus de nivibus. 'Plaga' idem atque 'regio.'

<sup>p</sup> *Ab Erythra rege*] Rubri, vel, quod idem est, Erythraei nomen ei proprie convenit, qui illam hodieque retinet, Arabico sinui. Sed veteres appellationem hanc non ad sinum modo Persicum extendebant, verum etiam ad universum Oceani tractum qui Australe litus Asiæ perlinet. Ad hujus causam appellationis quod attinet, multi cum Curtio sentiunt veterum ac recentiorum, non ab ipsa re sed ab 'Erythræ,' aut 'Erythri' cujusdam regis nomine 'Rubrum' vocari. Quem Isaci filium Esau viri docti probabiliter putant esse; hic enim patrio vocabulo *Edem*, 'rufus,' ap-

pellatus est: quod Græci ἑρυθρὸν vocant. Hunc vero ejusque posteros vicina maris Arabici loca tenuisse scimus ex Scriptura. Contraria multorum sententia fuit reipsa rubrum esse istius maris colorem. Sed in hujus ruboris origine assignanda, ingens opinionum varietas. Fuerunt qui vicinas littorum terras rubere dixerint, easque vel undarum appulsu, vel imbrium dilutas eluvionibus mari misceri: verum nihil tale illis locis deprehenditur. Itaque ceteri ferme ruboris causam aliunde quam ex ipsa maris aqua repetendam duxerunt. Alii solem repercussum ex vicinis montibus, alii rubentes arenas aut herbas corallio similes quæ in fundo deprehensæ sunt, transmittere ruboris speciem in aquas parum profundas tradunt. Sed montes quidem ejusmodi nullos esse compertum est. Arenas autem herbasve rubri coloris sub aqua pellucida certis locis reperiuntur etsi credimus viris fide dignis



aquas credunt. 15. Terra lini ferax; unde plerisque sunt vestes. Libri arborum<sup>9</sup> teneri, haud secus quam chartæ, literarum notas capiunt.<sup>1</sup> 16. Aves<sup>1</sup> ad imitandum humanæ vocis sonum dociles sunt. Animalia inusitata ceteris gentibus, nisi invecta. Eadem terra et rhinocerotas<sup>3</sup> alit, non generat.<sup>4</sup> 17. Elephantorum major est vis, quam quos in Africa domitant, et viribus magnitudo respondet. 18. Aurum flumina<sup>u</sup> vehunt, quæ leni modicoque lapsu segnes

<sup>1</sup> *Mollis arborum cortex literarum characteres inscriptos admittit, quemadmodum chartæ.*

//////////

edd. *Erythro*. Voss. 2. *indictum est*.—15 Pal. 1. *lini ferax*. Leid. *liberi arborum*. Leid. et Voss. 2. *cartæ*; Pith. *rate*; Fauch. *certe*; edd. vulgg. ante Fauch. *ceræ*; Florent. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Mer. *chartæ*.—16 Voss. 2. *sonum vocis*. Voss. 1. *invisitata ceteris*. Voss. 2. *ubi invecta*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *omittunt et ante rhinocerotas*; iidem et Dan. *rinocerotas*.—17 Voss. 2. *Africa ut semper*.—18 Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. et

#### NOTE

Joa, Barrio, Odoardo Barbosa, Fren-  
celio apud Becmannum de Orig.  
Ling. Lat. in voce 'Erythræum;' haud  
tamen satis idonea hæc videtur esse  
talis nomenclaturæ ratio. Alioqui  
non minus viride albumve dici debu-  
erat, cum variis quoque locis nunc  
virides, nunc candidi lapilli herbæve  
occurrant, ut idem testatur Barrius  
Dec. II. lib. I. cap. I. Quo pariter  
argumento refellas eos qui ad certam  
repercussionem referunt radiorum  
solarium in aquam incidentium: cum  
eandem ob rem æque cæruleum, ni-  
grum, viride, &c. appellari posset,  
non hoc modo Arabicum, sed aliud  
quodcumque.

<sup>9</sup> *Libri arborum*] Liber tenuissimus  
est cortex, quem veteres ad nsum scri-  
bendi certis arboribus detrahebant,  
et in minutissimas dividebant phi-  
lyras. Hujusmodi libris compacta  
volumina 'libri' quoque appellati  
sunt: et quamvis inventa postmodum  
charta, idem nomen retinuerunt:  
quod ipsum in 'papyri,' 'codicis,'  
'voluminis,' aliisque vocibus factum  
est.

<sup>1</sup> *Aves*] Psittaci sunt, de quorum  
variis generibus habes apud Aldrou-  
andum plurima in Ornithologia lib.  
XI.

<sup>3</sup> *Rhinocerotas*] *Rhinoceros* feræ ge-  
nus est ab ipsa re nomen sortitum  
*ῥινόκερως*, quasi dicas *naricornis*; quod  
ei ex naribus cornu repandum pro-  
mineat magnitudine ac duritie exi-  
mium. *ῥίς* autem Græce *nares*, *κέ-  
ρας*, *cornu* significat. Paulo superius  
aliud gerit non sane magnum, inquit  
Pausanias. Huic assidua cum Ele-  
phante bella ferunt esse. Vide Al-  
drouandum, Gesnerum, &c.

<sup>4</sup> *Non generat*] Immo vero nulla ma-  
jores ac ferociores generat, ut ex  
multis auctoribus docet idem Al-  
drouandus. Sed variæ sunt variis  
locis rhinocerotum species, magnitu-  
dines variæ.

<sup>u</sup> *Aurum flumina*] Celebris apud ve-  
teres fluminum quorundam mentio,  
quæ inter arenas auri quædam ra-  
menta vexisse dicuntur; ut Pacto-  
lus in Lydia, Tagus in Hispania,  
Padus in Italia, Ganges in India,  
&c. Quibus accenset Curtius alios

aquas ducunt.<sup>m</sup> 19. Gemmas margaritasque <sup>v</sup> mare littoribus infundit: <sup>n</sup> neque alia illis major opulentiae causa est; utique postquam vitiorum commercium vulgare in exterarum gentes: <sup>o</sup> quippe aestimantur purgamenta aestuantis freti pretio, quod libido constituit. 20. Ingenia hominum, sicut ubique, apud illos locorum quoque situs format.<sup>p</sup> 21. Corpora usque pedes carbaso <sup>w</sup> velant: soleis pedes, capita linteis vinciunt: lapilli <sup>x</sup> ex auribus pendent: brachia quoque et lacertos auro colunt, quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent.<sup>y</sup> 22. Capillum pectunt saepius, quam tondent: mentum semper intonsum est: reliquam oris cutem ad speciem levitatis exaequant.<sup>z</sup> 23. Regum tamen luxuria, quam ipsi magnificentiam appellant, supra omnium gentium vitia. Cum rex sane in publico <sup>y</sup> conspici patitur,

<sup>m</sup> Quae tranquillo et lento cursu pigras aquas volvunt.

<sup>n</sup> In littora copiose ejicit.

<sup>o</sup> Ex quo per commercium sua vitia communicarunt aliis nationibus.

<sup>p</sup> Inter illas gentes, ut apud omnes alias, regionis naturae respondet incolarum indoles.

<sup>q</sup> Auris monilibus ornant ii quorum nobilitas, &c.

<sup>r</sup> In reliquo vultu cutem radunt ut nitida appareat.



Elz. posteaquam; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. postquam. Voss. 2. vicinorum commercium, et mox extinguntur. Florent. Leid. et Voss. 1. exstuantis.—20 Frob. quoque locorum situs.—21 Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. carbaso velant. Voss. 2. brachia quoque.—22 Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. quam tondentur; Mer. tondetur. Bong. 1. Bas. et Col. ad speciem levitatis; Voss. 2. ad speciem lenitatis; Amst. ad levitatem; vulgg. edd. ante Freinsh. ad levitatem; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. et Mer. ad speciem levitatis. Florent. Leid. Voss. 2. et Mer. super omnium. Ald. Colin. Gryph. gentium vitia cum rex, &c. Mod. Lugd. Amst. alii: gentium est. Cum rex, omisso vitia; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. ut in textu. Pal. 1. sane in publico; Mod. se in publico; aliae edd.

#### NOTÆ

Indiæ fluvios, astipulante Megasthene apud Strabonem lib. xv. etsi repugnet Ctesias.

<sup>v</sup> Gemmas margaritasque] ‘Gemma’ vocatur lapis quilibet pretiosus: ‘margarita’ sive ‘margaritum,’ qui in conchis nascitur. Latini ‘unio-nem’ vocant, *une perle*; propterea quod nulli duo indiscreti reperiantur. De gemmis Plinius lib. xxxvii. de margaritis lib. ix. cap. 35.

<sup>w</sup> Carbaso] Carbasus lini genus tenuissimum et candidissimum ex fruticibus cujusdam Ægyptiaci nuce erutum: a quo tela quoque ipsa ‘carbasii’ nomen accepit. Plinius lib. xix. cap. 1.

<sup>x</sup> Lapilli] Arrianus lib. Rer. Ind. scribit Indorum locupletioribus inauribus fuisse ex ebore.

<sup>y</sup> Sane [se] in publico] Multi legunt: sane in publico. Quæ porro

thuribula argentea ministri ferunt, totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent. 24. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat: distincta sunt auro et purpura carbasa, quæ indutus est: lecticam sequuntur armati corporisque custodes: 25. inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus obstrepere docuerunt. 26. Regia auratas columnas habet: totas eas vitis auro cælata percurrit, aviumque, quarum visu maxime gaudent, argenteæ effigies opera distinguunt. 27. Regia adeuntibus patet, cum capillum pectit atque ornat: tunc responsa legationibus, tunc jura popularibus reddit. Dementis soleis, odoribus illinuntur pedes. 28. Venatus maximus labor est, inclusa vivario<sup>a</sup> animalia inter vota cantusque pellicum figere. Binum cubitorum sagittæ sunt, quas emittunt majore nixu, quam effectu: quippe telum, cujus in levitate vis omnis est, inhabili pondere oneratur. 29. Breviora itinera

<sup>a</sup> Quas sic instituerunt, ut etiam inter seria negotia suo concentu interpellent.

<sup>b</sup> Vitis ex auro sculpta undique illas circumplectitur.

<sup>c</sup> Incommoda gravitate sua tardatur.

\*\*\*\*\*

vett. esse in publico; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. sane in publico. Voss. 2. destinaverat.—24 Voss. 1. distincta sunt. Voss. 2. quibus indutus est.—25 Pith. aves ramis. Pal. 1. cantiseriis rebus.—26 Florent. Leid. et Voss. 1. auro celata; Voss. 2. auro collata. Dan. Pith. et Fauch. visum. Pal. 1. aurata pro opera. Leid. distinguunt.—27 Edd. vett. patet. Cum, &c. Bong. 2. et Voss. 1. atque ornata; Florent. et Leid. atque ornatam. Bong. tum responsa; Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt tunc. Iidem cum Dan. Pal. 1. et Bong. legationis. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. illinant pedes; Fauch. et Bong. in linuntur pedes.—28 'Vocem Venatus recte Schef-ferus ex glossa esse censet, qua ejecta reliqua melius cohærent.' Voss. 2. maxime. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. Binorum cubitorum; Pith. duorum cubitorum. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Lugd. et Amst. majore nixu. Voss. 2. ejus in levitate. Lugd. instabili pondere. Voss. 2. hone-

#### NOTE

sequuntur de Indicorum Regum luxu, veteres passim Historici confirmant Ælianus de Animal. lib. III. Strabo lib. xv. &c. Nec abluunt quæ a recentioribus scripta sunt.

<sup>a</sup> Vivario] Vivaria dicuntur septa quævis in quibus aves, pisces, aut feræ vivæ detinentur. Binum pro

'binorum,' ut 'duum,' 'denum,' pro 'duorum,' 'denorum,' &c. Quam effect] Contra testatur Arrianus lib. Rer. Ind. 'Nihil esse quod non Indici sagittarii telum penetret: non scutum, non thorax, aut aliud armaturæ genus quantumvis validum.'

equo conficit: longior ubi expeditio est, elephanti vehunt currum; et tantarum belluarum corpora tota contegunt auro. Ac ne quid perditis moribus desit, lecticis aureis pellicum longus ordo sequitur: separatim a reginæ ordine agmen est, æquatque luxuria. 30. Fœminæ epulas parant: ab iisdem vinum ministratur, cujus omnibus Indis largus est usus.<sup>a</sup> Regem mero somnoque sopitum in cubiculum pellices referunt, patrio carmine noctium invocantes Deos. 31. Quis credat, inter hæc vitia cûram esse sapientiæ? Unum agreste et horridum genus est, quos sapientes<sup>b</sup> vocant: 32. apud hos occupare fati diem pulchrum;<sup>c</sup> et 'vivos se cremari'<sup>c</sup> jubent, quibus aut segnis ætas, aut incommoda valetudo est: expectatam mortem pro dedecore vitæ habent:<sup>c</sup> nec ullus corporibus, quæ senectus solvit,

<sup>a</sup> Inter illos gloriosum ducitur antevertere mortis tempus.

<sup>b</sup> Il, quorum ætas provecior est aut sanitas infirma, inhonestam vitam fore putant, si mortem naturalem opperiantur.

ratur.—29 Pal. 1. et Voss. 2. *longiora ubi*, et mox *contingit auro*. Pal. 1. *prædictis moribus*. Voss. 2. *a regio ordine*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *aliud regina ordine*. 'Inducenda vox ordine, quæ glossatoris est.' Bothe. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Pal. 1. *luxuriam*.—30 Voss. 2. *Ferme pro Fæminæ*. Bong. 1. 2. *ab his vinum*; Leid. et Voss. 1. *ab idem vinum*; Mer. *ab hiadem vinum*. Voss. 2. *pelices in cubiculum*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *in c. pelices*.—31 Pith. *inter tot*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fauch. Bong. 2. *omittunt est post genus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *quod sapientes*.—32 Pal. 1. *pulchrum est*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *quibus autem segnis*. Florent. Leid. et Voss. 1. *valetudo est*. Voss. 2. *nec ullis*. Pith. *honor redditur*. Florent.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Largus est usus*] Id ipsum confirmat Chares apud Athenæum lib. x. Ælianus Hist. Var. lib. 11. Quid est igitur quod Megasthenes apud Strabonem lib. xv. prodidit, 'vinum eos nonnisi in sacrificio bibere, ex oryza confectum loco hordei.'

<sup>b</sup> *Sapientes*] Duplex horum genus fuisse refert Strabo ex Megasthene lib. xv. 'Brachmanes,' et 'Germanes:' de quibus plurima cum ipse tum alii narrant. Arrianus Exped. lib. vi. et lib. Rerum Indic. Diodorus Sicul. lib. 11. Plinius lib. vi. cap. 19.

&c. Græcis 'Gymnosophistæ' nuncupati quod nudi in sylvis agerent: a γυμνός, nudus, et σοφός, sapiens. Hodiernos Indorum sacerdotes sive Philosophos patria lingua Jogues appellari ferunt: in quibus multa Brachmannum veterum similia.

<sup>c</sup> *Vivos se cremari*] Exemplum habes in Calano qui se Persagadis, spectante Alexandro, in ardentem rogam vivos iniecit. Rem gestam narrant Diodorus, Arrianus, Plutarchus, Ælianus, &c.

honus redditur: <sup>a</sup> inquinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit. 33. Illi, qui in urbibus publicis moribus degunt, siderum motus scite spectare dicuntur, et futura prædicere: nec quenquam <sup>d</sup> admovere leti diem credunt, <sup>e</sup> cui expectare interrito liceat. 34. Deos putant, quicquid colere cœperunt; arbores maxime, quas violare capital est. 35. Menses in quinos denos descripserunt dies: anni plena <sup>a</sup> spatia servant. 36. Lunæ cursu notant tempora, non, ut plerique, <sup>f</sup> cum orbem sidus implevit, <sup>g</sup> sed cum se curvare cœpit in cornua. Et idcirco breviores habent menses, qui spatium eorum ad hunc lunæ modum dirigunt. Multa et alia traduntur, quibus morari ordinem rerum, haud sane operæ videbatur.

x. 1. Igitur Alexandro, fines Indiæ <sup>a</sup> ingresso, gentium

<sup>a</sup> Nulla exequia honorant eorum cadavera qui senio mortui sunt.

<sup>e</sup> Putant nullum, qui mortis tempus prævertat, posse illam operiri, sine metu.

<sup>g</sup> Cum Lunæ discus plenus est luce, cum Lunæ facies tota lumine plena est.

et Voss. 1. *sperantes*; Voss. 2. *spernentes*.—33 Bong. 1. *puplicis moribus*. Voss. 2. *scire et spectare*; Pal. 1. *scire spectare*. Elz. *admoverti*; Voss. 2. *admonere*. Edd. veti. *letii*; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *leti*. Voss. 2. *omittit interrito*.—34 Vulgg. edd. ante Freinsh. *capitale*; Voss. 2. *capitale crimen*.—35 Voss. 2. *in quos descripserunt dies*; Pith. in *q. denos dies descripserunt*. Voss. 2. Pith. et Fauch. *omittunt plena*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *spatia servantur*.—36 Pith. *linæ cursu*. Ald. Colin. et Gryph. *Et idcirco*. Bongarsius conj. *lunæ motum*; et ita etiam Scaliger.—37 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. *haud sane opere*; edd. vulgg. ante Freinsh. *operæ pretium*.

1 Florent. Leid. et Voss. 1. *finis India*. Voss. 2. *inde gentium s. r. occur-*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Nec quenquam*] Contraria nimirum est horum qui urbes incolunt, atque agrestium illorum, de acceleranda morte sententia.

<sup>e</sup> *Anni plena*] Annum igitur suum in menses viginti quatuor partiebantur, si quindecim solum dies mensi erant attributi.

<sup>f</sup> *Non, ut plerique*] Fieri non potest quin hoc loco Curtius erraverit, qui tam aperte pugnantly scripserit. Si enim mensis a prima lunæ phasi, cum se curvare capit in cornua, inchoabatur; et quindecim solum erat die-

rum; qui fieri potuit, ut non mensis sequens a plenilunio circiter exordium duceret, cum orbem sidus implevit? Hic enim horum verborum sensus est, ut ex simili loco Curtii lib. vi. cap. 4. et ex ipsa ratione satis constat. Quid quod non poterant menses, a quacumque lunæ phasi inciperent, quinos denos dies constanter obtinere, cum ipsa cursum menstruum alternatim tricenis et undetricenis perficiat? Vide si lubet Scaligerum de Emend. Temp. lib. ii.

<sup>g</sup> *Fines Indiæ*] Nondum ad flumen

suarum reguli occurrerunt, imperata facturi; 'illum tertium Jove<sup>b</sup> genitum ad ipsos pervenisse' memorantes: 'Patrem Liberum atque Herculem fama cognitos esse: ipsum coram adesse cernique.' 2. Rex benigne exceptos 'sequi' jussit, iisdem itinerum ducibus usus. Ceterum, cum amplius nemo occurreret, Hephæstionem et Perdiccam cum copiarum parte præmisit ad subigendos, qui aversarentur imperium: jussitque 'ad flumen Indum procedere, et navigia facere, quis in ulteriora transportari posset exercitus.' 3. Illi, quia plura flumina superanda erant, sic junxere<sup>c</sup> naves, ut solutæ plaustris vehi possent rursusque conjungi. 4. 'Post se Cratæro cum phalange' jussu 'sequi,' equitatum ac levem armaturam eduxit; eosque, qui occurrerant, levi prælio in urbem proximam compulit. 5. Jam supervenerat Craterus: itaque, ut principio terrorem incuteret genti, nondum arma Macedonum expertæ, præcipit, 'ne cui parceretur,' munimentis urbis, quam obsidebat, incensis. 6. Ceterum, dum obequitabat mœnibus, sagitta ictus est. Cepit tamen oppidum, et, omnibus incolis ejus trucidatis, etiam in tecta sævitum est. 7. Inde, domita ignobili gente, ad Nysam<sup>d</sup> urbem pervenit. Forte castris ante mœnia ipsa in sylves-

////////

rere, et paulo post: ad ipsos pervenisse.—2 Voss. 2. *benigne acceptos*. Leid. et Voss. 1. *indem i. ducibus*. Pal. 1. *usuris*. Voss. 2. *nemo amplius*, et mox *qui adversarentur*... Indum perducere. Pal. 1. *quis in u. portari*.—3 Voss. 1. *ut solute*. Voss. 2. *rursusque jungi*.—4 Florent. *qui occurrerent*; Leid. *qui occurrunt*; Voss. 1. *qui occurrunt*; Lugd. et Amst. *occurrerunt*.—5 Voss. 2. *Cratherus*. Pith. et Voss. 2. *præcepit*.—6 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *obequitat*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ictus, omisso est*. Voss. 1. *Capit*. Pal. 1. *omittit tamen*.—7 Leid. et Voss. 1. *Nisam*; Pith. et Bong. 2. *Nysan*. Bong. Voss. 1. 2. et Lugd. *ipsa mœnia*; Amst. *omittit mœnia*. Dan. *horror c.*

#### NOTÆ

Indum pervenerat, quem Indiæ limitem ab Occidente Strabo aliique statuunt: sed alios secutus est Curtius, qui multas cis Indum regiones Indiæ attribuit.

<sup>b</sup> *Tertium Jove*] Primus ad eos venire ferebatur Dionysius sive Bacchus ex Jovis filiis; secundus Hercules; tertius nunc Alexander. *Libe-*

*rum*] Lib. vii. cap. 9. *Herculem*] Lib. iv. cap. 2.]

<sup>c</sup> *Junxere*] Suspiscatur Freinshemius legi posse *struxere*.

<sup>d</sup> *Ad Nysam*] Multas ante Nysam captas ab eo urbes tradit Arrianus, Ora, Bazira, Massaga, &c. Sed his omnibus Nysæ deditionem prævertit Curtius. De 'Nysa' mox.

tri loco positis, nocturnum frigus vehementius, quam alias, horrore corpora affecit, opportunumque remedium ignis oblatum est. 8. Cæsis quippe sylvis flammam excitaverunt: quæ igni alita oppidanorum sepulcra comprehendit: vetusta cedro facta erant, conceptumque ignem late fudere; donec omnia solo æquata sunt. 9. Et ex urbe primum canum latratus, deinde etiam hominum fremitus auditus est. Tum et oppidani hostem, et Macedones ipsos ad urbem venisse cognoscunt. 10. Jamque rex eduxerat copias, et moenia obsidebat, cum, hostium qui discrimen tentaverant, obruti telis sunt.\* Aliis ergo deditionem, aliis pugnam experiri placebat: quorum dubitatione comperta, 'circumsideri tantum eos et abstineri cædibus' jussit: tandemque obsidionis malis fatigati dedidere se. 11. 'A Libero patre conditos se esse' dicebant; et vera hæc origo erat. 12. Sita est sub radicibus montis, quem 'Meron' incolæ appellant: inde Græci' mentiendi traxere licentiam, 'Jo-

\* Illi ex Nysæis, qui pugnam experiri voluerant, obruti sunt jaculis Macedonum.

*adfecit.* Leid. et Voss. 1. *oportunumque.* Codex Snakenburgii: *ignis oblatum est.*—8 Pith. *flammar excitaverunt.*—8 'Mirabilem sane lectionem, *flamma igni alita*, T. Faber sic emendavit: *flamma lignis alita*: quod non satis placet. Mihi igni est tertius casus, et *flamma igni alita* ignis minor, qui alimentis datis ad majorem ignem productus est, *flamma* ad magnum ignem adaucta.' *Schmieder.* 'Glossæma est igni. Voss. 2. *alta*, h. e. vel in altum erecta, vel altiore loco posita, ut monet Snakenb.' *Bothe.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *cedro erant facta*; Mer. *cedro facta erat.* Voss. 2. *donec solo omnia.*—9 Voss. 2. *Ex urbe*, omisso *Et*; et paulo post: *Tum et oppidum.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ad urbem ipsos.*—10 Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Col. omittunt et ante *mania.* Voss. 2. *obsidebant q. h. quidem.* Florent. Leid. et Voss. 1. *pugna experiri.* Bong. 1. *suprasc. a circumsideri*; Ald. *circumsideri.* Voss. 2. *eo*, et paulo post *malo.* Florent. Leid. et Voss. 1. *dedere se.*—12 Fauch. *Sita erat.* Pal. 1. *Memoron*; Pith. Fauch. Florent. Leid. et Voss. 1. *Meron*; Ald. *Mærum*; Bong. 1. 2. *Memorem*; Dan. *Mempron*, sed dispunc-

#### NOTÆ

\* *Vera origo*] Immo fabulosa, si de Baccho Thebano præsertim agitur. Sane, ut alia omittam, quia credat tot bellicosas gentes, quot Græciam inter ac Indiam degunt, adiisse tantum cum exercitu, sic ut nullam, præterquam Indos, infestam expertus aut aggressus fuerit?

'*Inde Græci*] *Μηρὸς* enim Græcis *femur* est. Fabulam porro insuti in Jovis femur Bacchi, cum Semele pueri mater ipso nondum nato, fulmine afflata periisset; describunt Diodorus lib. III. et Mythologi. Ex *Διὸς*, Jovis et 'Nysæ,' nominibus vocatus est 'Dionysius' sive 'Dionysus.'

vis femine Liberum patrem esse celatum.' 13. Rex, situ montis cognito ex incolis, cum toto exercitu, præmissis com meatibus, verticem ejus ascendit.<sup>a</sup> Multa hedera vitisque<sup>b</sup> toto gignitur monte: multæ perennes aquæ manant. 14. Pomorum quoque varii salubresque succi sunt, sua sponte fortuitorum seminum fruges humo nutriente,<sup>b</sup> lauri baccæque. Et multa in illis rupibus agrestis est sylva. 15. Credo equidem, non divino instinctu, sed lascivia esse pro vectos, ut passim hederæ ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore similes Bacchantibus<sup>1</sup> vagarentur. 16. Vocibus ergo tot millium, præsidem nemoris ejus Deum adorantium, juga montis collesque resonabant; cum orta licentia a paucis, ut fere fit, in omnes se repente

<sup>a</sup> Cum terra sine cultu alat fructus seminum fortuito incidentium.

tis tertia et quarta literis. Voss. 2. *Jovis semine*; Bas. Col. et Lugd. *Jovis famine*; Elz. *J. femina*; aliæ edd. *femore*. Vide Not. Var. Voss. 2. *patrem et colunt*; Voss. 1. et Ald. *patrem celatum*.—14 Voss. 2. *salubres succi*; Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Pal. 1. *salubresque succi*; Mer. et Mod. *s. laci*. 'In plerisque codd. (Florent. Leid. Voss. 2. Pith. Fauch. et Mer.) vel clare, vel corrupte, pro *seminum* legitur seu *germinum* ex glossa illius. Ceterum interpolationem paulisper mutavi, post *nutriente* comma, post *baccæque* punctum finale scribens.' Schmieder. Dan. *seginum*, et suprascr. *u* et *r*, ut sit: seu *germinum*; Bong. 1. *seginum*; Voss. 2. et Bong. 2. seu *geminum*; 'Legendam *germinum*.' Heinsius. Edd. ante Schmieder. *nutriente*. *Lauri baccæque et multa*, &c.—15 Pal. 1. *divino discinctu*. Bong. 1. *sed lascivi*. Voss. 1. *hedræ*; Ald. *ederæ*. Florent. Leid. et Voss. 1. *similis*.—16 Bong. 1. 2. *tot militum*. Voss. 2. *ejus nemoris*. Voss. 2. *montes collesque r. tum*. Voss. 1. et Bong. 2. *horta pro orta*. Florent. *homines serpentes*; Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. 1. 2. *homines serpente*; Pal. 1. *homines serpen*, relicto interstitio ad

#### NOTE

<sup>a</sup> *Ascendit*] Curtio consentiunt Arrianus et Justinus: sed hoc ipsi Nysæ urbis incolæ refellerunt, si Philostrato credimus: metuisse quippe Alexandrum, ne ad vitium conspectum Macedones domesticarum rerum patriæque desiderio caperentur. Quæ ratio quantum valeat, alii viderint.

<sup>b</sup> *Hedera vitisque*] Hederam nullibi præterea tota in Asia nasci testatur Arrianus lib. v. et apud Plinium Theophrastus lib. xvi. c. 14. quan-

quam addit Plinius suo tempore natam dici. Ad vitem quod attinet, unus a Strabone laudatur Aristobulus qui dixerit vitem in India nasci; cum ceteri, inquit, hoc negent.

<sup>1</sup> *Bacchantibus*] A Bacchi vel Baccharum nomine ductum est 'bacchari' verbum, quod est 'insanire': propterea quod illæ mulieres magnis clamoribus inconditoque motu, furentium instar, Bacchi festa, quæ Orgia dicta sunt, celebrarent. Virgil. Æn. iv.



vulgasset.<sup>c</sup> 17. Quippe, velut in media pace, per herbas congestamque frondem prostraverant corpora. Et rex, fortuitam lætitiā non aversatus,<sup>d</sup> large ad epulas omnibus præbitis, per decem dies Libero Patri operatum<sup>k</sup> habuit exercitum. 18. Quis neget, eximiam quoque gloriam sæpius fortunæ, quam virtutis esse beneficium? quippe ne epulantes quidem et sopitos mero aggredi ausus est hostis, haud secus Bacchantium ululantiumque fremitu perterritus, quam si præliantium clamor esset auditus. Eadem felicitas ab Oceano revertentes temulentos comessantesque inter ora hostium texit.<sup>l</sup> 19. Hinc ad regionem, quæ ‘Dædala’<sup>m</sup> vocatur, perventum est. Deseruerant incolæ sedes, et in avios sylvestresque montes confugerant. Ergo Acadera<sup>n</sup>

<sup>c</sup> Cum hæc lascivia bacchantium, a paucis exorta, inter universos extemplo se diffudisset.

<sup>d</sup> Casu inchoatam bacchationem non damnans.

<sup>e</sup> Bacchi mysteria celebrantem sustinuit.

~~~~~

illa usque: Quippe velut, &c. Vide Not. Var.—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *adgestamque*. Iidem et Mer. *prostravere*. Dan. et Pal. *læticiam*; edd. omnes ante Schmieder. *licentiam*; qui ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *lætitiā* primus edidit. Vide Not. Var. Voss. 2. *aversatus*. Ald. *largi*. Pith. *operatum Libero Patri*.—18 Voss. 2. *omittit quoque*. Pith. *beneficium esse*. Voss. 2. *omittit quidem post epulantes*. Mer. *haud s. debacchantium*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *hujulantiumque*; Leid. *hejulantiumque*; Voss. 2. et *ulantium*; Ald. *ejulantiumque*. Ald. et Mer. *omittunt si ante præliantium*. Pith. et *temulentos*. Florent. Leid. et Voss. 1. *comisantesque*; Bong. 2. *comissantes*; Fauch. et Voss. 2. *comesantes*; Col. et Bas. *comessantesque*. Pal. 1. *inter o. h. protexit*; Florent. Mod. Tell. et pleræque edd. ante Freinsh. *protexit*, *omissis inter ora hostium*; Fauch. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. ut in textu.—19 Voss. 2. *sylvestros montes*, *omisso que*. Pal. 1. *ad cadira transit*;

#### NOTÆ

<sup>l</sup> *Se repente vulgasset*] Freinshemius, cum in Ms. quodam libro verbum *vulgasset* desiderari cerneret, in aliis legeret *serpente*, suspicatus est sic Curtium scripsisse: *orta licentia a paucis (ut fere fit) in omnes serpente*. Ingeniosa conjectura, nec improbanda.

<sup>k</sup> *Operatum*] ‘Operari’ cuiuspiam nunini idem est atque huic ‘sacra facere.’

<sup>l</sup> *Comess. . . . texit* [*protexit*] Sic

restituit Modius ex Mss. cum vulgati libri præferrent, *inter ora hostium protexit*, quorum sane verborum vix ullus erat sensus idoneus.

<sup>m</sup> *Reg. quæ Dædala*] Ptolemæo Stephanoque urbs est, non regio: quanquam utrique convenire nomen potuit. Justinus vocat ‘Dædalos’ montes lib. xii. cap. 7. Sed Ptolemæus longe trans Indum collocavit, Curtius citra posuit.

<sup>n</sup> *Acadera*] Legunt nonnulli *Adaca*,

transit, æque usta et destituta incolentium fuga. 20. Itaque rationem belli necessitas mutavit: divisus enim copiis, pluribus simul locis arma ostendit; oppressique, et, qui expectaverant hostem, omni clade perdomiti sunt. 21. Ptolemæus plurimas urbes, Alexander maximas cepit: rursusque, quas distribuerat, copias junxit. 22. Superato deinde Choaspe<sup>p</sup> amne Cœnon in obsidione urbis opulentæ, Beziram<sup>q</sup> incolæ vocant, reliquit: ipse ad Mazagas venit. Nuper Assacano,<sup>r</sup> cujus regnum fuerat, demortuo,

\*\*\*\*\*

Voss. 2. *ad candira transit*; Ald. *Adaca transit*; Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Col. et Bas. *Acadira transit*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Mer. Bas. et Col. *atque usta*; Pith. *aque ustam et destitutam*.—20 Voss. 2. *oppressique*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *urbi non pro et qui*; Voss. 1. *non*; Mer. *urbe non*; Pal. 1. Ald. Collin. Gryph. Frob. Col. et Bas. *urbe qui*; Dan. *urbi qui*. 'Mibi legendum videtur, vel cum Bongarsio: *urbi non*, vel: *oppressique*, qui *urbe non expectaverant hostem*, &c.' Schmieder. Heinsius conj. *communis clade p. sunt*.—22 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Coaspe amne*; Pith. *Choaspe amne*. Voss. 2. *rex non in sidione*, omisso nomine Cœnon. Voss. 2. Mer. Bas. et Col. *Beiram*; Pal. 1. *Ebeni*; Bong. 1. 2. Dan. et Fauch. *Peicam*; Ald. Colin. Gryph. *Basdrum*. 'Arrian. iv. 5. 10. et 12. *Bezira*, (τὰ Βέζιρα,) non *Baziram* appellat.' Freinsh. Pith. et Voss. 2. *ad Mugazas*; Pal. 1. *ante Amagezas*; Bong. *ad Massagas*. Heinsius legi jubet: *ipse se ad Mazagas vertit*. Pith. *Nuper Cassiano*; Voss. 2. *Nuper Assatano*; alii *Nuper Assaceno*.

#### NOTÆ

quæ forte sunt Arriani *Andaca*. Quamquam hæc non civium fuga sed deditione capta sunt. *Vasta*] Sic reposuit Acidalius pro vulgato *usta*. *Vasta* intellige non de amplitudine, sed quod deserta et vastata a suis forent.

° *Oppressique, et, qui*] Bongarsius scripturæ vestigia sectatus, legendum voluit: *oppressique ubi non expectaverant hostem*: Acidalius: *oppressique orbe, qui non expectaverant hostem*: id est, undequaque occupati cum Macedonas non putarent accessuros. Modius: *oppressique et qui non expectaverant hostem*; id est, etiam illi qui fugerant.

<sup>p</sup> *Choaspe*] Legitur hoc quoque nomen fluvii citra Indum apud Strabonem lib. xv. Sed quia hunc in *Cophen* alterum flumen exire tradit,

Delph. et Vur. Clas.

pro *Choaspe* suspicatur Freinslemius utrobique scriptum fuisse *Choën*, quem Arrianus eidem *Cophæ* sive *Copheni* propinquum facit lib. iv. librorum deinde temeritate verum nomen *Choën* in aliud notius *Choaspes* mutatum esse.

<sup>q</sup> *Beziram*] Arriano *Bazira* dicitur plurali numero. *Mazagas*] Straboni sunt *Musoga*, Assacani urbs primaria: Diodoro *Massaca*: Arriano *Masuga*.

<sup>r</sup> *Assacano*] Non viri unitus proprium, sed regum, immo gentis ipsius commune nomen fuisse constat ex Arriano, lib. iv. ubi *Ἀσσάκων* et *Ἀσσάκων* legitur, utroque numero, sed discrepant a Curtio aliquantum quæ ibi narrat. Apud Strabonem *Ἀσσάκων* scribitur. *Cleophes*] Eadem videtur esse quam Justinus lib.

Q. Curt.

2 S

regioni urbiq̄ue præerat mater ejus Cleophes. 23. Triginta millia peditum tuebantur urbem, non situ solum, sed etiam opere munitam. Nam qua spectat Orientem, cingitur amne torrenti, qui præruptis utrimque ripis aditum ad urbem impedit: 24. ad Occidentem et a Meridie velut de industria rupes præaltas admolita<sup>f</sup> natura est, infra quas cavernæ et voragines longa vetustate in altum cavatæ jacent: quaque desinunt, fossa ingentis operis objecta est. xxxv. stadia<sup>g</sup> murus urbis complectitur, cujus inferiora saxo, superiora crudo latere sunt structa. 25. Lateri vinculum lapides sunt, quos interposuere, ut duriori materiæ fragilis incumberet, simulque terra humore diluta. 26. Ne tamen universa consideret,<sup>f</sup> impositæ erant trabes validæ, quibus injecta tabulata muros et tegebant, et pervios fecerant. 27. Hæc munimenta contemplantem Alexandrum, consiliiq̄ue incertum, quia nec cavernas nisi aggere poterat implere, nec tormenta aliter muris admoveere, quidam e muro sagitta percussit. 28. [Tum] forte in suram incidit telum: cujus spiculo evulso 'admoventi equum' jussit; quo vectus, ne obligato quidem vulnere, haud segnius desti-

<sup>f</sup> *Præcelsis saxis urbem cinxit.*

<sup>g</sup> *Ne lateres crudi pluvia exesi penitus collaberentur.*

\*\*\*\*\*

Voss. 2. et edd. multæ *regioni: quoque*; Mer. et Col. *regioni ubique*; Bong. 1. 2. et Lugd. ut in textu; Voss. 2. *regioni u: quo præerat*.—23 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Col. Ald. et Bas. XXXVIII. *millia*; Pith. XXX. et VIII. *millia*. Mer. omittit *qui ante præruptis*. Edd. omnes ante Freinsh. *rupibus*; codd. vero et edd. recentt. *ripis*.—24 Vulgg. ante Freinsh. *ab Occidente*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Mer. et edd. recentt. *ad Occidentem*. Voss. 2. *et a Meridie*, et paulo post: *qua desinunt... obducta est*. Pro *urbem*, quod habent omnes edd. et codd. plurimi, *urbis* ex Florent. edidit Schmieder.—25 Voss. 2. omittit *vinculum*. 'Haud dubie ex glossa est sunt.' Bothe. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Mer. *terram humore dilutam*.—26 Dan. et Pal. 1. *Non tamen*. Multæ edd. *interpositæ*. Freinsh. malebat: *simulque ne t. h. diluta tandem u. c. impositæ trabes*, &c. 'Forte pro *universa*, *ruina subversa*, vel *humis depressa*, vel *pluviis depressa*. Columell. xi. 3. p. 387.' Heims. Pith. et *muros tegebant*; Voss. 2. *muros et tegebat*.—27 Pal. 1. *monimenta*.—28 Mod. aliique *Cum forte*. Florent. Bong. 2. Voss. 1. *evolso*. Voss. 2. *nec*

#### NOTÆ

xii. cap. 7. 'Cleophidem' appellat. *quinque stadiorum murus urbem amplectitur.*  
<sup>a</sup> XXXV. stadia] Alias: triginta

nata exequabatur. 29. Ceterum cum crus saucium penderet, et cruore siccato frigescentis vulnus aggravaret dolorem, dixisse fertur: 'Se quidem Jovis filium dici, sed corporis ægri vitia sentire.' 30. Non tamen ante se recepit in castra, quam cuncta prospexit, et, quæ fieri vellet, edixit. Ergo, sicut imperatum erat, alii extra urbem tecta demoliebantur, ingentemque vim materiæ faciendo aggeri detrahebant; alii magnarum arborum stipites cumulis ac moles saxorum in cavernas dejiciebant. 31. Jamque agger æquaverat summæ fastigium terræ: itaque turres erigebantur: quæ opera ingenti militum ardore intra nonum diem absoluta sunt. Ad ea visenda rex nondum obducta vulnere cicatrice processit; laudatisque militibus 'admove-re machinas' jussit: e quibus ingens vis telorum in propugnatores effusa est. 32. Præcipue rudes talium operum terrebant mobiles turres, tantasque moles, nulla ope, quæ cerneretur, adductas, Deorum numine agi credebant.<sup>a</sup> 'pila quoque muralia et excussas tormentis prægraves hastas' negabant 'convenire mortalibus.'<sup>i</sup> 33. Itaque desperata urbis tutela concessere in arcem. Inde, quia nihil

<sup>a</sup> *Tam ingentes machinas, ad urbem admotas nullius opera qui ab ipsis videretur, putabant impelli divina potestate.*

<sup>i</sup> *Aiebant hominum vires superare.*

obligato.—29 Pal. 1. *penderat*. Bong. 1. omittit *dolorem*. Bong. 2. *Jovis quidem*.—30 Voss. 2. *Nec tamen*. Florent. Leid. Bong. 1. 2. Pal. Dan. Mod. et edd. plurimæ ante Freinsh. *cuncta perspexit*. Voss. 2. *sic pro sicut*. Leid. Voss. 2. Mer. Mod. et aliæ edd. ante Freinsh. *moliebantur*; Florent. et Voss. 1. *amoliebantur*; Bong. 1. 2. et Dan. *demoliebantur*. Voss. 2. et Pal. 1. *tumulis ac moles*. Voss. 2. in *cavernis*.—31 Florent. Voss. 1. Dan. Bong. et Mer. *turres erigebant*. Pith. omittit *ardore*. et paulo post: *vulnere obducta*.—32 Mer. *milites mobiles*. Florent. Voss. 1. Bong. Mod. Elz. al. *ope q. c. adjutas*; Leid. o. q. c. *adjutas*; sed emendatum in margine *auditas*; Ald. Pal. 1. Col. Frob. Bas. et Amst. o. p. c. *adductas*; Voss. 2. omittit *adductas*. Pith. *Deorum nomine*. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. omittunt *et* ante *excussas*.—33 Voss. 2. *conscendere in ar-*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Se quidem Jovis]* Alia Curtius, alia Plutarchus verba repræsentavit, ista nimirum: 'Hic, amici, qui fuit sanguis est humanus, non talis Diis ut solitus munare beatiss.' Versus est

Homeri Il. E. 340. de Venere cum esset a Diomede vulnerata; sed in contrarium sensum ab Alexandro adductus: Ἰχὰρ ὅλως πέρ τε βέτι μανδραγο-  
σι θεοῖσι.

obsessis præter deditionem<sup>a</sup> placebat, legati ad regem descenderunt veniam petitori. 34. Qua impetrata,<sup>v</sup> regina cum magno nobilium foeminarum grege, aureis pateris vina libantium, processit. 35. Ipsa, genibus regis parvo filio admoto, non veniam modo, sed etiam pristinae fortunae impetravit decus: quippe appellata 'regina' est; et credere quidam, 'plus formæ, quam miserationi datum.' 36. Puer quoque, certe postea ex ea utcumque genito, 'Alexandro' fuit nomen.

x1. 1. Hinc Polypercon, ad urbem Oram<sup>a</sup> cum exercitu missus, inconditos oppidanos prælio vicit: intra munita compulsos secutus urbem in ditionem redegit. 2. Multa ignobilia oppida, deserta a suis, venere in regis potestatem. Quorum incolæ armati petram 'Aornon'<sup>b</sup> nomine occupaverunt. Hanc 'ab Hercule'<sup>c</sup> frustra obses-

\*\*\*\*\*

*cem. Ideo quia, &c.*—34 Florent. Leid. et Voss. 1. *regina venit...processit*; Voss. 2. etiam *processit*, pro quo Pal. 1. *venit*. Freinsheimius mavult: *appellata est regina. Credidere quidam, &c.*—35 Pith. *filio admoto parvo*. Voss. 2. *recuperavit decus*. Florent. et Leid. *et credere quid amplius formæ*; Voss. 2. *et c. quid amplius fortunæ*; Mod. *et c. amplius formæ*; Amst. et Lugd. *et c. q. amplius, &c.* Bong. 1. et Voss. 2. *et c. q. plus fortunæ*.

1 *Hic Dan. Bong. 2. et Fauch. ad u. moram* Florent. et Leid. *ad u. Noram* Bong. 1. 2. Voss. 1. 2. Mod. Elz. et aliæ edd. *ad u. Oram* Ald. Colin. Gryph. et Frob. *Pro inconditos* Heinsius legit *incondito*, i. e. tumultuario. *intra mania* Voss. 2. *in deditionem* vulgg. ante Freinsh. *in ditionem* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Mod.—2 Pith. *in regis venere*. Dan. et Fauch. *Aorinim*; Florent. *Aorni*; Pith. et Voss. 2. *Aorim*; Bong. 1. *Aornim*; Bong. 2. *Aorno*.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Præter deditionem*] Vi captam tradit Arrianus urbem ipsam cum regis matre et filia.

<sup>v</sup> *Qua impetrata*] Sed perfidia postmodum usus mercenarios, qui Cleophridi militaverant, nihil tale cogitantes cecidit. Diod. Sic. lib. xvii. Nam de his esse mentionem eo loco verisimile est.

<sup>a</sup> *Urbem Oram*] 'Ora' plurali numero scripsit Arrianus, ut alia multa quæ vitiose apud Curtium in singularem mutata sunt scribarum, opinor, inscitia vel audacia.

<sup>b</sup> *Aornon*] Apud Dionys. Perieg.

vs. 1151. et in multis Curtii exemplaribus legitur quoque *Aornis*. Conflatum nomen ex a privante et *ovis*, avis: quod petra esset avibus inaccessa propter altitudinem, ut idem tradit Dionysius: cum alias id nominis quibusdam locis inditum sit ob pestilentem halitum qui aves fugaret aut supervolantes extingueret. Cujusmodi erat in Italia quem *Aeternum*, *Aoprov*, vocarunt.

<sup>c</sup> *Ab Hercule*] Idem referunt Strabo lib. xv. Arrianus lib. iv. et Eustathius ad Dionys. vs. 1151. terque repulsum esse. Sed Arrianus in Indi-

sam esse, terræque motu coactum absistere,' fama vulgaverat. 3. Inopem consilii Alexandrum, quia undique præceps et abrupta rupes erat, senior quidam peritus locorum cum duobus filiis adiit, ' si pretium operi<sup>d</sup> esset,' aditum se monstraturum esse' promittens. 4. 'LXXX. talenta' constituit 'daturum' Alexander; et altero ex juvenibus obside retento, ipsum ad exequenda, quæ obtulerat, dimisit. 5. Leviter armatis dux datus est Mullinus, scriba regis. Hos enim circumitu, qui fallerent hostem, in summum jugum placebat evadere.<sup>e</sup> 6. Petra non, ut pleræque, modicis ac mollibus clivis<sup>e</sup> in sublime fastigium crescit, sed in metæ<sup>e</sup> maxime modum erecta est: cujus ima spatiosiora sunt, altiora in arctius coeunt, summa in acutum cacumen exsurgunt. 7. Radices ejus Indus amnis subit, præaltus utrimque asperis ripis: ab altera parte voragines eluviesque præruptæ sunt. Nec alia expugnandi patebat via, quam ut replerentur. 8. Ad manum sylva erat, quam

<sup>d</sup> Si mercedem laboris acciperet.

<sup>e</sup> Volebat eos obliquo itinere ascendere in supremum petrae verticem, ut ne ab hoste conspicerentur.

<sup>e</sup> Parum arduo, et inclinato dorso.

rum; Mer. Bas. et Col. Dorinum; vulgg. edd. ante Freinsh. Aornum.—3 Voss. 2. omisso quia, habet undiqueque p. et arrupta; Elz. q. u. p. et arruta. Pith. et Fauch. operis esset; Voss. 1. ut operis esset; Frob. et Bong. 2. operæ essent; Amst. et Lugd. operæ esset; Florent. et Leid. obpesset; Voss. 2. omittit operi.—5 Mer. armatus. Voss. 2. Mullinus; Pith. nullinus. Voss. 2. et Pal. 1. in circumitu. Pal. qui vallarent; Freinsh. conj. quo fallerent.—6 Voss. 2. ut plerique; Pith. ut plerique putant, vel: ut pleræque alia sunt. Ald. ac mollicibus. Voss. 2. omittit in ante sublime, et mox in metæ, relicto spatio. Pith. ejecta est. Voss. 2. spatiosa; Pith. speciosiora. Pith. et Fauch. in altius; Bong. 1. 2. et Voss. 1. in arcus. Voss. 2. omittit, altiora in artius coeunt.—7 Pith. annis pro annis. Mod. Lugd. et Amst. præaltis. Pal. 1. utrumque. Mod. et asperis.—8 Bong. 2. omittit via. Voss. 2. ita distinguit: replerentur

#### NOTÆ

cis commentum hoc ait esse Macedonum sibi suoque regi blandientium.

<sup>d</sup> Operi [operæ] Alias operi et operis. LXXX. talenta] De talentis lib. III. cap. ult.

<sup>e</sup> In metæ] Meta moles erat ro-

tunda in acutum desinens, qualem hic describit Curtius; a 'metiendo' dicta, quod medium curriculi Circensis spatium quadrigarumque cursum metiretur. Fnerunt etiam quæ in Pyramidis triangulæ formam terminarentur.

rex 'ita cædi' jussit, 'ut nudi stipites jacerentur:' quippe rami fronde vestiti impedissent ferentes. Ipse primus truncam arborem jecit; clamorque exercitus, index alacritatis, secutus est, nullo detractante munus, quod rex occupasset.<sup>d</sup> 9. Intra septimum diem cavernas expleverant, cum rex sagittarios et Agrianos jubet per ardua niti; juvenesque promptissimos ex sua cohorte xxx. delegit. 10. Duces his dati sunt Charus et Alexander; quem rex 'nominis, quod sibi cum eo commune esset,' admonuit. Ac primo, quia tam manifestum periculum erat, ipsum regem discrimen subire non placuit: 11. sed ut signum tuba datum est, vir audaciæ promptæ conversus ad corporis custodes 'sequi se' jubet, primusque invadit in rupem. Nec deinde quisquam Macedonum substitit: relictisque stationibus sua sponte regem sequebantur. 12. Multorum<sup>e</sup> miserabilis fuit casus, quos ex prærupta rupe lapsos amnis præterfluens hausit, triste spectaculum etiam non periclitantibus: cum vero alieno exitio, quid ipsis timendum foret, admonerentur, in metum misericordia versa, non extinctos, sed semet ipsos deflebant. 13. Et jam eo perventum erat, unde sine pernecie nisi victores redire non possent, ingentia saxa in subeuntes provolventibus barbaris, qui perculsi<sup>f</sup> instabili et lubrico gradu præcipites recide-

<sup>d</sup> Quod rex primus omnium impleverat.

<sup>e</sup> Per montis dorsum ascendere.



ad manum: silva. Dan. Voss. 1. Florent. Leid. Bong. 1. 2. et Mer. se index alacritatis; Pith. alacritatis index. Bong. 1. 2. subsequutus est. Pal. 1. et Mer. detractante. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Pith. occupavisset.—9 Voss. 2. tum rex s. et Agrarios. Elz. et alii juvenesque fortissimos. Dan. dilegit; Pal. 1. elegit; Mod. legit.—10 Voss. 2. esset cum eo, omisso commune; Pith. commune cum eo esset.—11 Voss. 2. datum est tuba. Fauch. eradit in rupem. Pith. regem sua sponte.—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. et Dan. omittunt miserabilis. Pal. 1. fuit caussa. Voss. 1. triste exspectaculum. Voss. 2. cum vero nec; Leid. omittit vero. Voss. 1. alieno exitio. Voss. 2. in m. miseria versa.—13 Pith. eo. Et jam. Voss. 2. non victores; Ald. nisi authores... provolventibus. Voss. 2. qui perculsi; Freinsh. malit: quis perculsi, pro

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Multorum] Non absimilis in re simili descriptio se obtulit supra lib. vii. cap. 11.

<sup>g</sup> Qui [queis] perculsi] Allas, qui perculsi, Macedones nimirum illi.

bant. 14. Evaserant tamen Alexander et Charus, quos cum xxx. delectis præmiserat rex, et jam pugnare cominus cœperant; sed cum superne tela barbari ingererent, sæpius ipsi feriebantur, quam vulnerabant. 15. Ergo Alexander, et nominis sui et promissi memor, dum acrius, quam cautius dimicat, confossus undique obruitur. 16. Quem ut Charus jacentem conspexit, ruere in hostem omnium præter ultionem immemor cœpit, multosque hasta, quosdam gladio interemit. 17. Sed cum tot unum incesserent manus, super amici corpus procubuit exanimis. Hand secus, quam par erat, promtissimorum juvenum ceterorumque militum interitu commotus rex signum receptui dedit. 18. Saluti fuit, quod sensim et intrepidi se receperunt; et barbari, hostem depulisse contenti, non institere cedentibus. 19. Ceterum Alexander cum statuisset desistere incepto, (quippe nulla spes potiundæ petræ offerebatur) tamen speciem ostendit in obsidione perseverantis. Nam 'et itinera obsideri' jussit, 'et turres admo- veri, et fatigatis alios succedere.' 20. Cujus pertinacia cognita, Indi per biduum quidem ac duas noctes, cum ostentatione non fiduciæ modo, sed etiam victoriæ, epulati sunt, tympana suo more pulsantes: 21. tertia vero nocte tympanorum quidem strepitus desierat audiri: ceterum ex tota petra faces refulgebant, quas accenderant barbari, ut tutior esset ipsis fuga, obscura nocte per invia saxa cursuris. 22. Rex, Balacro, qui specularetur, præmisso, cognoscit, 'petram fuga Indorum esse desertam:' tum dato signo, ut universi conclamarent, incomposite fugientibus

† Persecuti non sunt eos qui se recipiebant.

\*\*\*\*\*

quibus. Voss. 1. et l. gradum.—14 Mer. ipsi feriebant. Pith. vulnerant; Pal. 1. et Mer. vulnerabantur.—15 Voss. 2. omittit et ante nominis.—16 Edd. vulgg. ante Freinsh. respexit; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et Mer. conspexit. Voss. 1. et Bong. 2. procubuit exanimis; Bong. 1. p. exanimis, et suprascr. e.—17 Pal. 1. omittit que post ceterorum. Pith. commotus interitu.—18 Voss. 2. omittit et ante intrepidi. Bong. 1. depulisse. Pal. 1. non i. recedentibus; Ald. non i. cadentibus.—19 Pal. 1. tantum specimen. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. obsidionem.—20 Pal. 1. per biduum quidam.—22 Voss. 2. Balatro.—



metum incussit: 23. multique, tanquam adesset hostis, per lubrica saxa perque invias cotes præcipitati occiderunt: plures, aliqua membrorum parte mulctati, ab integeris deserti sunt.<sup>f</sup> 24. Rex, locorum magis quam hostium victor, tamen magnæ victoriæ sacrificiis et cultu Diis satisfecit.<sup>g</sup> Aræ in petra locatæ sunt Minervæ<sup>h</sup> Victoriæque. 25. Ducibus itineris, quos subire<sup>i</sup> jusserat leviter armatos, etsi promissis minora præstiterant, pretium cum fide redditum est. Petræ regionisque ei adjunctæ Sisocosto<sup>j</sup> tutela permissa.

XII. 1. Inde processit Ecbolima:<sup>k</sup> et cum 'angustias itineris obsideri xx. millibus armatorum ab Eryce quodam' comperisset; gravius agmen exercitus Cæno ducendum modicis itineribus tradidit. 2. Ipse prægressus cum funditore<sup>b</sup> ac sagittario, deturbatis, qui obsederant saltum,

<sup>f</sup> Ab iis qui illasi erant relictis sunt.

<sup>g</sup> Quasi pro ingenti victoria Diis victimas et honorem rependit.

<sup>h</sup> Ascendere in petram.

23 Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. mutilati; Bong. 1. multati; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. mulcati.—24 Voss. tam magnæ; Anst. et Lugd. tamen magnis. Pith. cultui Diis; Florent. Leid. Voss. 2. et Mod. cultu Deum; Voss. 2. Pal. 1. Ald. Elz. et al. ut in textu. Florent. Leid. Voss. 1. Mod. et Mer. fecit pro satisfecit. Voss. 2. Victoriæ, omisso quæ.—25 Pith. omittit est post redditum. Ald. Sisicolto; Pith. Siso cocto; Bong. 1. Siso coste.

1 Ald. Embolima; Bong. 2. Coblina; Pal. 1. Et colima; Mer. et Col. Ecbolima; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. Ecbolima. Leid. et Voss. 1. XX. B. Voss. 2. XX. millia. Voss. 1. 2. ab Eryce. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. Pæno; Pal. 1. Pæni; Bas. Pæno; Mod. Cæno.—2 Voss. progressus; Florent. et Leid. p. fere funditores et sagittarios deturbat: is qui obsiderant; Voss. 1. Funditores ac sagittarios d. qui obs. Voss. 2. Funditores ac sagittarios perturbat: his qui obs. Dan. Pal. 1. Bas. et Col. funditores ac sagittarios deturbat. Iis qui obsiderant, et e suprascr. in Dan. ut sit obsiderent; Ald. funditores ac sag. deturbat: iis quæ obsederant; Pith. funditores, &c. his qui obsiderent, et suprascr. a, ut sit obsiderant; Bong. 2. funditores, &c. is qui obsederant; Mer. funditores, &c. is qui obsiderent.—

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Minervæ] Vide lib. III. cap. 7. Victoriæ] lib. IV. cap. 13. Ducibus] Seni cum altero e filiis.

<sup>i</sup> Sisocosto] Variant libri in hoc nomine: Arrianus 'Sisicoptum' appellat.

<sup>k</sup> Ecbolima [Embolima] Sic Ptolemæus quoque et Arrianus scripserunt,

cum vulgati codices hic habeant, Ecbolima; alii etiam corruptius. Ceterum ante Aornum petram expugnata facit Arrianus.

<sup>b</sup> Funditore] Pro 'funditoribus ac sagittariis:' ut sæpe 'miles' pro 'militibus,' &c.

sequentibus se copiis viam fecit. 3. Indi, sive odio ducis, sive gratiam victoris [regis] inituri, Erycem fugientem adorti interemerunt, caputque ejus atque arma ad Alexandrum detulerunt. Ille facto impunitatem dedit; honorem denegavit<sup>c</sup> exemplo. 4. Hinc ad flumen Indum<sup>d</sup> sextisdecumis castris pervenit, omniaque, ut præceperat, ad trajiciendum præparata ab Hephæstione reperit. Regnabat in ea regione Omphis,<sup>e</sup> qui patri quoque fuerat auctor dendi regnum Alexandro. 5. Et post mortem parentis legatos miserat,<sup>f</sup> qui consulerent eum, 'regnare si interim vellet; an privatum opperiri ejus adventum:' 6. permissoque ut regnaret, non tamen jus datum usurpare sustinuit. Is benigne quidem exceperat Hephæstionem, gratuitum frumentum copiis ejus admensus: non tamen ei occurrerat,<sup>g</sup> ne fidem ullius nisi regis experiretur. 7. Itaque venienti obviam cum armato exercitu egressus est; elephanti quoque, per modica intervalla militum agmini immixti,

~~~~~

3 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Inde*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omitunt *regis*. Voss. 2. *caput ejus*, omisso *que*, quod tamen exhibent ceteri codd. et edd. recentt. Theocr. *Hic facto*.—4 Dan. et Bong. *decumis*; Florent. Leid. et edd. deinceps a Freinsh. *sextisdecumis*. Fauch. in *eadem regione*.—5 Ald. *qui c. num regnare*; Bong. et Mer. *q. c. cum regnare*. Voss. 2. *opperiri cellet*. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. et Bas. *permissusque*; Bong. 2. et Voss. 1. *permissique*; Mer. et Col. *permissis-que*. Voss. 2. *usurparet*.—6 Voss. 2. omittit *admensus*. Pith. *occurrit ei*. Ald. *ni regis*.—7 Voss. 2. omittit *per ante modica*.—8 Pal. 1. et *ipse armatus*. Dan.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Honorem denegavit*] Nullo eos affecit præmio, ne scelesti exempli facinus probare videretur.

<sup>d</sup> *Ad flumen Indum*] Aut non poterat aut etiam noluerat illum ad petram Aornum trajicere, cum hæc tamen versus Indi fontes esset, Strabone teste lib. xv.

<sup>e</sup> *Omphis*] Diodorus, quem fere Curtius sequitur, *Mophim* vocat. *Patri*] Taxiles hic fuit Diodoro teste, aliis etiam 'Taxilus': quod regum illorum commune nomen sive cognomen fuit, ut ex Strabone constat lib. xv. et mox ex ipso Curtio.

<sup>f</sup> *Legatos miserat*] Ea ipsa legatio est quam Alexandro in Sogdianis agenti occurrisset scribit Diodorus: quo parum attente lecto Raderus ab ejus patre missam falso putavit.

<sup>g</sup> *Non occurrerat*] Hoc Curtius, ut opinor, de suo contra historiarum fidem. Ipse enim Omphis, ut ex Arriano facile colligitur, et ex iis quæ modo diximus, Hephæstioni ac Perdiccæ dux et comes itineris ad Indum fluvium datus ab Alexandro fuerat, ut communi ope quæ ad trajiciendum erant necessaria compararent. Arrian. lib. iv. Curt. supra, cap. 10.

procul castellorum fecerant speciem. 8. Ac primo Alexander non socium,<sup>b</sup> sed hostem adventare credebat. Jamque et ipse 'arma milites capere et equites discedere in cornua'<sup>a</sup> jusserat, paratos ad pugnam: at Indus, cognito Macedonum errore, jussis subsistere ceteris, ipse concitat equum, quo vehebatur: idem Alexander quoque fecit, sive hostis, sive amicus occurreret, vel sua virtute, vel illius fide tutus. 9. Coivere, quod ex utriusque vultu posset intelligi, amicis animis: ceterum sine interprete non poterat conseri sermo: itaque adhibito eo, barbarus 'occurrisse se' dixit 'cum exercitu, totas imperii vires protinus traditurum; nec expectasse, dum per nuntios daretur fides. 10. Corpus suum et regnum permittere illi, quem sciret gloriæ militantem, nihil magis quam famam timere perfidiæ.' Lætus simplicitate<sup>i</sup> barbari rex, et dextram fidei suæ pignus dedit, et regnum restituit. 11. LVI. elephantum<sup>j</sup> erant, quos tradidit Alexandro multaque pecora eximiæ magnitudinis: tauros ad III. millia, pretiosum in ea regione acceptumque animis regnantium armentum. 12. Quærenti Alexandro 'plures agriculatores habe-

\* *Utrunque abire ad phalangis cornua.*

Bong. et Pal. 1. omittunt *capere*. Pal. 1. omittit *et equites*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Col. et Bas. *descendere in cornua*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *paratus*; Mer. *paratas*. Voss. 2. *jussis ab-sistere*. Pal. 1. omittit *virtute vel illius*.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *Coiret*. In quibusdam codd. *non poterat censi*. Pal. 1. *exhibito eo*. Voss. 2. *et barbarus*. Florent. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *totas imperium res*; Leid. et Pith. *totas imperii res*; Voss. 2. *se totas imperii vires*; Fauch. *totas imperii illi res*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *nec spectasse*. Voss. 2. *donec daretur per nuntios*.—10 Voss. 2. omittit *suæ post fidei*. Bong. 1. *et r. destituit*.—11 Voss. 2. *ad millia*, omisso III.—12 Pith. *militum manu*.—13 Voss. 2. *Abiassares*; Ald. Colin. Gryph.

#### NOTE

<sup>b</sup> *Non socium*] Suspensus ex bellico apparatu et instructa acie aliquam barbari mutationem ex quo illum a se dimiserat.

*Simplicitate*] Ingenua sinceritate animique candore: hic enim 'simplicitas' in bonam partem sumitur.

<sup>j</sup> *LVI. elephantum*] Triginta ponit Arrianus lib. v. cum antea xxv. promissos a Taxile sociisque scripsisset lib. iv. Forte hos triginta solus ipse Taxiles, ceteri reliquos suppeditare.

ret an milites; ' cum duobus regibus bellanti sibi majore militum, quam agrestium manu opus esse ' respondit. 13. Abisares et Porus erant; sed in Poro eminebat auctoritas: uterque ultra Hydaspen<sup>k</sup> amnem regnabat; et belli fortunam, quisquis arma inferret, experiri decreverat. 14. Omphis, permittente Alexandro, et regium insigne sumsit, et more gentis suæ nomen, quod patris<sup>l</sup> fuerat, 'Taxilen' appellavere populares, sequente nomine imperium in quemcumque transiret. 15. Ergo cum per triduum hospitaliter Alexandrum accepisset, quarto die, et 'quantum framenti copiis, quas Hephæstion duxerat, præbitum a se esset' ostendit, et aureas coronas ipsi amicisque omnibus, præter hæc signati<sup>m</sup> argenti LXXX. talenta dono dedit: 16. qua benignitate ejus Alexander miro lætus, et, quæ is dederat, remisit, et mille talenta ex præda, quam vehebat, adjecit, multaque convivalia ex auro et argento vasa, plurimum Persicæ vestis, xxx. equos ex suis, cum iisdem insignibus, quis assueverant, cum ipsum veherent. 17. Quæ liberalitas, sicut barbarum obstrinxerat, ita amicos

Frob. Mer. Bas. et Col. *Abiasares*. Florent. *ultraque Hydaspen*; Leid. et Voss. 1. *ultra Hydaspen*; Voss. 2. *ultra Yspaden*; Pith. u. *hispaden*; Fanch. u. *hispadem*.—14 Florent. *et regnum insigne*. Edd. vett. *Taxilem*; codd. omnes et edd. recentt. *Taxilen*. Voss. 2. et Pith. *in quoscumque*; ceteri codd. *in quemcumque*.—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Igitur cum*. Voss. 2. omittit *Alexandrum*. Pal. 1. *recepisset*; Pith. *suscepisset*; ceteri *accepisset*; Bong. 1. 2. *quarto postquam die*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Mer. et Col. *Ephestion*; Voss. 2. *Ephestio*; Ald. *Hephestion*, Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *duxit*. Voss. 2. *octuaginta talenta*.—16 Voss. 2. *eis pro ejus*. Pal. 1. *et centum talenta*. Mod. *multaque alia convivalia*. Vnlgg. edd. ante Freinsh. *queis*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *quis*. Pal. 1. *consvecerant*.—17 Elz. aliæque quædam edd. ante Freinsh. *adstrinzerat*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Amst. *obstrinx-*

## NOTÆ

<sup>k</sup> *Hydaspen*] Inferius cap. 13.

<sup>l</sup> *Quod patris*] Non patris solum, sed regum omnium decessorum, sequente nomine imperium. Propterea suspicatur Freinshemius legendum *patris* non *patris*; urbi enim regis 'Taxila' nomen fuit. Sed quis dicat

Taxili ab urbe, an a rege 'Taxila' appellata sint? Adde quod Curtio, si *patris* scribere voluisset, scribendum fuit, quod *patris* erat, non, quod fuerat.

<sup>m</sup> *Signati*] Vide lib. III. cap. 13. *Talanta*] Ibidem.

ipsius<sup>a</sup> vehementer offendit. E quibus Meleager, super coenam largiore vino usus, 'gratulari se Alexandro' dixit, 'quod saltem in India reperisset dignum talentis mille.' 18. Rex, hand oblitus quam ægre tulisset, quod Clitum ob linguæ temeritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit, 'invidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta.'

XIII. 1. Postero die legati Abisaræ<sup>a</sup> adiere regem: 'omnia ditioni ejus,' ita ut mandatum erat, 'permittebant:' firmataque invicem fide remittuntur ad regem. 2. Porum quoque nominis sui fama ratus ad deditionem posse compelli, misit ad eum Cleocharen, qui denuntiaret ei, 'ut stipendium penderet, et in primo finium suorum aditu occurreret regi.' Porus 'alterum ex his facturum sese' respondit; 'ut intranti regnum suum præsto esset, sed armatus.' 3. Jam Hydaspem Alexander superare decreverat; cum Barzaëntes,<sup>b</sup> defectionis Arachosiis auctor, vinctus trigintaque elephantum simul capti perducuntur, opportunum adversus Indos auxilium: quippe plus in belluis, quam in ex-

erat. Mer. ita a. ipse. Voss. 1. vino usu. Voss. Alexandrum d. q. s. Indu.—18 Pith. esse quam tormenta ipsorum.

1 Ald. Colin. et Gryph. *Abisaris*; Voss. 2. *Abiasaræ*; Frob. Col. Mer. et Bas. *Abiasaræ*; Elz. *Abusaræ*. Ald. Colin. Gryph. *firmata i. fide.*—2 Voss. 2. *posse compellere*. Edd. vett. *Cleocharem*; codd. vero *Cleocharen*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Pith. *suorum finium.*—3 Voss. 1. et Bong. *Hydaspem*; Voss. 2. *Hydaspem*; Pith. *Hydaspem*. Vulgg. edd. *Barzentes*, pro quo Schmiedeknecht scripsit *Barzaëntes*, ut supra vi. 6. 36. Florent. et Leid. *Barzaëntis*; Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Barzentes*; Bong. 1. et Dan. *Bazentis*. De varietate scripturæ vide ad Arrian. iii. 21. 2. Florent. et Leid. *Aracosis*; Ald. et Mer. *Aracos*; Pith. et Fauch. *Arrhosis*. Voss. 2. *capiti producantur.*—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Amicos ipsius*] Alexandri. *Quam ægre tulisset*] Quantopere se ipsum pœnituisse. *Clitum*] Hujus libri cap. 1. 2.

<sup>b</sup> *Abisaræ*] Strabo 'Abisarum' appellat lib. xv. Diodorus 'Embisarum:' Arrianus nunc 'Ambisarum,' nunc 'Abiasarem,' nunc 'Abissarem.' Sed uterque victo demum Porum deditionem fecisse scribit, terri-

tum Alexandri minis.

<sup>b</sup> *Barzaëntes*] Aliis *Barzentes*, Arriano *Barzaëntes*; de quo lib. vi. cap. 6. *Arachosiis*] Lib. vii. cap. 2. *Auctor*] Quamvis absens, per literas videlicet, cum non abesset procul; vel per suæ factionis homines. Nisi forte prætergresso Alexandro illuc redierat.

ercitu, spei ac virium illis erat. 4. Gamaxusque rex exiguae partis Indorum, qui Barzaënti se conjunxerat, vinctus adductus est. 5. Igitur transfuga et regulo in custodiam,<sup>c</sup> elephantis autem Taxili traditis, ad amnem Hydaspem pervenit: in cujus ulteriore ripa Porus consederat, transitu prohibiturus hostem. 6. LXXXV. elephantos objecerat eximio corporum robore; utraque eos currus CCC. et peditum XXX. fere millia, in quis erant sagittarii, sicuti ante dictum est, gravioribus telis, quam ut apte excuti possent. 7. Ipsum vehebat elephanta super ceteras belluas eminens; armaque auro et argento distincta corpus<sup>d</sup> raræ magnitudinis honestabant: par animus robori corporis; et quanta inter rudes poterat esse sapientia. 8. Macedonas non conspectus hostium solum, sed etiam fluminis,<sup>e</sup> quod transeundum erat, magnitudo terrebat: quatuor in latitudinem stadia diffusum, profundo alveo<sup>f</sup> et nusquam vada apertiente, speciem vasti maris fecerat. 9. Nec pro spatio aquarum late stagnantium impetum coercerebat; sed quasi

4 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *Samarusque*. 'Malim, propter *κακοφωνίαν*, *Gamaxusque*, *exiguae partis Indorum rex*, qui, &c.' Bothe. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Barzaënti*.—5 Mod. in *custodiam dato*, quomodo et snpraser. Bong. 1. at Pal. 1. habet, in *custodiam traditur*. Pith. omittit *elephantis*. Voss. 1. *Porus considerat*.—6 Leid. Voss. 2. et Pith. *LXXX. et V. elephantos*. Pal. 1. *utraque eas*. Voss. 2. in *quibus*; vulgg. edd. ante Freinsh. in *queis*.—7 Voss. 2. *vehebat elites*, et mox *ceteras bestias*. Pith. *tanta magnitudinis*. Voss. 2. *par a. roboris*.—8 Edd. pleræque ante Freinsh. *de terrebat*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Frob. *terrebat*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *diffusus*. Florent. Leid. et Voss. 1. et *nusquam vada*.—9 Voss. 1. *sed quas in artum*. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et

## NOTÆ

\* In *custodiam*] Barzaëntes quidem postea jussu Alexandri occisis in pœnam prodiit ab eo Darii.

<sup>d</sup> *Corpus*] Pori regis.

\* *Fluminis*] Hydaspis, ut modo dictum est: cuius hic magnitudinem, profunditatem, celeritatemque describit Curtius. Quem non video quomodo Darius, suis ad Alexandrum literis, inter regni sui munimenta numeraret, lib. IV. cap. 5. cum sciamus

Persicum imperium ne ad Indum quidem pertinuisse. Sed hoc facile putaverim Curtii σφάλμα esse.

<sup>f</sup> *Profundo alveo*] Ita quidem eo tempore, cum solutis Cancasi nivibus omnes Indiæ fluvii Nili instar intumescunt; alioqui hyeme vado transiri potest. Hæc ex Arriano, cuius mentem de æstivo cardine interpret parum assecutus est. Vide Usserium anno Periodi Jul. 4387. c. d.

in arctum coëuntibus ripis, torrens et elisus ferebatur:<sup>a</sup> occultaque saxa inesse ostendebant pluribus locis undæ repercussæ. 10. Terribilior erat facies ripæ, quam equi virique compleverant. Stabant ingentes vastorum corporum moles, et de industria irritatæ<sup>b</sup> horrendo stridore auras fatigabant. 11. Hinc hostis, hinc amnes capacia quidem bonæ spei pectora, et sæpe se experta, improvise tamen pavore percusserant:<sup>c</sup> quippe instabiles rates nec dirigi ad ripam, nec tuto applicari posse credebant. 12. Erant in medio amne insulæ crebræ, in quas et Indi et Macedones nantes levatis super capita armis transibant. Ibi levia prælia conserebant; et uterque rex parvæ rei discrimine summæ experiebatur eventum.<sup>c</sup> 13. Ceterum in Macedonum exercitu temeritate atque audacia insignes fuere Symmachus et Nicanor, nobiles juvenes et perpetua partium<sup>b</sup> felicitate ad spernendum omne periculum accensi: 14. quis ducibus promptissimi juvenum lanceis modo armati transnavigare in insulam, quam frequens hostis tenebat;

<sup>a</sup> Nec celeritatem suam minuebat proportionem undarum late diffusarum; sed quasi ejus ripæ angusto intervallo distarent, rapidus et coarctatus decurrebat.

<sup>b</sup> Animos Macedonum, quamvis fiduciæ concipiendæ aptos, tamen repentino metu perculerant.

<sup>c</sup> Levium præliorum successu tentabant quæ futura esset ultimi fortuna.

Col. et torrens. Voss. 2. saxa inesse.—10 Voss. 2. ingensque v. c. moles. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mod. et Elz. aures fatigabant; Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Col. Amst. et Lugd. auras fatigabant; in Bong. auras, et supraser. e, ut sit aures.—11 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. Hinc amnis, hinc hostis. Pal. 1. pavore percussu erant. Mod. omittit credebant.—12 Bong. 1. omittit in ante quas et Indi. Pith. nantes pro nantes. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. conferebant. Voss. 2. experiebantur; Pal. 1. experiebat.—13 Mer. omittit in ante Macedonum. Leid. audacie. Florent. Simacha; Voss. 1. et Dan. Simachus; Voss. 2. Simacus; Bong. 1. 2. Simachi; Fauch. et edd. omnes Symmachus.—14 Voss. 2. armatis; Dan. Voss. 1. Florent. Leid. et edd. omnes armati. Pal. 1. transnavigare; edd. vulg. ante

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Irritatæ] Haud dubium quin subaudiri oporteat 'belluæ,' id est, elephantanti: cum tamen nulla prius belluarum fiat mentio. Aut hic ergo scriptum erat, irritatæ belluæ: ant paulo superius, equi virique et bel-

luæ compleverant: aut certe aliquid intercidit. Stridore] Elephantorum stridor 'barritus' proprie dicitur.

<sup>b</sup> Partium] Macedonicarum, sive Alexandri.

multosque Indorum, nulla re magis, quam audacia armati, interemerunt. 15. Abire cum gloria poterant, si unquam temeritas felix inveniret modum;<sup>d</sup> sed dum supervenientes contemtim et superbe quoque expectant, circumventi ab iis, qui occulti enataverant, eminus obruti telis sunt. 16. Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt, aut vorticibus impliciti: eaque pugna multum fiduciam Pori erexit, cuncta cernentis e ripa. 17. Alexander inops consilii tandem ad fallendum hostem talem dolum intendit.<sup>e</sup> Erat insula in flumine amplior ceteris, sylvestris eadem et tegendis insidiis apta: fossa quoque præalta haud procul ripa, quam tenebat ipse, non pedites modo, sed etiam cum equis viros poterat abscondere. 18. Igitur ut a custodia hujus opportunitatis oculos hostium averteret; Ptolemæum 'cum omnibus turmis obequitare' jussit 'procul ab insula, et subinde Indos clamore terrere, quasi flumen transnaturus foret.' 19. Per complures dies Ptolemæus id fecit; eoque consilio Porum quoque agmen suum ei parti, quam se petere simulabat, coëgit advertere.<sup>f</sup> 20. Jam extra conspectum hostis insula erat: Alexander 'in diversa parte ripæ statui suum tabernaculum' jussit, 'assuetamque comitari

<sup>d</sup> Moderationem admitteret.<sup>f</sup> Admovere.<sup>e</sup> Hoc strategema excogitavit.

Freinsh. *tranavere*. Florent. et Voss. 2. omittunt *nulla*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *melius pro magis*.—15 Voss. 2. *si nunquam*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *temeritas infelix*. Ald. *contempti*. Pith. et quoque *superbe*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et pleræque edd. ante Freinsh. *his, qui*. Fauch. *occulte*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *enaverant*.—16 Voss. 2. omittit, *Qui, &c.* usque ad *aut vorticibus*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. et Col. *vorticibus*. Pith. *appliciti*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Pori fiduciam*.—17 Elz. et al. *haud procul a ripa*. Voss. 2. *non in pedites*.—18 Bong. 2. et Voss. 1. *Igitur haud custodia*; edd. vulgg. ante Freinsh. *Ut igitur a cust.* Voss. 2. omittit *hujus*. Voss. 1. et Bong. *opportunitas*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Ptolomeum*; Voss. 2. *Ptholomeum*, et sic semper. Florent. Leid. Pal. 1. et Bong. 1. 2. omittunt *cum*. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *procul insula*; Pith. et Fauch. *in insula*; Florent. *procul in salo insula*; Dan. etiam in marg. ascr. habet, *in salo*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *procul ab insula*. Voss. 2. *clamare terrore*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *transnaturus*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii et edd. recentt. *transnaturus*. Voss. 2. *erat pro foret*.—19 Vulgg. edd. ante Freinsh. *Porum agmenque*; codd. vero et edd. recentt. *P. quoque agmen*. Florent. coëgit *vertere*; Bong. 1. coëgit *avertire*.—20 Mod.



ipsum cohortem ante id tabernaculum stare, et omnem apparatus regiae magnificentiae, hostium oculis de industria ostendi.' 21. Attalum, et æqualem sibi, et haud disparem habitu oris et corporis, utique cum procul<sup>i</sup> viseretur, veste regia exornat, præbiturum<sup>j</sup> speciem ipsum regem illi ripæ præsidere, nec agitare de transitu. 22. Hujus consilii effectum primo morata tempestas est, mox adjuvit: incommoda quoque ad bonos eventus vertente fortuna. 23. Trajicere<sup>k</sup> amnem cum ceteris copiis in regionem insulæ, de qua ante dictum est, parabat, averso hoste in eos, qui cum Ptolemæo inferiorem obsederant ripam: cum procella imbrem, vix sub tectis tolerabilem, effudit: obrutique milites nimbo in terram refugerunt, navigiis ratibusque desertis: 24. sed tumultuantium fremitus, obstrepentibus ventis, ab hoste non poterat audiri. Deinde momento temporis repressus est imber, ceterum adeo spissæ intendere se nubes, ut conderent lucem, vixque colloquentium inter ipsos facies noscitur. 25. Terruisset alium obducta nox cœlo, cum ignoto amne navigandum esset, forsitan hoste eam ipsam ripam, quam cæci atque improvidi et ex periculo gloriam accersentes

<sup>k</sup> *Admovere.*

ante tabernaculum, omisso id. Voss. 2. Elz. et al. *ostendit.*—21 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Elz. *etiam æqualem*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. et *æqualem.*—22 Voss. 2. *tempestas morata est.* Mer. *eadem incommoda quoque.*—23 Florent. Leid. et Voss. 1. *Trajicere amnem.* Voss. 2. et Pal. 1. *adverso hoste.* Bong. 1. *procella ingens*, et superscr. *imbrem*; Mod. *procella ingens imbrem.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *effundit*; Pith. *infundit.* Pith. *in terra refugerunt.* Pith. *ratibus desertis.* Edd. omnes ante Schmieder. *obstrepentibus ripis*; et sic etiam multi codd. sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. aliusque unus cum Mod. *obstrepentibus ventis.*—24 Voss. 2. *spissæ incessit se nubes.* Bong. 1. *omittit que post vix.* Pith. *omittit facies.* Voss. 2. *noscitur.*—25 Voss. 2. *hoste tamen ipsam.* Bong. 1. *supra ripam scriptum habet*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Cum procul*] Mirum vero si qua similitudo inter utrumque oris et corporis notari ab iis poterat, qui quatuor stadiis, hoc est quingentis passibus aberant; quam fluvii latitudinem esse supra dixerat.

<sup>j</sup> *Præbiturum*] Ut Attalus sic ornatu stipatusque pro rege ab Indis procul aspicientibus haberetur, qui ripæ præsidens nihil de transitu cogitaret.

petebant, occupante : 26. obscuritatem, quæ ceteros terrebat, suam occasionem ratus,<sup>a</sup> dato signo, ut omnes silentio ascenderent in rates, 'eam, qua ipse vehebatur, primam' jussit 'expelli.' 27. Vacua erat ab hostibus ripa, quæ petebatur; quippe adhuc Porus Ptolemæum tantum intuebatur: una ergo navi, quam petræ fluctus illiserat, hærente, ceteræ evadunt; 'armaque capere milites et ire in ordines' jussit.

XIV. 1. Jamque agmen in cornua divisum ipse ducebat: cum Poro nuntiatur, 'armis virisque ripam obtineri, et rerum adesse discrimen.' Ac primo, humani ingenii vitio spei suæ indulgens, Abisaren belli socium (et ita convenerat<sup>a</sup>) adventare credebat. 2. Mox liquidiore luce aperiente hostem, c. quadrigas, et III. millia equitum venienti agmini Porus objecit. Dux erat copiarum, quas præmisit, Hages, frater<sup>b</sup> ipsius: summa virium in curribus: 3. senos viros<sup>c</sup> singuli vehebant, duos clypeatos, duos sagittarios ab utroque latere dispositos; ceteri aurigæ erant, haud sane iner-

<sup>a</sup> *Arbitratus caliginem illam opportunam sibi esse.*

tenente. Pith. accernierent occupante obscuritatem.—26 Florent. Leid. *quæ te ceteros*. Pith. *occasionem suam*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *in ratem*.—27 Mer. *quippe adhuc*. Leid. *erente pro hærente*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *in ordinem*; codd. vero et edd. recentt. *in ordines*. 'Haud male Scheffer. scribendum esse conjicit: *et ire in ordines jussi*.' Bothe.

1 Pal. 1. *nuntiatum*. Voss. 2. omittit: *ripam obtineri*. Florent. *adesse crimen*. Voss. 2. *At primo*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Abissaren*; Bong. 2. *abisaren*; Frob. Mer. Bas. et Col. *Abissarem*.—2 Pal. 1. *aperientem*. Florent. et Leid. *hostem hostium*; Bong. 1. *hostium*, punctis subjectis notata voce. Voss. 2. *centum tum*. Florent. Leid. Voss. 2. Bong. et Mod. omittunt *Porus*.—3 Florent. *dispositis*; Voss. 2. *dispositis*. Leid. Pith. et Voss. 1. 2. *aurigæ*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Ita convenerat*] Et reipsa parabat auxilium Abisares; quæ causa fuit Alexandro ut bellum cum solo Poro transigere properaret prius quam ille copias junxisset. Ita Diodorus.

<sup>b</sup> *Hages frater*] Missum a Poro non fratrem, sed filium qui currus duceret, auctor est Arrianus ex Ptolemæo: a quo non parum diversa narrat apud

eundem Aristobolus. Currus solum sexaginta fuisse etsi refellere conatur Arrianus, tamen ex ipsius Alexandri Epistolis acceptum Plutarchus refert.

<sup>c</sup> *Senos viros*] Binos tantum cum uno auriga tribuit Strabo; nec plures Ælianus Hist. Anim. lib. XIII.

mes: quippe jacula complura, ubi cominus præliandum erat, omissis habenis in hostem ingerebant. 4. Ceterum vix ullus usus hujus auxilii eo die fuit: namque, ut supra dictum est, imber, violentius quam alias fusus, campos lubricos et inequitabiles fecerat: gravesque et propemodum immobiles currus illuvie ac voraginibus hærebant. 5. Contra Alexander expedito ac levi agmine strenue invectus est.<sup>a</sup> Scythæ<sup>d</sup> et Dahæ primi omnium invasere Indos: Perdiccan deinde cum equitibus in dextrum cornu hostium emisit. 6. Jam undique pugna se moverat,<sup>b</sup> cum ii, qui currus agebant, illud ultimum auxilium suorum rati, effusis habenis, in medium discrimen ruere cœperunt. 7. Anceps id malum utrisque erat: <sup>c</sup> nam et Macedonum pedites primo impetu obterebantur, et per lubrica atque invia immissi currus excutiebant eos, a quibus regebantur: 8. aliorum turbati equi non in voragines modo lacunasque, sed etiam in amnem præcipitavere curricula.<sup>e</sup> 9. Pauci tamen hostium tenus<sup>f</sup> exacti<sup>d</sup> penetravere ad Porum acerrime pugnam

<sup>a</sup> Cum expeditis agilibusque coptis celeriter pugnam iniit.

<sup>b</sup> Prælium inchoatum erat.

<sup>c</sup> Erat id utrisque ex æquo incommodum.

<sup>d</sup> Currum qui ad Macedones usque impulsus fuerunt.

erant ceteri. Voss. 1. inhermes. Pal. 1. jacula quam plura. Voss. 2. in hostem gerebant.—4 Voss. 2. fuit, imber violentior quam usus, omisso alias. Col. inequitabiles. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. ac voraginibus; Pal. 1. voraminibus; Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. et voragine.—5 Voss. 2. Dachæ; Mer. Bas. et Col. Daçæ. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. in dextrum cornum.—6 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. quum hi qui; Voss. 2. omittit hi, sed addit mox hi illud. Voss. 2. auxiliorum.—7 Pro invia Heinisius conj. invisa, vel devia.—8 Voss. 2. omittit que post lacunas, et mox habet præcipitavérant.—9 Pro tamen, quod abiecit Tellierius, tenus exhibent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Amst. et Leid. tamen tenus Pith. exhausti pro exacti Voss. 1. ‘Depravata hæc. Scribendum censeo: Pauci tamen hostium interius exacti, &c. Hæc scriptura quam sit similis codicum, sciunt, qui

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Scythæ] Lib. VII. cap. 7. Dahæ] Supra, cap. 1.

<sup>e</sup> Curricula] A ‘curru’ fit ‘curriculum,’ quod est brevissimum vehiculi genus, cursui aptissimum. Ex quo factum quoque videtur ut ‘curriculum’ pro *cursu* etiam accipiat.

<sup>f</sup> Pauci tamen hostium tenus] Vocem *tamen*, quam nonnullæ inseruerant editiones, sustulimus, plures secuti; et quia veram hujus loci sententiam turbare videbatur, quam interpretando expressimus. Nempe sic intellige: Hagem illum, quisquis fuit, ita dis-

cientem.<sup>s</sup> Is, ut dissipatos tota acie currus vagari sine rectoribus vidit, proximis amicorum distribuit elephantos. 10. Post eos<sup>b</sup> posnerat pedites ac sagittarios et tympana pulsare solitos: id pro cantu tubarum Indis erat: nec strepitu eorum movebantur, olim ad notum sonum auribus mitigatis.<sup>c</sup> 11. Herculis simulacrum agmini peditum præferebatur: id maximum erat bellantibus incitamentum, et deseruisse gestantes militare flagitium habebatur.<sup>d</sup> 12. Capitis etiam sanxerant penam iis, qui ex acie non retulissent; metu, quem ex illo hoste quondam<sup>i</sup> conceperant, etiam in religionem venerationemque converso. Macedonas non

<sup>s</sup> Jamdiu cicuratis ad assuetum tympanorum strepitum auribus elephantorum.

<sup>f</sup> Crimen erat in militia leges si quis reliquisset eos a quibus ferebatur.



hos versarunt. Minus probabile alterius.<sup>e</sup> Bothe. Vid. Not. Var. Voss. 2. elephantos.—10 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. peditum pro pedites. Edd. omnes ante Schmieder. et Both. omittunt et ante tympana, quod habetur in Voss. 2. Bodl. et Theocr.—11 Pal. 1. Hercules. Voss. 2. et d. gestantem.—12 Elz. et edd. vulgg. ante Freinsh. enim pro etiam, quod servant Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. et Lugd. ejus vero loco Voss. 2. esse. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. et Bong. his qui pro iis. Pith. omittit quondam; Bong. 1. habet: condam ceperant; Pal. 1. non ceperant. Omnes

#### NOTÆ

positum agmen habuisse, ut inter ipsum et Pori exercitum, Macedones sese interjecerint: quod in subitaneo et pæne nocturno copiarum motu contingere potuit; maxime propter currus quibus directo agendis non facile apta planities occurrit. Cum ergo in pugnam concitati essent, eorum plurimi hac illac dissipati: pauci per mediam hostium aciem impulsu ad Porum usque evasere; Macedonibus, ut alias lib. iv. cap. 15. de industria utrumque discedentibus, ut innoxii transirent. Hæc si cni non placent, videat quo tandem modo currus ad Porum penetrare aliter poterint.

<sup>s</sup> Pugnam cientem] Atqui nondum aciem penitus instruxerat, nondum ad manus ventum erat, ut sequentia planum faciunt. Ergo 'pugnam ciere'

nihil aliud hoc quidem loco esse potest, quam ad pugnam acriter parare se, aut properare.

<sup>b</sup> Post eos] In hoc concordat Arrianus: in reliquis paulo diversam hujus aciei dispositionem describit; talium rerum multo peritior, ut alias monuimus, quam Curtius.

<sup>i</sup> Hoste quondam] Nota fabula de Herculis Thebani expeditione in Indiam; Græcis ad suum illum referentibus quicquid usquam a quopiam heroum præclare gestum acceperant. Nec immerito censet Freinshemius figmenta Lusitani cujusdam esse quæ refert Osorius tanquam ex Indis audita, de templo monumentisque Græcorum militum, quos niebant genio prælio cecidisse, in quo Herculem Indorum quidam rex fudisset.

belluarum modo, sed etiam ipsius regis aspectus parumper inhibuit. 13. Belluæ dispositæ inter armatos<sup>j</sup> speciem turrium procul fecerant: ipse Porus humanæ magnitudinis propemodum excesserat<sup>k</sup> formam. Magnitudini<sup>l</sup> Pori adjicere videbatur bellua, qua vebatur, tantum inter ceteras eminens, quanto aliis ipse præstabat. 14. Itaque Alexander, contemplatus et regem et agmen Indorum, 'tandem,' inquit, 'par animo meo periculum video: cum bestiis simul et cum egregiis viris res est.' 15. Intuensque Coenon, 'Cum ego,' inquit, 'Ptolemæo Perdiccaque<sup>m</sup> et Hephæstione comitatus in lævum hostium cornu impetum fecero, viderisque me in medio ardore certaminis; ipse dextrum<sup>n</sup> move, et turbatis

codd. cum edd. Freinsh. et Snak. *belluarum*. Pal. 1. *parum inhibuit*; Voss. 2. *parum prohibuit*.—13 Omnes codd. et edd. Freinsh. et Snak. hic etiam *Bellua*. Voss. 2. *turrium speciem*. Mod. et plurimæ edd. ante Freinsh. omittunt *Pori*, quod tamen habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. et Gryph. 'Freinshemius locum sic interpungi mavult: *Ipse Porus humanæ magnitudinis prope modum excesserat*. *Formam* (h. e. decorum, speciem) *magnitudini Pori adjicere videbatur bellua*, &c. bene quidem; sed vulgatam quoque fero. Plutarchus τὸν Πῶρον μὴδὲν ἀποδεῖν πρὸς τὸν ἐλέφαντα συμμετρῶς scripsit.' Schmieder. Mod. et edd. pleræque ante Freinsh. *quantum pro quanto*, quod exhibent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong.—14 *Ita Alexander c. est regem* Voss. 2. *tantundem, inquit* Pal. 1. *rex est* Mer. &c non habetur in Voss. 2.—15 Edd. vulgg. ante Freinsh. *Canum*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. ceteri, cum Mer. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Lugd. et Amst. *Canon*. 'Si editores pro *in lævum cornu* ex Arrian. v. 16. 5. legere volunt, *in dextrum cornu*, Arriani locum non intellexerunt. Capias sic: Κοῖνον δὲ πρῶτον ἐν τῷ δεξιῷ, sc. τῶν Μακεδόνων.' Schmieder. Vid. Not. Var. Voss. 2. vi-

## NOTE

<sup>j</sup> *Inter armatos*] Ita quoque Diodorus: sed hoc Arrianus negat, et in altero post ordine collocatos ait: ipse quoque Curtius paulo ante scripserat, 'post eos posuerat pedites,' &c.

<sup>k</sup> *Excesserat*] Altum quinque cubitos facit Arrianus; hoc est, pedes septem ac dimidium. Ceterum cum vulgo legerent; *propemodum excesserat formam*; emendarent alii; *normam*; doctioribus assensi sumus, utrumque glossema esse, eoque reiecto, voces temere conjunctas, *prope modum*, divisimus.

<sup>l</sup> *Magnitudini*] Addunt aliqui, *Pori*: quod item glossema putem: legunt alii *magnitudinem*; quod magis probaverim.

<sup>m</sup> *Perdiccaque*] Antea capitis initio *Perdiccam* in dextrum hostium cornu miserat: sed in priore nimirum adversus Hagem prælio; quod Glareanum fefellit.

<sup>n</sup> *Ipse [in] dextrum*] Probavit Freinshemius, *ipse dextrum move*. Sed cujus *dextrum cornu*? Macedonum? At ipse ducebat Alexander. Hostium? at quis hoc dixerit, 'movere' pro 'invadere?' At enim paulo post

signa infer. Tu Antigones, et tu Leonnate,<sup>o</sup> et Tauros, invehimini in mediam<sup>p</sup> aciem, et urgebitis frontem. 16. Hastæ nostræ prælongæ et validæ non alias magis quam adversus belluas rectoresque earum usui esse poterunt; deturbate eos, qui vehuntur, et ipsas confundite. Anceps<sup>q</sup> genus auxilii est, et in suos acrius furit. In hostem enim imperio, in suos pavore agitur.' 17. Hæc elocutus concitat equum primus. Jamque, ut destinatum erat, invaserat ordines hostium; cum Cœnus ingenti vi in lævum cornu invehitur: 18. phalanx quoque in mediam Indorum aciem uno impetu<sup>r</sup> prorupit. At Porus, qua equitem invehi senserat, 'belluas agi' jussit: sed tardum et pæne immobile animal equorum velocitatem æquare non poterat. Ne sagittarum quidem ul-  
lus erat barbaris usus. 19. Quippe longæ et prægraves, nisi

deritisque, et mox omittit me in. Florent. *invehimini in mediam aciem eo urgebitis*; Pal. 1. *non invehimini in m. a. sed urg.* Mod. Elz. et vulgg. *inv. non in m. a. sed urgebitis.* Heinsius conj. *invehemini*, quod recepit Bothe. *invehimini in mediam aciem, et, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Mer. Col. Bas. et Frob.—16 Pith. et Pal. 1. *usui esse potuerunt.*—17 Raderus legit: *in dextrum cornu.* Vid. Not. Var. Leid. Voss. 1. et Bong. omittit in ante mediam. Florent. Bong. et Mer. *perrumpit*; Leid. et Voss. 1. *perrupit.* Heinsius conj. in s. a. *furit quam in hostem: in eum imperio, &c.*—18 Edd. vulgg. ante Freinsh. *nec sagittarum*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et edd. recentt. *ne sagittarum.*—19 Florent. Leid. et Voss. 1. *quippe longe*; edd. vulgg. ante Freinsh. q. *longas*; Voss. 2. omittit *longæ.* Edd. omnes ante Schmieder.

## NOTÆ

'Cœnus ingenti vi in lævum cornu invehitur' Hoc quidem æque Freinshemio solvendum est: ac sive legas, *dextrum move*, sive in *dextrum*; errorem alterum de lævo cornu non emendat.

<sup>o</sup> *Leonnate*] Hoc Arrianus omisso Seleucum nominat, quem certum est phalangis fuisse ducem.

<sup>p</sup> *In mediam*] Emendatum volebat Modius: *non in mediam aciem, sed urg. frontem*: ratus scilicet aliud *mediam aciem*, aliud *frontem* hic dici; quod contra est. Nam ut in animalis capite media frons est inter duo cornua, sic in exercitu instructo acies et *media* et *frons* dicitur, quæ inter

utrumque cornu porrigitur; *la bataille.* Atque hoc ipsa ratio poscebat, ut cum Alexander in lævum cornu, Cœnus in dextrum cum equitatu inveheretur, phalanx peditum in Pori pedites invaderet.

<sup>q</sup> *Anceps*] Periculosum, quia tam in eos qui utuntur, quam in hostes irritari possunt. *Imperio*] Minor autem 'imperii' vis est ad movendas belluas quam *pavoris*; quod hæc naturalis, illa coacta sit.

<sup>r</sup> *Uno impetu*] Tota quidem uno impetu invecta est, sed non eodem atque equitatus; fuis enim a Macedone Indorum equitibus, phalanx demum irrumpit, ex Arriano.

prius in terra statuerent arcum, haud satis apte et commode imponuntur. Tum humo lubrica, et ob id impediēte conatum, molientes ictus 'celeritate hostium occupabantur. 20. Ergo spreto regis imperio, (quod fere fit, ubi turbatis acrius metus quam dux imperare coepit,) totidem erant imperatores, quot agmina errabant: 21. alius 'jungere aciem,' alius 'dividere;' 'stare' quidam, et nonnulli 'circumvehi terga hostium' jubebant: nihil in medium consulebatur.<sup>a</sup> 22. Porus tamen cum paucis, quibus metu potior fuerat pudor, colligere dispersos, obviu hosti ire pergit, 'elephantosque ante agmen suorum agi' jubet. 23. Magnum belluæ injecere terrorem; insolitusque stridor non equos modo, tam pavidum ad omnia animal, sed viros quoque ordinesque turbaverat. 24. Jam fugæ circumspiciebant locum paulo ante victores; cum Alexander Agrianos et Thracas<sup>b</sup> leviter armatos, meliorem concursatione quam cominus militem,<sup>c</sup> emisit in belluas. 25. Ingentem hi vim telorum injecere et elephantis, et regentibus eos: phalanx quoque instare constanter territis coepit. 26. Sed quidam avidius perse-

<sup>c</sup> *Dum sagittas in hostem destinant.*

<sup>a</sup> *Nihil communi consilio decernebatur.*

<sup>b</sup> *Aptiorem velitationi equestri, quam pugnae statariae.*

et Both. *imponunt* pro *imponuntur*, quod testantur Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. Tum expungi voluit Freinsl. *moliente situs celeritate* Voss. 2. *occupantur* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Mer. Col. et Bas.—21 Florent. *stare quidem*. Pith. *jubet* pro *jubeant*.—22 'Scribendum potius: et obviu hosti ire pergit.' Bothe.—23 Ald. *insolitus stridor*, omisso *que*. Scheffer. non dubitat quin Curtius scripserit: *tam impavidum*.—24 Florent. Leid. Voss. 1. et Pal. 1. *Thrakas*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *meliore*; Pal. 1. *meliores*. Pith. omittit *militem*.—25 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Mer. *hi vim*.—26 Mer. *Sed quidem*. Voss. 1. *avidus*. Voss. 2. *irritaverunt*. Pro

#### NOTE

<sup>a</sup> *Agrianos et Thracas*] Argult Raderum Freinshemius quod istos esse putaverit qui apud Arrianum missi dicuntur ab Alexandro *ἰπποπόλεως*, *equestres sagittarii*: quippe neutra ex gente equites fuisse. Verum ut hoc de Agrianis aliquis concedat, falsum quidem esse de Thracibus vel ex uno

constat cap. 2. lib. ix. Adde lib. v. cap. 1. et Arrianum lib. vi. cap. 3. Et quod ait Curtius: 'meliorem concursatione quam cominus militem,' satis indicat equites extitisse. Quod si Thracæ erant, necesse est fuisse et Agrianos: itaque accepit Gallicus Interpres.

cuti belluas in semet irritavere vulneribus : obtriti ergo pedibus earum, ceteris, ut parcius instarent, fuere documentum. 27. Præcipue terribilis illa facies erat,<sup>j</sup> cum manu<sup>k</sup> arma virosque corripere, et super se regentibus traderent. 28. Anceps ergo pugna nunc sequentium, nunc fugientium elephantos, in multum diei varium certamen extraxit,<sup>l</sup> donec securibus (id namque genus auxilii præparatum erat) pedes amputare cœperunt. 29. 'Copidas'<sup>m</sup> vocant gladios leviter curvatos, falcibus similes, quis appetebant belluarum manus : nec quicquam inexpertum non mortis modo, sed etiam in ipsa morte novi supplicii timor omittebat. 30. Ergo elephantum, vulneribus tandem fatigati, suos impetu sternunt, et qui rexerant eos, præcipitati in terram, ab ipsis obterebantur. 31. Itaque pecorum modo magis pavidi, quam infesti, ultra aciem exigebantur ; cum Porus, destitutus a pluribus, tela multo ante præparata in circumfusus ex elephanto suo cœpit ingerere, multisque eminus vulneratis, expositus ipse ad ictus undique petebatur. 32. Novem jam vulnera hinc tergo, illinc pectore exceperat, multoque sanguine profuso languidis manibus magis elapsa, quam excussa tela mittebat.<sup>n</sup> 33. Nec segnius bellua instincta rabie, nondum saucia invehebatur ordinibus ; donec rector belluæ regem conspexit, fluentibus membris omisissique armis vix compotem mentis. 34. Tum belluam in

<sup>j</sup> Formidabile spectaculum erat.

<sup>k</sup> In magnam diei partem produxit ancipitem pugnam.

<sup>l</sup> Quæ defensis ejus manibus excidebant potius quam vi conjiciebantur.

documentum Heinsius conj. documento.—27 Voss. 2. et super sese.—29 Ald. κωιδας vocant ; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. copides vocabant. Pith. curvatos faucibus. Pal. 1. adpendebant b. manus. Voss. 2. non modo mortis, qui mox habet : sed etiam ipsa m. n. s. t. omittit.—30 Leid. in terra.—31 Pal. 1. omittit : Itaque, &c. exigebantur. Voss. 2. ultra a. erigebantur, et mox habet : circumfusus elephanto...ad ictus ipse undique.—33 'Adjectum, ni fallor, ab interprete vocabulum belluæ.' Bothe. Voss. 1. omisissique armis.—35 Ald. regis

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Manu] Proboscis elephantorum,      <sup>m</sup> Copidas] A verbo κόπτω, seco, la trompe, idcirco 'manus' dicitur      factum est nomen κωιδας, idcirco, copis. quod vice manus ca utantur.



fugam concitat sequente Alexandro: sed equus ejus<sup>v</sup> multis vulneribus confossus deficiensque procubuit, posito magis rege, quam effuso:<sup>m</sup> itaque dum equum mutat, tardius insecutus est. 35. Interim frater Taxilis regis Indorum, præmissus ab Alexandro, monere cœpit Porum, 'ne ultima experiri perseveraret, dederetque se victori.' 36. At ille, quanquam exhaustæ erant vires deficiebatque sanguis, tamen ad notam vocem excitatus: 'Agnosco,' inquit, 'Taxilis fratrem, imperii<sup>v</sup> regnique sui proditoris:' et telum, quod unum forte non effluerat,<sup>n</sup> contorsit in eum, quod per medium pectus penetravit ad tergum. 37. Hoc ultimo<sup>x</sup> virtutis opere edito, fugere acriter cœpit: sed elephantus quoque, qui multa exceperat tela, deficiebat: itaque sistit fugam, peditemque sequenti hosti objecit. 38. Jam Alexander consecutus erat, et, pertinacia Pori cognita, vetabat 'resistentibus parci.' Ergo undique et in pedites, et in ipsum<sup>y</sup> Porum tela congesta sunt: quis tandem gravatus labi ex bellua cœpit. 39. Indus, qui elephantum regebat, descendere eum ratus, more solito elephantum 'pro-

<sup>m</sup> *Leniter potius deponens Alexandrum, quam projiciens.*

<sup>n</sup> *Quod solum fortuito non exciderat Poro.*

—————

*indorum.*—36 Voss. 2. omittit *rocam*. Florent. et Voss. 1. *Taxillis*. Edd. vulgg. ante Freinsl. *proditorem*; et ita Fauch. sed suprascr. *proditoris*, quod habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. 2. Pith. et edd. recentt. *quod citum forte* Voss. 2. *non effuderat* Mer. in *eum*, *per medium* Voss. 2.—38 Florent. Leid. et Bong. *tantum gravatus*; Dan. *tantum gratus*, sed suprascr. *co*.—39 Voss. 2. *Inde qui*. Leid. Florent. et Voss. 1. 2. *dimisere*.—40 Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Equus ejus*] Bucephalus, de quo vide lib. vi. cap. 5. senio et labore, non vulneribus confectum tradunt Onesicritus apud Plutarchum, et Arrianus: plerique, inquit Plutarchus, ex prælio cum Poro; non extemplo, sed post, sub vulnerum curatione.

<sup>y</sup> *Imperii*] Totius Indiæ. *Regni sui*] Taxilorum, quæ pars erant Indiæ. *Proditorem*] Qui se regnumque ex-

terno regi dedidisset. Porro Taxilem ipsum fuisse apud Arrianum lego.

<sup>x</sup> *Hoc ultimo*] Simile quiddam de suo illo Scæva, sed magnificentius dixit Lucanus lib. vi. Sed negat Arrianus assecutum esse telo, quem appetebat, Taxilem.

<sup>y</sup> *Et in ipsum*] Contra Arrianus Porum tandem ultro venisse scribit.

cumbere' jussit 'in genua;' qui ut se submisit, ceteri quoque, ita enim instituti erant, demisere corpora in terram: ea res et Porum, et ceteros victoribus tradidit. 40. Rex 'spoliari corpus Pori,' interemtum esse credens, jussit, et, qui detraherent lorica vestemque, concurrere; cum bellua dominum tueri et spoliantes cœpit appetere, levatumque corpus ejus rursus dorso suo imponere. Ergo telis undique obruitur,<sup>a</sup> confossoque eo in vehiculum Porus imponitur. 41. Quem rex ut vidit allevantem oculos, non odio, sed miseratione commotus, 'Quæ, malum!' inquit, 'amentia te coëgit, rerum mearum cognita fama, belli fortunam experiri, cum Taxiles esset in deditos clementiæ meæ tam propinquum tibi exemplum?' 42. At ille, 'Quoniam,' inquit, 'percontaris, respondebo ea libertate, quam interrogando fecisti. Neminem me fortiorem esse censebam; meas enim noveram vires, nondum expertus tuas: fortiorem esse te, belli docuit eventus. Sed ne sic quidem parum felix sum, secundus tibi.'<sup>b</sup> 43. Rursus interrogatus, 'quid ipse<sup>a</sup> victorem statuere debere' censeret, 'Quod hic,' inquit, 'dies tibi suadet;<sup>b</sup> quo expertus es, quam caduca felicitas esset.' 44. Plus monendo profecit, quam si preca-

<sup>a</sup> Qui primus a te sim fortitudine.

\*\*\*\*\*

jussit interemptum esse credens; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. interemptum e. c. jubet. Pith. vestem loricaque. Voss. 2. concutere, tum bellua. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. compositoque.—41 Voss. 2. vidit ad lenitatem oculos. Voss. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. quod malum; Bong. 1. quem malum, et suprascr. quod; Bong. 2. quem malum. Voss. 2. Pith. Fanch. et Mer. quæ amentia. Mer. te cogit. Florent. Leid. Voss. 2. Bas. et Col. quum Taxilis. Florent. Voss. 1. et Bong. propinquo. Voss. 2. omittit tibi.—42 Mer. qua interrogando. Pith. docuit belli eventus. Florent. parum felix.—43 Pro quid ipse Theocr. habet quid in se. Voss. 2. quid hic. Florent. Leid. et Voss. 1. quod expertus es. 'Malim: felicitas sit, vel sit felicitas.' Bothe.—44 Pith. omittit, Plus...precatus esset. Florent. Leid. Voss. 1.

#### NOTE

<sup>a</sup> Obruitur] Elephantus. Rex] Alexander.

<sup>b</sup> Quid [in se] ipse] Quidnam putaret ipse de se statui ab Alexandro debere. Ceterum, si Plutarcho credimus, hoc unum respondit quærenti

quemadmodum haberi se a victore vellet, βασιλικῶς, regie.

<sup>b</sup> Tibi suadet] Ut id de me statuas, quod in te statui enperes: potes enim, quam ego experior, fortunam pati.

tus esset: quippe magnitudinem animi ejus interritam, ac ne fortuna quidem infractam, non misericordia modo, sed etiam honore excipere dignatus est: 45. ægrum curavit haud secus, quam si pro ipso pugnasset: confirmatum contra spem omnium in amicorum numerum recepit: <sup>p</sup> mox donavit ampliore regno, <sup>c</sup> quam tenuit. 46. Nec sane quicquam ingenium ejus solidius aut constantius habuit, quam admirationem veræ laudis et gloriæ: simplicius tamen famam æstimabat in hoste, quam in cive; <sup>q</sup> quippe a suis credebatur magnitudinem suam destrui posse, eandem clariorem fore, quo majores fuissent, quos ipse vicisset.

<sup>p</sup> *Postquam præter omnium opinionem convalescit.*

<sup>q</sup> *Æquius tamen de hostium gloria judicabat, quam Macedonum.*

\*\*\*\*\*

Bong. Dan. et Mer. *fortunam*. Leid. *misericiordiam*. Heinsius legi jubet: *sed etiam honore rex excipere*; Both. *h. excipere rex*.—45 Mer. *egrum*. Voss. 2. *pro se ipso*.—46 Voss. 2. *s. t. fama extimabat in hostem q. in civem*. Pith. *magnitudinem sui*. Florent. *quos ipse vicissent*.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Ampliore regno*] Inter Hydaspem et Acesinem Pori regnum erat: nunc quicquid ab Acesine ad Hypanim extenditur, ejus ditioni adjectum est. In quo quantus fuerit gentium urbiumque numerus, non satis inter se consentiunt Strabo, Plutarchus, Arrianus, et Plinius. Vide Usseii Chronicon ad an. Per. Jul. 4387. De pugne tempore Diodorum refellit Arrianus lib. v. Cum enim pugna-

tum scribat contra Porum Munychione mense, qui in Aprilem ac Maium incidebat, hæc ad Olymp. cxiii. an. 1. pertinent, non ad secundum. Certe circa ipsum demum solatitii tempus castra ad Acesinæ esse posita constat ex Nearcho apud Strabonem lib. xv. Igitur alter Olympiadis annus, cujus exordia solatitio posteriora fuere, nondum ini erat quando Porus victus est.

**Q. CURTII RUFI,**  
**DE REBUS GESTIS**  
**ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,**  
**LIBER IX.**

---

**ARGUMENTUM.**

CAP. I. Poro victo, ad Hyphasin usque penetrat Alexander, variasque gentes et urbes, quarum mores describuntur, sibi subjicit. II. Gangaridas et Pharrasios aggressurus milites fatigatos et bellum detrectantes ad perseverantiam hortatur. III. Cœnus militum nomine Alexandro respondet, et paulo post morbo extinguitur. Monumentis expeditionis erectis, Alexander ad Hydaspem revertitur, classeeque parata secundo amne devehitur. IV. Pervenit Alexander ad Sobios, et post magnum periculum in fluminum confluentibus ad Mallos et Oxydracas; ubi oratione ad milites seditiosos habita barbaros fugat, eorumque oppidum, contempto Demophoonte vate, obsidet. V. Postquam Alexander præcipiti saltu se in urbem immiserat, graviter vulneratus ultimo tandem discrimini a suis eripitur. Magnum ejus ex vulnere periculum. VI. Nondum satis curato vulnere, se perissee credentibus ostendit, atque ab amicis rogatus, ut salutis suæ publicæque parceret, generose respondet, in instituto suo de orbe domando perseverans. VII. Græci in Bactriana deficiunt; Malli et Oxydracæ se dedunt. Horratas et Dioxippus imparibus armis certamen singulare depugnant. Paulo post Dioxippus inimicorum calumniis ultra modum irritatus semet ipsum interimit. VIII. Donis ab Indorum legatis acceptis, secundo Indo devehitur Alexander ad Pattaleuen, domitis gentibus flumen accolentibus. Ptolemæi vulnus miraculo sanatum. IX. Alexander, cupidine visendi Oceani correptus, non sine periculis propter æstus maritimos et nautarum imperitiam tandem voti sui compos redditur. X. Nearcho relicto, ut cum classe per Oceanum reverteretur, ipse rex post hyemem per Arabitas, Oristas, et ingentia Gedrosiæ deserta movet, ubi exercitus cum summa fame et pestilentia luctatur. Tandem liberatus comessabundus et bacchabundus per Carmaniam incedit.

1. 1. Alexander, tam memorabili victoria lætus, qua sibi Orientis fines apertos esse censebat Soli victimis cæsis, milites quoque, quo promptioribus animis reliqua belli munia obirent, pro concione laudatos docuit, 'quicquid Indis virium fuisset, illa dimicatione prostratum: 2. cetera' opimam prædam fore, celebratasque opes in ea regione eminere, quam peterent: proinde jam vilia et obsoleta esse spolia de Persis: gemmis margaritisque et auro atque ebore Macedoniam Græciamque, non suas tantum domos repleturum.' 3. Avidi milites et pecuniæ et gloriæ, simul quia nunquam affirmatio ejus fefellerat eos, pollicentur operam: dimissisque cum bona spe, 'navigia ædificari' jubet, 'ut, cum totam Asiam percurrisset, finem terrarum mare inviseret.' 4. Multa materia navalis in proximis mon-

\* *Divitias rumore majores esse in iis locis quæ adituri erant.*

\*\*\*\*\*

Florent. Q. Curtii Rufi Historiarum liber nonus; Leid. Q. Curtii Rufi Historiarum lib. VIII. explicit feliciter, incipit lib. nonus; Bong. 1. Q. Curti Rufi Hist. lib. VIII. explic. incip. liber nonus; Voss. 1. et Bong. 2. Curti Rufi Hist. lib. VIII. Expl. incip. liber nonus; Fauch. Explicit VIII. incip. IX. Pith. Expl. lib. sep. Quinti Curtii Rufi Hist. Alex. mag. Macedonia regis incip. oct. feliciter; Pal. 2. Idem Quinti Curtii Liber octavus feliciter incipit; Mer. Q. Curtii de reb. gestis Alexandri Magni Regis Macedonum Liber octavus. Voss. 2. est sine titulo.—1 Florent. Orientis finis. Florent. et Mod. qui promptioribus; Voss. 2. omittit qui. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. omittant munia. Voss. 2. omittit Indis.—2 Edd. ante Schmieder. et Both. ceteram; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. et Dan. cetera. Vid. Not. Var. Voss. 2. et Ald. optimam prædam. Bong. 1. omittit prædam, &c. usque ad capitis, c. 2. § 24. Florent. Voss. 1. 2. Dan. Bong. 2. et Pith. celebrantesque; Fauch. celebrandasque; in Bong. 2. suprascr. tresque. Heinsius conj. India ea regione, vel Indis ea regione imminere. Voss. 2. et obsoleta spolia dispersis...non domos suas tantummodo repleturum. Voss. 1. repletum ire. 'Malo vel cum Heinsio: repletum iri, vel cum Freinshemio repleturos. In cod. Theocr. est repleturi.' Schmieder. Heinssii conjecturam recepit Bothe.—3 Pith. Audi milites. Leid. quia nunquam. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. Amst. et Lugd. eos affirmatia ejus fefellerat. Leid. dimisis. Leid. Florent. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Mer. exadificari jubet. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. Pith. Amst. et Lugd. percurrisserent; edd. omnes Voss. 2. et al. percurrisset; Theocr. percurrisset; quod recepit Schmieder.—4 Voss. 2. navalis materia. Voss. 1. invisitata.—5 Florent.

#### NOTÆ

\* *Cetera [ceterum] Freinshemius sic conjiciebat locum posse constitui: ceterum opimam prædam celebratasque opes in ea regione manere (id est, ipsos*

*expectare) quam peterent. Rotundior utique oratio, et Curtii stylo similior: ceterum vulgata ferri potest.*

tibus erat; quam cædere aggressi, magnitudinis inusitatæ<sup>b</sup> reperere serpent s. 5. Rhinoceros quoque, rarum alibi<sup>c</sup> animal, in iisdem montibus erant: ceterum hoc nomen belluis eis inditum a Græcis: sermonis ejus ignari aliud lingua sua usurpant. 6. Rex duabus urbibus<sup>d</sup> conditis in utraque fluminis,<sup>e</sup> quod superaverat, ripa, copiarum duces coronis et mille aureis singulos donat: ceteris quoque proportionem aut gradus, quem in militia obtinebant, aut novatæ operæ, honos habitus est. 7. Abisares,<sup>f</sup> qui prius, quam cum Poro dimicaretur, legatos ad Alexandrum miserat, rursus alios misit, pollicentes 'omnia facturum, quæ

Leid. et Voss. 1. 2. *Rinocerontes*; Dan. *Rhinocerontes*; Bong. Gruteri *Rinoceros*; Bong. 2. *Rinoceros*, et supraser. a ut sit *Rinoceros*; Ald. *Rhinoceros*. Freinsh. malit in *iisdem montibus errant*. Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt eis. Pal. 1. et codd. Modii *Græci*. Pal. 1. omittit *ejus*. Florent. *guaris* pro *ignari*. Voss. 2. *alii* pro *aliud*. Heinsius conj. *aliud Indi sua lingua usurpant*.—6 Florent. *ducis*. Leid. omittit *et ante mille*. Dan. *singulos*. Pal. 1. *donavit*. Voss. 2. *ceteros*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *aut gradu*, et sic Florent. Leid. et Voss. 2. in *amicitia* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. Mer. Mod. Bas. Lngd. et Amst. *obtinebat*, *aut novatæ* Voss. *operis* Pith.—7 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Abissares*; Mer. Frob. Bas. et Col. *Abissares*. Voss. 2. omittit

## NOTE

<sup>b</sup> *Inusitatæ*] Pedum sexdecim. Ita quidem Diodorus lib. xvii. Ælianus Hist. Anim. xvii. Arrianus in Indic. At Onesicritus apud Strabonem lib. xv. duorum meminit, quorum alter 80. cubitos, alter 140. longitudine æquaret. Similia videsis apud Plin. lib. viii. cap. 11. 14. &c.

<sup>c</sup> *Rarum alibi*] Igitur India rhinoceros non alit solum, sed etiam generat, contra quam scripsit Curtius lib. viii. cap. 9. quis enim putet ibi rarior esse ubi nascitur, quam quo transfertur? A *Græcis*] Vide lib. viii. cap. 9. ubi de hoc nomine.

<sup>d</sup> *Urbibus*] Alteram a *vixp*, *victoria*, 'Nicæam'; alteram de equi sui nomine 'Bucephalam' appellavit, teste Arriano lib. vi. qui 'Alexandriam Bucephalon' vocat in Periplo Erythr. si tamen is auctor est. Curtio infra, cap. 3. 'Bucephalos.' Stephano et Stra-

boni 'Bucephalia' dicitur.

<sup>e</sup> *Fluminis*] Hydaspis; cujus in ceteriore ripa 'Nicæam,' in ulteriore 'Bucephalam' collocant, contra quam exhibet Ptolemæi Tabula 10. Asiæ. Ubi et illud erratum putamus quod Bucephalam ad confluentes Hydaspis et Zadadri, hoc est, Acesinis statuit: cum ex Arriano et Strabone constet eo ipso loco conditam ubi Hydaspem trajecerat.

<sup>f</sup> *Abisares*] Supra lib. viii. cap. 13. *Rursus alios*] Prioris legationis nec Diodorus, nec Arrianus meminere: ac si qua missa fuit, aut dolo res agebatur fictisque promissis, 'cum omnia ditioni Alexandri permetteret;' aut mutata postmodum Abisaræ voluntas, qui Poro, lente quamvis, auxilia adducebat ante pugnam, ut ex Diodoro intelligimus Olymp. cxiiii. an. 2. et Curtio lib. viii. cap. 14.

imperasset, modo ne cogeretur corpus suum dedere; neque enim aut sine regio imperio victurum, aut regnaturum esse captivum.' 8. Cui Alexander 'nuntiari' jussit, 'si gravaretur ad se venire, ipsum ad eum esse venturum.' 9. Hinc, Poro amneque<sup>a</sup> superato, ad interiora Indiæ processit. Sylvæ erant prope in immensum spatium diffusæ procerisque et in eximiam altitudinem editis arboribus umbrosæ. 10. Plerique rami instar ingentium stipitum flexi in humum,<sup>b</sup> rursus, qua se curvaverant, erigebantur adeo, ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex sua radice generatæ. 11. Cœli temperies salubris: quippe et vim solis umbræ levant,<sup>c</sup> et aquæ largæ<sup>d</sup> manant e fontibus. 12.

<sup>a</sup> *Ardorem solis umbracula nemorum imminuunt.*

\*\*\*\*\*

cum ante Poro. Pal. 1. *rursusque alios.* Mer. *modo non cogeretur.* Modii membranæ suam debere; quædam edd. vett. *debent.* Voss. 1. 2. omittit *regio.*—8 Mod. *nunciare jussit.* Voss. 2. *Hic Poro;* Leid. *Hinc Por.* Florent. omittit Poro. Leid. et Voss. 1. *amne superato.* 'Posses cum cod. Florent. omittere vocem Poro, et cum aliis legere *amne*, abjecto *que*, ut sub *amne* intelligatur *Acesines.*' *Schmieder.* Both. ex conjectura Heinsii recepit: *porro, amne superato.*—9 Voss. 2. omittit in ante *immensum*, et mox habet: *procerisque in nimiam altitudinem.*—10 Pro *plerique* Heinsius conj. *plerisque.* Codd. Modii: in unum rursus. Ald. *qua se curvaverant.* Mer. *ut spes esset.* Voss. 2. omittit *generatæ*, relicto spatio.—11 Idem codex: *umbræ elevant.* Leid. *large manant e fontibus;* Mer. *large manantes fontibus;* Voss. 2. *large manant*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Poro amneque*] Dubius ac difficilis locus. Si enim annem Hydaspem intelligit, quid opus erat denuo monere Porum annemque superatos? Legebat Modius cum nonnullis Mss. *Poro amne superato*: sed nulla uspiam Pori fluvii mentio. Conjicit Freinshemius rescribendum: *hinc Poro Acesineque superato*; quod revera primum ab Hydaspe movens Acesinem trajecit, Arriano teste. Sed neque hoc, ut verum fatear, satis placet. Sive enim Hydaspem, sive Acesinem, sive quem alium scripsit; haud satis video quam apte idem verbum *superandi*, simul et semel de Poro deque fluvio dicatur, sensu admodum dissimili, nimiumque violenta

accommodatione. Suspiciari potius liberet, quoniam nulla præterea occurrit lectionum varietas, excidiare aliquid inter has voces *Poro* et *amneque*: ut si diceres, *hinc Poro* comite movit ad Acesinem, &c. *amneque superato*, &c.

<sup>b</sup> *Flexi in humum*] Eadem apud Strabonem Onesicritus lib. xv. Theophrastus, de Plantis iv. 5. Plinius lib. xii. cap. 5. nisi quod Onesicritus in Muscana regione Indiæ maximo Australi nasci has arbores tradit. Similia quoque afferunt receptiores apud Clusium in Notis ad Garsie Historiam Aromatum.

<sup>c</sup> *Largæ*] Verius forte *large*: quamquam similis locus est lib. vi. cap.

Ceterum hic quoque serpentium magna vis erat, squamis fulgorem auri reddentibus: virus haud ullum magis noxium est: quippe morsum præsens mors sequebatur; donec ab incolis remedium oblatum est. 13. Hinc per deserta ventum est ad flumen Hyaroten:<sup>1</sup> junctum erat flumini nemus, opacum arboribus alibi inusitatis agrestiumque pavonum multitudine frequens. 14. Castris inde motis oppidum haud procul positum corona<sup>k</sup> capit, obsidibusque acceptis stipendium imponit. Ad magnam deinde, ut in ea regione, urbem pervenit, non muro solum, sed etiam palude munitam. 15. Ceterum barbari vehiculis inter se junctis dimicaturi occurrerunt: [aliis] tela aliis hastæ, aliis secures erant, transiliebantque in vehicula strenuo saltu, cum succurrere laborantibus suis vellent. 16. Ac primo insolitum genus pugnæ Macedonas terruit, cum eminus vulnerarentur: deinde spreto tam incondito auxilio,<sup>c</sup> ab utroque latere vehiculis circumfusi repugnantes fodere cœperunt. 17. Et 'vincula, quis conserta erant,' jussit

<sup>c</sup> *Contemnentes tam incompositum subsidium hostium.*

\*\*\*\*\*

*a fontibus.*—12 Ald. Colin. Gryph. et Frob. *Hydrasten*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Col. et Bas. *Hyarotim*; Voss. 2. *Harotum*; Lugd. et Amst. *Hyarotim*; alii *Hyaroten*. Voss. 2. omittit *flumini*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *invisitatis*. Voss. 2. *pavonumque*.—14 Pal. 1. Mod. Lugd. Amst. et aliz edd. ante Freinsh. *oppositum erat*; alii codd. et edd. antiquiss. *positum erat*. Voss. 2. omittit *que post obsidibus*. Mod. Lugd. et Amst. *ut ea regione*; Mer. *ut est in ea*. Voss. 2. omittit *urbem*, et *mox etiam*.—15 Idem codex habet, *dimicaturi occurrunt*. Vulgo ante Schmieder. et Both. *alii tela, alii hastæ, alii secures erant*; Florent. Leid. Fauch. et Bong. 2. *tela aliis, hastæ, alii secures erant*; Voss. 1. *tela aliis, alii hastæ, alii secures erant*; Pirh. *tela aliis hastæ alii secures aliis*. 'Cum quinque codd. jubentibus Modio et Freinshemio: *tela aliis hastæ* scripsi pro: *alii tela, alii hastæ, &c.*' Schmieder. Voss. 1. *transiebatque*; Pal. 1. *transiliebatque*. Voss. 2. omittit *cum*, et *pro rellet* habet *rellet*.—16 Mod. Elz. et al. ante Freinsh. *tam i. agmine*; codd. vero Leid. Florent. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. cum Mer. Frob. Bas. et Col. *tam i. auxilio*.—17 'Lego cum Freinshemio: *Rex vincula.*' Schmieder. Amst.

#### NOTE

16. nulla utrobique lectionnm diversitate.

<sup>1</sup> *Hyaroten*] Sic a Curtio scriptum suadet plurium librorum consensus. Et potnit quidem, cum ipse Strabo non aliter scripserit: quamvis Arri-

anus *Hydraotem* vocet. Hunc ait magnis aliquot fluviiis auctum Acesini misceri nomenque amittere, pariter ut Hydaspem. Vide Arrian. Exp. lib. vi. et lib. Rer. Ind.

<sup>k</sup> *Corona*] Vide lib. iv. cap. 6.



'iacidi, quo facilius singula circumvenirentur:' itaque VIII. millibus suorum amissis in oppidum refugerunt. 18. Postero die scalis undique admotis muri occupantur: paucis pernicitas saluti fuit, qui cognito urbis excidio paludem transnavere, et in vicina oppida ingentem intulere terrorem, 'invictum exercitum et Deorum profecto advenisse' memorantes. 19. Alexander, ad vastandam eam regionem Perdicca cum expedita manu misso, partem copiarum Eumeni tradit, ut is quoque barbaros ad deditionem compelleret: ipse ceteros ad urbem validam, in quam aliarum quoque confugerant incolæ, duxit. 20. Oppidani missis, qui regem deprecarentur, nihilominus bellum parabant: quippe orta seditio in diversa consilia diduxerat vulgum; <sup>1</sup> alii omnia deditione potiora, quidam nullam opem in ipsis esse ducebant. 21. Sed dum nihil in commune consulitur, qui deditioni imminebant, <sup>2</sup> apertis portis hostem recipiunt. 22. Alexander, quanquam belli auctoribus jure poterat irasci, tamen, omnibus venia data et obsidibus acceptis, ad proximam deinde urbem castra movit. 23. Obsides ducebantur ante agmen, quos, cum e muris agnovissent, utpote gentis ejusdem, in colloquium

<sup>2</sup> Cum nihil communi consilio deliberaretur, qui dedere se tentabant, &c.

*juvit rex.* Pith. omittit *singula*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bas. itaque VIII. B. Col. itaque 8000. millibus; Mod. i. DCCC. millibus; vulgg. ante Freinsh. i. octingentis millibus; Voss. Ald. Colin. et Gryph. i. VIII. millibus.—18 Voss. 2. amotis muri. Pith. urbis periculo. Vulgg. edd. ante Freinsh. transavere; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. transnavere. Voss. 1. Bong. 2. Pal. 1. Dan. Mer. et Col. omittunt et ante Deorum; Voss. 2. sed Deorum; Mer. et decorum.—19 Pal. 1. Perdicam. Pith. Eumenidi. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. tradidit. Voss. 2. ut hos quoque. Florent. et Leid. compelleretur. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. in q. aliorum. Amst. Elz. et al. ante Freinsh. incolæ induxit; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. et Mod. incolæ duxit.—20 Pith. Oppidanis. Voss. 2. nihil bellum. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. deduxerat; Voss. 2. reduxerat; Fauch. deduxerant. Bong. 2. vulgum, et suprascr. gus, ut sit vulgus. Voss. 2. quidem...dicebant; Pal. 1. quidam...dicebant.—22 Voss. 2. est obsidibus.—23 Flor. Leid. et Voss. 1. ex muris. Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Vulgum] Sic quoque usurpat Salustius genere masculino, cum ple-

convocaverunt. Illi, 'clementiam regis simulque vim' commemorando, ad deditionem eos compulere: ceterasque urbes simili modo deditas in fidem accepit. 24. Hinc in regnum Sophitis<sup>m</sup> perventum est. Gens, ut barbari,<sup>a</sup> sapientia<sup>n</sup> excellit, bonisque moribus regitur. 25. Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque, sed eorum, quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. Si quos insignes<sup>o</sup> aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubent. 26. Nuptiis coeunt, non genere ac nobilitate conjunctis, sed electa corporum specie;<sup>f</sup> quia eadem aestimatur in liberis. 27. Hujus gentis oppidum, cui Alexander admoverat copias, ab ipso Sophite obtinebatur: clausæ erant portæ; sed nulli in muris turribusque se armati ostendebant, dubitabantque Macedones, deseruissentne urbem incolæ, an fraude se occulerent; 28. cum subito, patefacta porta, rex Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multum inter omnes barbaros eminens<sup>p</sup> cor-

<sup>a</sup> Quantum barbari possunt.

<sup>f</sup> Sed æstimata corporis pulchritudine.

~~~~~  
*ejusdem gentis.* Pal. 1. Mod. Lugd. et Amst. *convocaverunt.* Florent. Leid. et Voss. 1. *domitas* pro *deditas*.—24 Florent. Leid. Dan. Pal. 1. et Bong. *Sophites*; Ald. *Sopithi*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. *ut barbari credunt*; Fauch. *et barbari credunt.* Florent. Leid. Voss. 1. Pith. Bong. 2. et Dan. *excellet*.—25 Voss. 2. *colunt aluntque.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Col. et Lugd. *infantium habitum.* Voss. 2. Pal. 1. Elz. et vulgg. ante Freiash. *Si quos segnes*; Florent. Leid. Voss. 1. Amst. et Lugd. *Si quos insignes.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *parte membrorum*.—26 Pal. 1. *Nuptiis coeunt.* Dan. ac n. *convinctis*; Voss. 2. *omittit conjunctis.* Pith. *specie corporum.* Voss. 2. *æstimatur*; Pith. *æstimabatur*; Pal. 1. *æstimantur*.—27 Florent. Leid. Pith. et Fauch. *cujus* pro *cui*; Bong. 2. *cujus*, sed exscalptum *us*, ut sit *cui*. Dan. *omittit copias.* Florent. *Sopite*; Ald. *Sopitho*. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *ostenderant.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *deseruissent ur-*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Sophitis* [*Sopithis*] Habent plerique *Sophitis*. Sed vix putem aliter scripsisse Curtium quam apud Diodorum legerat: cui consentiunt Strabo et Arrianns.

<sup>n</sup> *Sapientia*] Ad hos referri possent quæ narrat Plutarchus de decem Gymnosophistarum responsis ad A-

*Delph. et Var. Clas.*

lexandri quæsitæ; nisi rem alio loco ac tempore gestam indicaret post Oxydracaram expugnationem.

<sup>o</sup> *Insignes*] Hoc est, notabili quopiam vitio corporis deformis.

<sup>p</sup> *Eminens*] 'Quatuor enim cubitos excedebat,' inquit Diodorus. Ex quo Raderi sententiam de loco Plutarchi

*Q. Curt.*

2 U

poris specie. 29. Vestis erat auro purpuraque distincta, quæ etiam crura velabat : aureis soleis inseruerat gemmas ; lacerti quoque et brachia margaritis ornata erant. 30. Pendebant ex auribus insignes candore et magnitudine lapilli.<sup>a</sup> Baculum aureum berylli<sup>b</sup> distinguebant : quo tradito precatus, ' ut sospes<sup>c</sup> acciperet,' se liberosque et gentem suam dedit. 31. Nobiles ad venandum canes in ea regione sunt ; ' latratu abstinere ' dicuntur, ' cum videre feram,' leonibus maxime infesti. 32. Horum vim ut ostenderet Alexandro, in consepito leonem eximie magnitudinis iussit emitti, et IV. omnino admovent canes, qui celeriter occupaverunt feram : tum ex iis, qui assueverant talibus ministeriis, unus, canis leoni cum aliis inhærentis crus avellere et, quia non sequebatur, ferro amputare cœpit : 33. nec sic quidem pertinacia victa, rursus aliam partem

~~~~~  
*hem*, omisso *ne*. Voss. 2. *se occultarent*.—29 Pal. 1. *aureis soleris*. Amst. *insuerat*, i. e. *insuerat*, vel *inseruerat*. Voss. 2. omittit et ante *brachia*, et mox habet, *erant ornata* ; Mer. *onerata*.—30 Florent. Leid. et Voss. 1. *insignis* ; Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. *colore pro candore*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. omittunt et ante *magnitudine*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *berilli*. Mox Freinsh. conj. *ut sospites* ; Heumannus, *ut hospes* ; Blancardus, *ut sospes viveret* ; Heinsius, *precatus Sophites, acciperet*. Ald. et g. s. *dedit*.—31 Florent. et Leid. *cum viderunt* ; Voss. 2. et Bong. 2. *cum viderint*.—32 Voss. 2. in margine habet, *Horum vi ut*. Florent. et Leid. in *consepito* ; Dan. in *conspetu sepectu*, et dispunctis *ec*, ut sit, in *conspetu septu*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *feram occupavere*. Vulgg. edd. ante Schmieder. *quum*, vel *cum ex iis* ; Pal. 1. *tunc ex iis* ; Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. *tum ex his*. Theocr. Mod. et aliæ edd. ante Freinsh. *unius* ; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *unus*. Voss. 1. *crura vellere* ; Pal. 1. *crura velleret*.—33 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *ne sic quidem*. Pal. 1. *se-*

## NOTE

confirmare possis, ubi ' quinque ' pro ' quatuor ' Poro tribuendos cubitos censet.

<sup>a</sup> *Lapilli*] Margaritæ sive uniones, *des perles* : quamvis enim ut plurimum distinguî soleant gemmæ ab unionibus ; quandoque tamen uniones lapilli vocantur ; ut apud Silium lib. XII. vs. 229. ' miro candoris honore Lucet in aure lapis rubris advectus ab undis.' Nihil ergo est quamobrem pro *candore* legi velimus *colore*.

<sup>b</sup> *Berylli*] Lapidis pretiosi genus est subviride ac pellucens : cuius varias species enumerat Plinius lib. XXXVII. cap. 5.

<sup>c</sup> *Ut sospes* [*sospites*] Ut salvos et incolumes se liberosque, et gentem suam, in fidem acciperet. Quod enim in vulgatis legebatur, *ut sospes acciperet Alexander*, optime vidit Freinshemius ad rem non esse ; nam quid hoc attinebat precari, cum *sospes* esset

secare institit; et deinde non segnus inhærentem ferro subinde cædebat. Ille in vulnere feræ dentes moribundus quoque infixerat: tantam in illis animalibus ad venandum cupiditatem ingenerasse naturam, memoriæ proditum est. 34. Equidem plura transcribo, quam credo: 'nam nec affirmare sustineo, de quibus dubito, nec subducere, quæ accepi. 35. Relicto igitur Sophite in suo regno, ad fluvium Hypasin<sup>u</sup> processit, Hephæstione, qui diversam regionem subegerat, conjuncto. 36. Phegeus<sup>v</sup> erat gentis proximæ rex, qui, popularibus suis 'colere agros, ut assueverant,' jussis, Alexandro cum donis occurrit; nihil quod imperaret detrectans.

11. 1. Biduum apud eum substitit rex: tertio die amnem<sup>a</sup> superare decreverat, transitu difficilem, non spatio solum aquarum, sed etiam saxis impeditum. 2. Percontatus igitur

*care instituit, et mox omittit non.* Voss. 1. 2. *subinde cedebat.* Voss. 2. *Tantum in illis.* Florent. *ad venandam.* Voss. 2. *memoria;* et sic in Bong. 2. sed antea fuerat *memoria.* Nonnulli legunt: *nec subducere.*—35 Ald. *Sophiti;* Bong. 2. et Voss. 1. *Sophitæ.* Ald. *Hypasin;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. *Ypasin.*—36 Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Phegelis;* Pal. 1. et Theocr. *Phegeus;* et ita quoque Diodor. xvii. 93. Pal. 1. et Frob. *nihil q. i. detractans.*

1 Vulgo ante Freinsh. ad præcedens caput annectuntur hæc: *biduum apud eum substitit rex;* sed sic in codd. Freinshemius, Acidalius secutus, mutavit. Vide Not. Var. Pal. 1. et membranæ Modii: *transitum.*—2 Florent.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Plura transc. qu. credo]* Et tamen eadem uno ore affirmant Diodor. lib. xvii. Ol. 113. 2. Strabo lib. xv. Ælianus Hist. Anim. lib. viii. Plinius lib. viii. cap. 4. Plutarchus de Sol. Anim. &c.

<sup>u</sup> *Hypasin]* Sic quoque scribunt Plinius et Solinus; cum Diodoro, Arriano, et Philostrato sit *Hyphasin.* Apud Dionys. Perieg. atque Strabonem, nescio an corrupte, constanter tamen legitur *Hypanis:* quem ultimum expeditionis Alexandri terminum fuisse consentiunt. Hunc Philostratus in Oceanum exire falso putavit: reliqui Indo misceri affirmant:

sed prius in Acesinem recipi testatur Arrianus Exp. lib. vi. immo antequam in Acesinem infuat, cum Hydraote coire. Idem lib. Rer. Indic.

<sup>v</sup> *Phegeus [Phegelas]* Magna non modo inter Curtianos codices, verum etiam inter scriptores alios discrepantia in hoc nomine. Aliis enim dicitur *Phegeus*, aliis *Phegeas*, aliis *Phegela*, aliis *Pheges*. In quibusdam scriptum erat *Phegelis:* unde Freinshemius factum ibat: *Phegel, is erat,* &c. sed hoc ut conveniat cum reliqua oratione, demandum foret qui.

<sup>a</sup> *Amnem]* Hypasim de quo super, cap.

tur Phegea,<sup>b</sup> quæ noscenda erant, 'xī. dierum ultra flumen per vastas solitudines iter esse' cognoscit: 'excipero deinde Gangen,<sup>c</sup> maximum totius Indiæ fluminum: 3. ulteriorem ripam colere gentes Gangaridas<sup>d</sup> et Pharrasios; eorumque regem esse Aggrammem, xx. millibus equitum ducentisque peditum obsidentem vias: 4. ad hæc quadrigarum duo millia trahere et præcipuum terrorem elephantos, quos trium millium numerum explere' dicebat. 5. Incredibilia regi omnia videbantur: igitur Porum (nam cum eo erat) percontatur, 'an vera essent, quæ dicerentur?' 6. Ille 'vires quidem gentis et regni haud falso jactari' affirmat; 'ceterum, qui regnaret, non modo ignobilem esse, sed etiam ultimæ sortis: quippe patrem ejus, tonsorem vix diurno quæstu propulsantem famem, propter habitum haud indecorum, cordi fuisse reginæ:' 7. ab ea in propiorem

<sup>a</sup> Ob speciem corporis non invenustam amatum a regina fuisse.

\*\*\*\*\*

Leid. et Voss. 1. *Percunctatus*. Dan. et Pal. 1. *Pheges*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Phegea*; Voss. 2. *segea*; Mer. *Phegelem*; Bas. et Col. *Phegela*. Pal. 1. omittit *per*. Edd. vett. *Gangen*; codd. vero omnes *Gangen*. Mer. *India fluvium*.—3 Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *ulteriores ripas*. Leid. *Gangarbidas*; Voss. 2. Pith. et Bong. 2. *Gangarhidas*; Fanch. *Gargahidas*. Florent. *Prasios*; Voss. 2. *Pharasios*; Pal. 1. *Parrasios*; Mer. *Par-rhasios*. Voss. 2. *Agramen*; Ald. *Agrammem*; Mer. *Agramē*; Amst. *Agramen*; Frob. et Bas. *Aggramem*; Florent. Leid. Voss. 1. et Pith. *Aggrammen*. Voss. 2. *XX. millium e. ducentorumque millium*.—4 Florent. et Leid. *ad hoc*; Voss. 1. *ad huc*. Voss. 2. *duorum millium*.—5 Ald. *percunctatur*; Bong. *per-contantur*. Pith. *an si vera*. Mer. *quæ dicerentur*.—6 Voss. 2. *adfirmabat*. Pith. *sortis ultimæ*.—7 Bong. 2. *propiorem ejus*. Voss. 2. omittit *ejus*, et mox

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Phegea* [*Phegelam*] Legunt aliqui *Phegelem*, alii *Phegela*: quibus firmari posset conjectura Freinsheimii quam modo retulimus.

<sup>c</sup> *Gangen max.*] Consule quæ diximus ad lib. viii. cap. 9.

<sup>d</sup> *Gangaridas*] Eadem quoque vox apud Virgilium Georg. iii. vs. 27. Ptolemæum lib. vii. cap. 1. Vibium Sequest. Plinium lib. vi. cap. 19. Solin. cap. 55. Justinum lib. xii. cap. 8. Nomen a 'Gange' ductum, cujus ad ostia incoluerunt. Sed Stra-

bo et Diodorus, *Gandarides*: Ptolemaeus *Gandaritas*. Alios puto apud Stephanum esse 'Gandaras' seu 'Gandaros' Indiæ populos, quos a Gangaridis Ptolemæus aperte distinguit. Solus, opinor, Dionysius Perieg. nostros *Gargaridas* appellat vs. 1114. Hodie regnum est *Ben-gala*.

<sup>e</sup> *Pharrasios*] Alias *Parrhasios* sive *Parrasios*: qui Diodoro sunt 'Tabrasii,' Straboni et Solino 'Prasii,' Plutarcho 'Præsii' sive 'Præsiai;'

ejus, qui tum regnasset,<sup>b</sup> amicitiae locum admotum, interfecto eo per insidias, sub specie tutelae liberum ejus invasisse regnum; necatisque pueris hunc, qui nunc regnat, generasse, invisum vilemque popularibus, magis paternae fortunae, quam suae memorem.' 8. Afirmatio Pori multiplicem animo regis injecerat curam: hostem belluasque spernebat: situm locorum et vim fluminum extimescebat: 9. relegatos in ultimum pæne rerum humanarum terminum persequi et eruere, arduum videbatur.<sup>c</sup> Rursus avaritia gloriae et insatiabilis cupido famæ nihil invium, nihil remotum videri sinebat: 10. et interdum dubitabat, 'an Macedones, tot emensi spatia terrarum, in acie et in castris senes facti, per objecta flumina, per tot naturæ obstantes difficultates secuturi essent: abundantes onustosque præda magis parta frui velle, quam acquirenda fatigari. 11. Non idem sibi et militibus animi esse:<sup>d</sup> se, totius orbis imperium mente complexum, adhuc in operum suorum primordio stare: militem, labore defatigatum, proximum quemque fructum finito tandem periculo expetere.'<sup>e</sup> 12. Vicit ergo cupido rationem, et, ad concionem vocatis militibus, ad hunc maxime

<sup>b</sup> Cum ab illa adductus esset ad proximum favoris gradum apud regem qui tunc imperabat.

<sup>c</sup> Difficile esse censebat invadere gentes ad extremum prope habitabilis orbis litem ejectas, et eas inde extrahere.

<sup>d</sup> Aliud ipsi, aliud militibus propositum esse.

<sup>e</sup> Quam primum posset, præmio victoriae frui velle.

\*\*\*\*\*

habet admotus. Leid. *interfectoque*. Heinsius pro *regnat* legit *regnet*. Voss. 2. *quam memorem*, omisso *amæ*. 'Scribendum fuerit: *magis paternæ fortunæ quam suæ memoria*, h. e. propter memoriam.' Bothe.—8 Mer. *inierat curam*.—9 Pal. 1. *relegatos*. Edd. fere omnes ante Schmieder. *persequi terminum*; Amst. *terminum persequi*, probante Freinshemio; et sic Theocr. sed Fauch. *persequi et eruere terminum*. Florent. *avaritiæ*. Mer. *gloria*.—10 'Propter ipsam nexum sententiarum sic scribamus: *videri sinebat; etsi interdum dubitabat, &c.*' Bothe. Leid. *an Macedonas*. Pro *obstantes* Scheff. legi jussit *obstantis*. Leid. Voss. 1. Pith. et Bong. 2. *habundantes onustosque*. Pal. 1. *præda*. Dan. et Ald. *ad quærenda*; Bong. 2. et Leid. *conjunctim adquærenda*; Mer. *ad quærendam*; Voss. 2. *acquirendo*.—11 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. Dan. et Pal. 1. *omittunt se ante totius*, pro quo Col. habet *sed*. Florent. et Dan. *labore defatigatum*. Bong. 1. *finito tantum*. Pal. 1. Mod. Elz. et edd. vulgg. ante Freinsh. *expectare*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer.

#### NOTÆ

Justino 'Præsidæ.' Hos apparet fuisse Gangaridum vicinos.

modum disseruit. 'Non ignoro, milites, multa, quæ terrere vos possent, ab incolis Indiæ per hos dies de industria esse jactata: 13. sed non est improvisa vobis mentientium vanitas. Sic Ciliciæ<sup>f</sup> fauces, sic Mesopotamiæ campos, Tigrin et Euphraten, quorum alterum vado transivimus, alterum ponte, terribilem fecerant Persæ. 14. Nunquam ad liquidum fama perducitur:<sup>f</sup> omnia, illa tradente, majora sunt vero: nostra quoque gloria, cum sit ex solido, plus tamen habet nominis, quam operis.<sup>f</sup> 15. Modo quis belluas, offerentes moenium<sup>g</sup> speciem, quis Hydaspen amnem, quis cetera, auditu majora quam vero, sustinere posse credebat? Olim hercule fugissemus ex Asia, si nos fabulæ debellare potuissent. 16. Creditisne elephantorum greges majores esse, quam usquam armentorum sunt? cum et rarum sit<sup>h</sup> animal, nec facile capiatur, multoque difficiliter mitigetur? 17. Atqui eadem vanitas copias peditum equitumque numeravit:<sup>h</sup> nam flumen, quo latius fusum est, hoc placidius stagnat; quippe angustis ripis coercita et in angustiore alveum elisa torrentes

<sup>f</sup> Nunquam pura mendacio fama ad nos pervenit.

<sup>g</sup> Quamvis ex vera virtute profecta sit, tamen major est a fama, quam a nostris facinoribus.

<sup>h</sup> Simili mendacio auctæ sunt copiae.

Prob. Bas. et Col. *expetere*.—12 Voss. 1. *deservit*.—13 Voss. 2. *terrere nos*. Leid. *poterit*; Voss. 2. *ab incolis possent*, et mox omittit *non*, et deinde habet, *sic per Mesopotamiæ*. Edd. vett. *Tigrin*; codd. vero *Tigrin*.—14 Voss. 2. *fama perducitur*, et paulo post pro vero habet *nec*. Florent. et Voss. 1. *n. q. gloria*.—15 Voss. 2. *Modo beluas*, omisso *quis*. Pith. *offerentes mentium*. Bong. *Sidaspen*; Voss. 1. *Idaspen*, et mox *fuissemus ex Asia*.—16 Pith. *quam u. armatorum*. Voss. 2. omittit *et ante rarum*. Voss. 2. *nec facere capiatur*. Mer. *mitigatur*.—17 Bas. *Atque*. Voss. 2. *eadem varietas*. Pith. *copiasque peditum*. 'Tellierius: *jam flumen, quod præfero*.' Schmieder. Voss. 2. *est fuscum*. Ald. *ripis coercita*; Mer. *ripis coercitum*. Mod. *et in atriorem alveum*. Mer. *eli-*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Ciliciæ*] Lib. III. cap. 9. *Mesopotamia* lib. v. cap. 1. *Tigris* et *Euphrates*, ibid. *Euphratem* ponte trajecit, lib. iv. cap. 9. *Tigrin* vado, ibidem.

<sup>g</sup> *Moenium*] 'Tota acies (Pori) urbis speciem exhibebat; nam elephantorum statio turribus, et militum in-

ter hos dispositi ordines muris erant assimiles.' Diodorus lib. xvii.

<sup>h</sup> *Rarum sit*] Nec vero ita rarum esse in India constat tam ex iis quæ Plinius lib. vi. cap. 7. et Plutarchus in Alex. hoc ipso loco docet; quam ex omnium recentiorum narrationibus.

aquas invehunt: <sup>i</sup> contra spatium alvei segnior cursus est. 18. Præterea in ripa omne periculum est, ubi applicantes navigia hostis expectat. Ita, quantumcumque flumen intervenit, idem futurum discrimen est evadendum in terram. 19. Sed omnia ista vera esse fingamus: utrumne vos magnitudo belluarum, an multitudo hostium terret? Quod pertinet ad elephantos, præsens habemus exemplum: <sup>i</sup> in suos vehementius, quam in nos incurrerunt; tam vasta corpora securibus falcibusque mutilata sunt. 20. Quid autem interest, totidem sint, quot Porus habuit, an tria millia; cum, uno aut altero vulneratis, ceteros in fugam declinari videamus? 21. Inde paucos quoque incommode regunt: congregata vero tot millia ipsa se elidunt, ubi nec stare, nec fugere potuerint inhabiles vastorum corporum moles. Equidem sic animalia ista contemsi, ut, cum haberem, ipse non opposuerim; satis gnarus, plus suis, quam hostibus periculi inferre. 22. At enim equitum peditumque multitudo vos commovet! cum paucis <sup>j</sup> enim pugnare soliti estis, et nunc primum inconditam sustinebitis turbam. <sup>j</sup> 23. Testis adversus multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus <sup>k</sup> amnis, et

<sup>i</sup> *Intra arctiorem canalem compressa flumina rapidiores undas volvunt.*

<sup>j</sup> *Incomposito agmini resistetis.*

sum t. a. invehit. Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Col. Mer. et Bas. contra stutio. 'Leg. spatiosis alveis, vel: spatiosi alvei.' Heins.—18 Voss. 2. Itaque quacunque; Pal. 1. Ita quacunque.—19 Leid. an m. ostium. Voss. 2. deterret, et mox, facilius mutilata.—20 Florent. Leid. Voss. 1. et Pith. quod Porus. Voss. 2. habuerit, et mox omittit an tria millia, cum biatu. Florent. Voss. 1. 2. Ald. Frob. Lugd. Bas. Col. et Amst. declinari, probante Schmieder. Leid. scimus declinari; Heinsius conj. declinare liqueat; Voss. 2. Amst. Mer. Frob. Bas. Ald. et Lugd. videmus; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Pal. 1. omittunt videamus. Omnes fere edd. deinde; sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. Amst. et Leid. dein; alii codd. inde. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. 2. et Mer. quoque et. Freinsh. malit elidunt.—21 Voss. 2. sic equidem.—22 Voss. 2. cum pauci, et mox omittit et ante nunc; Pol. 1. et numquam primum; Voss. 1. et nunc n.—23 Testes conj. Heinsius. Voss. 1. et Bong.

#### NOTE

- <sup>i</sup> *Præsens hab. ex.]* Lib. viii. cap. <sup>k</sup> *Granicus]* Lib. iii. cap. 1. Sup-  
14. *In suos]* Ibid. plem. lib. ii. cap. 5. *Cilicia]* Ibid.  
<sup>j</sup> *Cum paucis]* Hæc per ironiam cap. 35. 36,  
dicta.



Cilicia, inundata cruore Persarum, et Arbela,<sup>1</sup> cujus campi devictorum a nobis ossibus strati sunt. 24. Sero hostium legiones numerare cœpistis, postquam solitudinem in Asia vincendo fecistis: cum per Hellespontum<sup>m</sup> navigaremus, de paucitate nostra cogitandum fuit: 25. nunc nos Scythæ sequuntur; Bactriana auxilia præsto sunt; Dahæ Sogdianique inter nos militant. Nec tamen illi turbæ confido: vestras manus intueor; vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem prædemque habeo: quamdiu vobiscum in acie stabo, nec meos nec hostium exercitus numeravero: vos modo animos mihi plenos alacritatis ac fiduciæ adhibete. 26. Non in limine operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus: pervenimus ad solis ortum et Oceanum, nisi obstat ignavia: inde victores, perdomito fine terrarum, revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolæ faciunt, maturos fructus per inertiam amittere e manibus. 27. Majora sunt periculis præmia; dives eadem et imbellis est regio: itaque non tam ad gloriam vos duco, quam ad prædam: digni estis, qui opes, quas illud mare littoribus invehit, referatis in patriam: digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis. 28. Per vos gloriamque vestram, qua humanum fastigium exceditis, perque et mea in vos, et in me vestra merita, quibus invicti contendimus,

2. robori. Pith. *mundata cruore*; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *inundata fervore*; unde Heinsius conj. i. *fere cruore*.—24 Vulgg. ante Freinsh. *posteaquam*; sed codd. et edd. recentt. *postquam*. Voss. 2. in *Asiam*. Voss. 1. 2. *secuntur*. Voss. 2. *Dachæ*; Col. Mer. et Bas. *Dacæ*. Voss. 2. *Sogdiani*.—25 Voss. 2. *vestram v. ad res*. Pal. 1. omittit *sum*. Pal. 1. Voss. 2. et Mer. *prædamque*. Florent. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *nec mei*; Leid. *nec meorum*. Voss. 2. *nec h. exercitum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *numero*; codd. Modil. Frob. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *meminero*. Voss. 2. *modo vos amicos*.—26 Idem codex omittit *Non*, et mox habet, *nisi obstet*. Voss. 1. *unde victores*. Mer. *emittere e manibus*.—28 *Per ego vos* conj. Acidalius. Voss. 2. omittit *et ante*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Arbela, cujus*] Non solum igitur *Arbela, orum*: sed singulari quoque numero *Arbela* nomen Latinum est. Pugnam ad Arbela habes lib. iv. cap. 15. et seqq.

<sup>m</sup> *Hellespontum*] Lib. iii. cap. 1. *Scythæ*] Massagetæ, opinor, de quibus lib. viii. cap. 1. *Bactriana*] Lib. vii. cap. 5. *Dachæ*] Lib. viii. cap. 1. *Sogdiani*] Lib. vii. cap. 10.

oro quæsoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonemque vestrum, ne dicam regem, deseratis. 29. Cetera vobis imperavi; hoc unum debiturus sum. Et is vos rogo, qui nihil unquam vobis præcepi, quin primus me periculis obtulerim; qui sæpe aciem clypeo meo texi, ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque<sup>a</sup> patrem, si invidia abfuerit, æquabo. 30. Date hoc precibus meis, et tandem obstinatum silentium rumpite. Ubi est ille clamor, alacritatis vestræ index? ubi ille meorum Macedonum vultus? Non agnosco vos, milites; nec agnosci videor a vobis. Surdas jamdudum aures pulso: aversos animos et infractos excitare conor.<sup>b</sup> 31. Cumque illi in terram demissis capitibus tacere perseverarent; 'Nescio quid,' inquit, 'imprudens in vos deliqui, quod me ne intueri quidem vultis. In solitudine mihi videor esse: nemo respondet; nemo saltem negat. 32. Quos alloquor? quid autem postulo? vestram gloriam et magnitudinem vindicamus. Ubi sunt illi, quorum certamen paulo ante vidi contententium,<sup>c</sup> qui potissimum vulnerati regis corpus exciperent? Desertus, destitutus sum, hostibus deditus. 33. Sed solus quoque ire perseverabo:<sup>d</sup> obijcite me flumi-

mea. Voss. 1. *humanum*, omisso *ne*. Voss. 2. *vestrum*, *vestrum*, *ne dicam*. Pith. *deseratis regem*.—29 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Bong. et Mer. *qui primus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. et Mer. *me p. obtuli*. Voss. 2. *etiam clypeo*. Vulgg. edd. ante Freinsl. *ne infregeretis*; Voss. 2. *ne fregeretis*; Voss. 1. Ald. Collin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. et Amst. *ne infregeritis*. Mod. omittit *in ante manibus*. Leid. Pith. et Fauch. *affuerit*; Voss. 1. et Bong. 2. *afuerit*; Bong. 1. *affuerit*, et suprascr. *b*, ut sit *abfuerit*.—30 Bong. Amst. et Lugd. omittunt *est* post *Ubi*. Mox Voss. 2. omittit: *ubi i. m. M. vultus*, sed addita habet in margine. Florent. Voss. 1. et Bong. 2. *aversus animos*. Voss. 2. *nec infractos*.—31 Voss. 2. Bong. 1. Mer. et Col. *dimissis capitibus*. Pith. *perseverarent tacere*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *in vos imprudens deliqui*; Pith. *deliqui imprudens in vos*; Pal. 1. omittit *in vos*.—32 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Collin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *et m. indicamus*; Pal. 1. et D. *et m. judicamus*. Voss. 2. Elz. et vulgg. ante Freinsl. *exciperet*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Collin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. et Amst. *exciperent*.—33 Leid. et Voss. 1. *obijcite me*.

## NOTE

<sup>a</sup> *Herculem Liberumque*] Hercules lib. iv. cap. 2. Liber pater lib. vii. cap. 9.

<sup>c</sup> *Contententium*] Lib. vii. cap. 6.

<sup>d</sup> *Ire perseverabo*] Hæc altero tantum die dixisse auctor est Arrianus.

nibus et belluis et illis gentibus, quarum nomina horretis : inveniam, qui desertum a vobis sequantur. Scythæ Bactrianique erunt mecum ; hostes paulo ante, nunc milites nostri. 34. Mori præstat, quam precario imperatorem esse :<sup>a</sup> ite reduces domos ; ite deserto rege ovantes. Ego hic a vobis desperatæ victoriæ, aut honestæ morti locum inveniam.’

III. 1. Ne sic quidem ulli militum vox exprimi potuit :<sup>a</sup> expectabant, ut duces principesque ad regem perferrent, ‘vulneribus et continuo labore militiæ fatigatos non detrectare munia, sed sustinere non posse.’ 2. Ceterum illi metu attoniti in terram ora defixerant. Ergo primo fremitus sua sponte, deinde gemitus quoque oritur ; paulatimque liberius dolor erigi cœpit,<sup>b</sup> manantibus lacrymis, adeo ut rex, ira in misericordiam versa, ne ipse quidem, quanquam cuperet, temperare oculis potuerit.’ 3. Tandem, universa concione effusius flente, Cœnus ausus est, contantibus ceteris, propius tribunal accedere, significans, se loqui velle. 4. Quem ut videre milites detrahentem galeam capiti (ita enim regem alloqui mos est) hortari cœperunt, ‘ut causam exercitus ageret.’ 5. Tum Cœnus : ‘Dii prohibeant,’ inquit, ‘a nobis impias mentes ; et profecto prohibent. Idem animus’

<sup>a</sup> *Quam precibus emendicatum imperium obtinere.*

<sup>b</sup> *Ne hac quidem oratione potuit ab ullo militum responsum extorquere.*

<sup>c</sup> *Tristitia prodere se capiti.*

<sup>d</sup> *Abstinere lacrymis.*

Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Dan. *quorum nomina*. Pal. 1. *sequitur*. Voss. 2. *nunc m. mei*.—34 Idem codex : *ite duces mox* ; Dan. omittit : *ite reduces domos*. Leid. *haud onesta* ; Voss. 1. *aut honeste*.

1 Ald. *Nec si quid* ; vulgg. edd. ante Freinsh. *Nec sic quidem* ; codd. vero *Ne sic quidem*. Voss. 2. *ulla m. vox*. Edd. vet. *vel continuo*. Voss. 2. *nec detrectare*.—2 Pith. *in terra*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Els. et vulgg. ante Freinsh. *Igitur* ; Ald. Mer. Frob. Bas. Col. et recentt. *Ergo*. Gebhard. Gronov. et Heins. *dolor egeri*. Florent. et Leid. *quanquam cuperat* ; Pal. 1. *q. cupierat*. Voss. 2. *oculis poterat*.—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. Mer. Bas. et Col. *Penus* ; Fauch. *Penus*, et sic mox.—4 Voss. 2. *alloqui regem*.—5 Fauch. *Di prohibeant*. Voss. 2. *ut ire quo jussis* ; Ald. Colin.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Idem animus*] Immo vero longa reddidit segiores, repressitque ne dissimilis. Nam ‘Macedonas,’ in peterent ulteriorem Indiam. Cum quit Plutarchus, ‘illa cum Poro pug- enim ægre pepulissent eum qui vi-

est tuis, qui fuit semper, ire quo jusseris, pugnare, periclitari, sanguine nostro commendare posteritati tuum nomen. Proinde si perseveras, inermes quoque et nudi et exsanguis, utcumque tibi cordi est, sequimur vel anteceditur. 6. Sed si audire vis non fictas tuorum militum voces, verum necessitate ultima expressas; præbe, quæso, propitias aures imperium atque auspiciū tuum constantissime secutis et, quocumque pergis, secuturis. 7. Vicisti, rex, magnitudine rerum non hostes modo, sed etiam milites: quicquid mortalitas capere poterat, implevimus: emensis maria terrasque melius nobis, quam incolis omnia nota sunt: pæne in ultimo mundi fine consistimus. 8. In alium orbem paras ire, et Indiam quæris Indis quoque ignotam: inter feras serpentesque degentes eruere ex latebris et cubilibus suis expetis, ut plura, quam sol videt, victoria lustres. 9. Digna prorsus cogitatio animo tuo; sed altior nostro: virtus enim tua semper in incremento erit; nostra vis in fine jam est. 10. Intuere corpora exsanguia, tot perfossa vulneribus, tot cicatricibus putria.<sup>b</sup> Jam tela hebetia sunt: jam arma deficient. Vestem Persicam<sup>c</sup> induimus, quia domestica subvehi non potest: in externum degenera-



Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. omittunt quo. Voss. 2. omittit et ante nudi. Voss. 1. tibi cordiem.—6 Mod. omittit militum, quod tamen codd. et edd. vett. servant. Florent. *expresses*. Voss. 2. *propitius*. Leid. et Voss. 1. *hauspicium*. —7 Voss. 1. *magnitudinem*. Heinsius conj. *sed etiam suos milites*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 2. *emensi*.—8 Voss. 1. *In aliam urbem*. Voss. 2. omittit *que post serpentes*. Pal. 1. *er. ex lateribus*; Pith. *ex latebr. eruere*. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *cubiculis*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *cubilibus*. Amat. *expellis*.—9 Voss. 2. *tuō animo*. Pith. *sed altior celo*. Voss. 2. *virtus tua, omisso enim*. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Bong. omittunt *in ante incremento*; Voss. 2. *in certando*. Florent. Leid. Voss. 1. Amat. et Lugd. *jām in fine est*.—10 Ald. Mer. Frob. Bas. et Col. *putrida*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. *putria*; et sic Bong. 2. *sed anprascr. d.* Voss. 1. et Bong. 1. 2. *tela ebetia*; Voss. 2. et Pal. 1. *tela hebetia*.

#### NOTÆ

ginti millia peditum, et duo millia equitum in aciem adduxerat; obnixæ reluctati Alexandro sunt, &c. territi videlicet laborum ac periculorum, quæ offerebantur, magnitudine.

<sup>b</sup> Putria] Melius forte turpia.

<sup>c</sup> Vestem Persicam] Vide lib. vi. cap. 6. Sed hoc quidem falsum est si vera sunt quæ illic ex Arriano, Plutarcho, Diodoro retulimus.

vimus cultum. 11. Quotocuique lorica est? quis equum habet? jube quæri, quam multos servi ipsorum persecuti sunt; quid cuique supersit ex præda. Omnium victores, omnium inopes<sup>d</sup> sumus. Nec luxuria laboramus, sed bello instrumenta<sup>e</sup> belli consumsimus. 12. Hunc tu pulcherrimum exercitum nudum objicies belluis? quarum ut multitudinem augeant de industria barbari, magnum tamen esse numerum, etiâ ex mendacio intelligo. 13. Quod si adhuc penetrare in Indiam certum est, regio a Meridie minus vasta est: qua subacta licebit decurrere in illud mare, quod rebus humanis terminum voluit esse natura. 14. Cur circumit petis gloriam, quæ ad manum posita est? hic quoque occurrit Oceanus: nisi mavis errare, pervenimus, quo tua fortuna ducit. 15. Hæc tecum, quam sine te cum his, loqui malui; non uti inirem circumstantis exercitus gratiam, sed ut vocem loquentium potius, quam [ut] gemitum murmurantium audires.' 16. Ut finem orationi Cœnus imposuit, clamor undique cum ploratu oritur, 'regem, patrem, dominum,' confusis appellantium vocibus. 17. Jamque et alii duces præcipueque seniores, quis ob ætatem et excusatio honestior erat, et auctoritas major, eadem precabantur. 18. Ille nec castigare obstinatos, nec mitigare poterat iratos: itaque inops consilii desiluit e tribunali 'claudique regiam' jussit, omnibus, præter assuetos, adire prohibitis.

Voss. 1. *V. P. indai.* Voss. 2. et Pith. *in extremum.*—11 Florent. et Leid. *quod cuique*; Voss. 2. *cui quid supersit.*—12 Florent. *Hunc te*; Voss. 2. *Nunc tuum*; Pith. *Nunc tu.* Leid. et Voss. 1. *objicies belluis.* Voss. 2. *esse tamen.* Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. *ex m. intelligo.*—13 Voss. 2. *penetrare Indiam,* omisso *in.* Mer. *vastata est.* Voss. 2. *qua sublata.*—14 Mod. *omittit posita.*—15 Florent. Leid. et Voss. 1. *omittunt ut ante gemitum.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. Pith. Pal. 1. Dan. Mer. Bas. et Col. *Pænus*; Fauch. et Bong. 1. *Pænus,* et sic postea.—17 Voss. 2. *præcipue sed seniores*; Fauch. *seniores.* Pith. *quis ab ætate.*—18 Edd. vett. *desilivit*; eodd. vero et edd. re-

## NOTE

<sup>d</sup> *Omnium inopes*] Quis hoc credat? Certe his contraria loquitur apud Arrianum hoc loco Cœnus, eoque nomine Macedonas excusat, quod divites facti patriam domosque cogi-

tent. Nec tamen omnes adeo fuisse opulentos apparet ex libri x. cap. 2.

<sup>e</sup> *Instrumenta*] Non arma solum, sed pecuniam, equos, &c.

19. Biduum iræ datum est; tertio die processit, 'erigique XII. aras<sup>f</sup> ex quadrato saxo, monumentum expeditionis suæ; munimenta quoque castrorum' jussit 'extendi, cubiliaque amplioris formæ, quam pro corporum habitu, relinqui;' ut speciem omnium<sup>g</sup> auget, posteritati fallax miraculum<sup>h</sup> præparans. 20. Hinc repetens, quæ emensus erat, ad flumen Acesinem locat castra. Ibi forte Coenus morbo extinctus est: cujus morte ingemuit rex quidem; adjecit tamen, 'propter paucos dies longam orationem eum exorsum, tanquam solus Macedoniam visurus esset.' 21. Jam in aqua classis, quam ædificari jusserat, stabat. Inter hæc Memnon ex Thracia<sup>i</sup> in supplementum equitum sex millia, præter eos ab Harpalo peditum septem millia adduxerat; armaque XXV. millia auro et argento cælata per-tulerat, quis distributis, vetera cremari jussit. 22. Mille

centi. desinit. — 19 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. *processit e regia! qui XII. aras*; Voss. 2. *processit e regia, quo XII. aras*; Bas. *processit regia, qui XII. aras*; codd. Modii: *processit e regia, XII. aras*. Florent. Leid. et Voss. 1. *monumentum*. Bong. 1. *munimenta quoque*. Voss. 2. et Pal. 1. *cubiliaque*; Frob. *cubilia quoque*. Voss. 2. *per corporum speciem habitu reliquam*. Voss. 2. *posteritatis*. Dan. supra lineas: *miraculum apparet*; Pal. 1. *mir. præparansque*; Voss. 2. *m. proponens*; Lugd. *m. propere, vel properæ*. — 20 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Acestinem*; Pal. 1. et Dan. *Acestinem*. Pal. 1. *Ubi forte... cujus mortem*. Voss. 2. *Pith. Amst. et Lugd. quidem rex*. Pal. 1. *vix longam erat*. Voss. 2. *o. tum exorsum*. — 21 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *In hac*. Pith. *Memnon*; Voss. 2. et Bas. *Menon*. Voss. 2. Dan. Fauch. Pith. et Bong. 1. 2. *quinque millia*; Florent. Leid. et Voss. 1. *V. millia*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Col. *ab Harpelo*; Voss. 2. *ab Arpello*; Pal. 1. *ab Carpebo*. Florent. Leid. et Voss. 1. *VII. millia*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *XXV. milia*; inter hæc verba Fauch. vacuum habet spatium aliquot literarum; Mer. omittit *XXV. millia*. Pal. 1. *quis tributis*. Voss. 2. omittit *vetera*. Mod. *cremare jussit*. — 22 Florent. et

## NOTÆ

<sup>f</sup> *XII. aras*] 'Altitudine quidem maximis turribus bellicis pares: latitudinæ majore quam turrium.' Arrianus lib. v. extremo. Diodorus quinquaginta cubitis altas facit. His æmulabatur Alexander Herculis columnas et Liberi patris terminos, de quibus lib. vii. cap. 9.

<sup>g</sup> *Omnium*] Aliter, *hominum*: quod magis ad illa Diodori verba accederet, ἀπολιπεῖν σημεῖα μεγάλων ἄνδρων,

*magnorum virorum indicia relinquere.*

<sup>h</sup> *Fallax mirac.*] Falsæ admirationis materiam: posteris videlicet ex castrorum lectorumque amplitudine magnitudinem Macedonum ac multitudinem æstimaturis.

<sup>i</sup> *Memnon ex Thracia*] Alius hic ab eo Memnone qui Thraciæ præfectus ab Alexandro, barbaros ad defectonem impulit; ut habes in Supplement. lib. vi. initio.

navigiis<sup>j</sup> aditurus Oceanum, discordes et vetera odia retractantes Porum et Taxilem, Indiæ reges, firmata per affinitatem gratia, reliquit in suis regnis; summo in ædificanda classe amborum studio usus. 23. Oppida quoque duo<sup>k</sup> condidit, quorum alterum 'Nicæam' appellavit, alterum 'Bucephalon,' equi, quem amiserat, memoriæ ac nomini dedicans urbem. 24. 'Elephantis' deinde 'et impedimentis terra sequi' jussis, secundo amne<sup>l</sup> defluxit; quadraginta<sup>m</sup> ferme stadia singulis diebus procedens, ut opportunis locis exponi subinde copiæ possent.

Leid. *B. navigiis*; Voss. 1. *OO navigiis*. Bong. Florent. et Leid. *discordesque*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *firmata . . . gratia*. Florent. Leid. et Voss. 1. *relinquit*. Pal. 1. *arborum pro amborum*.—23 Voss. 2. omittit: *q. a. N. a. alterum*. Florent. Ald. et Mer. *Bucephalum*; Voss. 1. *Bucefalum*; Voss. 2. *Bucefala*. Voss. 1. *æqui*. Pith. *hoc nomine*; Fauch. *hanc nomini*; ceteri, *ac nomine*.—24 Pith. *amne defluxit*. Freinsh. emendat: *quadringenta ferme stadia*; Vincentius p. 111. *LX. ferme stadia*. Bong. 1. *opportunis locis*.

## NOTE

<sup>j</sup> *Mille navigiis*] Arrianus ex Ptolemæo numerat circiter duo millia. *Oceanum*] Qui Indiam a Meridie aluit.

<sup>k</sup> *Oppida duo*] Illa ipsa quæ dixerat Curtius hujus libri cap. 1. ad utramque Hydaspis fluvii ripam constructa, ut illic docuimus ex Arriano et Strabone. Aut ergo fallitur Curtius qui ad hoc usque tempus distulit; aut illic inchoatas, hic absolutas intelligit. Arrianus vero tum quidem instaurata fuisse docet quæ imbres corruperant.

<sup>l</sup> *Amne*] Acesine, si Curtium audimus cum suo Diodoro errantem; ad hunc enim paulo ante castra metatum dixerat: sin rei veritatem attendimus, de Hydaspis profecto accipiendum est. Ab hoc enim inceptam esse Alexandri navigationem non solum Arrianus et Strabo diserte tradunt; verum etiam ipse Curtius ac Diodorus satis indicant. Vide, si lubet, hoc loco Freinshemii Notas.

<sup>m</sup> *Quadringenta*] Sic quidem libri

omnes miro consensu. Atenim, ut optime vidit Freinshemius, non potuit decem mensibus, quod ait Strabo ex Nearcho et Aristobulo; vel septem, quod Plutarchus; non potuit, inquam, ad Pattalenam iusulam circa Indi ostia pervenire intra decem menses, ne si quidem continenter navigasset, 40. solum stadiis in dies singulos imputatis. Nam decem mensibus paulo plusquam duodecim stadiorum millia, hoc est, leucas nostrates circiter quadringentas conficere hac ratione potuit. Atqui crebræ intercesserunt excensiones, eæque nonnunquam ad varia bella oppugnationesque urbium satis diuturnæ; ut deinceps videbimus. Ea res Freinshemium impulit, ut crederet hoc loco pro *quadringenta* legendum esse *quadringenta stadia*, hoc est, millaria quinquaginta: quod sane nimium non est secundo amne defluentibus; nimium tamen, si attendamus quod ait Diodorus, bonam exercitus partem juxta in fluminis ripa iter fecisse.

iv. 1. *Perventum erat in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini committitur.* 2. *Hinc decurrit<sup>a</sup> in fines Sobiorum:*<sup>b</sup> hi 'de exercitu Herculis' majores suos esse' commemorant, 'ægros relictos [esse;] cepisse sedem, quam ipsi obtinebant.' 3. *Pelles ferarum pro veste, clavæ pro telo erant: multaue etiam, cum Græci mores exolevisent, stirpis ostendebant vestigia.* 4. *Hinc, exscensione facta, cc. et L. stadia<sup>d</sup> processit, depopulatusque regio-*

1 Voss. 2. *regione.* Florent. Leid. et Bong. 2. *Hydaspis;* Voss. 1. 2. et Bong. 1. *Hidaspis.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *Acessino;* Voss. 2. *Accessio;* Ald. *Acesino.* Voss. 2. *admittitur.*—2 'Multi codd. [Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. et Ald.] *Soborum.* [Voss. 1. *Oborum.*] Apud plurimos vocantur 'Sibæ;' ap. Diod. c. 96. 'Sibi,' ubi vide Notam P. Weasingii. Sequentia cum Freinshemio sic legere mallet: *Hi de exercitu Herculis majores suos commemorant ægros relictos cepisse sedem, &c.* Alterum esse abest a cod. Theocr. *Schmieder.* Bothe legit: *Hi . . . ægros relictos cepisse sedem, &c.* et sic Acidalius, nisi quod *rd ipse* delendum putaret. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *memorant.* Bong. 1. Voss. 1. Elz. et vulgg. ante Freinsh. *se cepisse;* Pal. 1. Dan. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. *esse; cepisse.* Voss. 2. *fidem pro sedem.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *Amst. et Lugd. clavæ tela;* Fauch. et Pith. *clavata;* Dan. *clavæ tela,* et, disunctis tribus literis, *clavate;* Theocr. *pro armis clara erat.* Voss. 1. et Bong. 2. *exolevisent;* Voss. 2. *ostendebat.*—4 'Diodorus scribit, Sibos se Alexandro sine bello dedisse, eorumque urbes libertate a rege donatas esse. Alia scripisset Curtius, si cum vulgata legis: *Hic exscensione facta;* sed si, quod prætulī, cum aliquot codd. [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col.] *Hinc e. f. legis,* credendum est, cum Sibis non pugnatum esse, sed hinc, i. e. ex gente Siborum longius profectum Alexandrum alius gentis et metropolin cepisse et exercitum fugasse.' *Schmieder.* Pal. 1. et Leid. *excessione;* Voss. 2. Ald. Bas. et Col. *extensione;* Fauch. *ecensione;* Pith. *excessionem;* Mer. *excessionem;* Florent. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *exscensione.* Mer. *factam esse et L. stadia;* Voss. 1.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Decurrit*] Acesines: hic enim Hydaspe aliisque fluminibus auctus, 'suumque victor nomen retinens, in Indum fertur,' inquit Arrianus.

<sup>b</sup> *Sobiorum*] Alias *Soborum.* Apud Strabonem et Arrianum in Indicis, vocantur *Sibæ:* apud Diodorum corrupte legitur *Ἰβους, Ἰβος,* pro *Ἰβους,* ut hic animadvertit Freinshemius: vitiosa quoque apud Justinum scriptura est lib. xii. cap. 9. 'Sileos' pro 'Sibos.'

<sup>c</sup> *De exerc. Herc.*] Vide lib. viii. c. 14. Eadem ferme a Diodoro refe-

runtur, sed ex fabulosis narrationibus accepta, quas docte Strabo refellit lib. xv. *Pelles fer.*] Ad imitationem Herculis videlicet, quem leonis Nemei pelle indutum prædicant. Verum 'ejusmodi Herculis habitus, multo posterior Trojanarum rerum memoria, (adeoque et ipso Hercule,) figmentum eorum videtur qui Heracleam poemata scripserunt: antiquæ enim statux hoc modo apparatus non sunt.' Hæc Strabo ibidem.

<sup>d</sup> *CC. et L. stadia.*] Milliaria unum et triginta cum ducentis passibus.



nem, oppidum, caput ejus, corona cepit: 5. XL. peditum millia alia gens<sup>a</sup> in ripa fluminum opposuerat, quam amne superato in fugam compulit, inclusosque mœnibus expugnat: puberes interfecti sunt, ceteri venierunt. 6. Alteram deinde urbem<sup>f</sup> expugnare adortus, magnaue vi defendentium pulsus, multos Macedonum amisit. Sed cum in obsidione perseverasset, oppidani deserta salute ignem subicere<sup>g</sup> tectis, se quoque ac liberos conjugesque incendio cremant. 7. Quod cum ipsi augerent, hostes extinguerent, nova forma pugnae erat: debebant incolæ urbem; hostes defendebant: adeo etiam naturæ jura bellum in contrarium mutat. 8. Arx erat oppidi intacta, in qua præsidium dereliquit: ipse navigio circumvectus est arcem: quippe III. flumina tota India præter Gangem maxima munimento arcis applicant undas.<sup>a</sup> A Septemtrione Indus alluit; a

<sup>a</sup> Arcis munitiones aquis alluunt.

\*\*\*\*\*

Frob. Elz. Lugd. Col. et Bas. f. CCL. stadia. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Mer. excessit.—5 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. omittunt alia. 'Glossema videtur vox fluminum.' Bothe. 'Legendum est fluminis.' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Elz. quæ amne; Pal. 1. quo amne. Wesseling. conj. Agalassenses... opposuerunt, quos amne... compulit, probante Schmieder.—6 Voss. 2. omittit urbem. Ald. adhortus; Fauch. adorsus. Voss. 2. magnaue inde vi... Mucedonas. Mer. perseverassent. Voss. 1. subicere tectis. Voss. 2. et conjuges.—7 Voss. 1. ut hostes. Voss. 1. et Leid. erant pro erat. Voss. 2. debebant incolæ. Mox pro defendebant Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. exstinguebant. Mod. vera pro jura, probante Gronovio uno. Florent. et Leid. in c. mutat.—8 Pal. 1. in qua subsidium. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. 1. 2. ipse navigiis. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. omittunt est. Voss. 2. omittit maxima, et deinde habet cum Pal. 1. et Mod. munimenta. Pith. abluit; Bong. 1. 2. et Fauch. attulit; Mer.

#### NOTÆ

Corona] Lib. iv. cap. 6.

<sup>a</sup> Gens] Agalassenses vocat Diodorus. Vocem alia, quam aliquot libri adjecerunt, sustulimus plures secuti: et Diodorus, unde hæc sumta sunt, ad unam referenda esse satis indicat. Nihil est igitur quod laboramus quorsum fluminum de uno Acesine dixerit; neque enim de Acesine, sed de aliis sermo est quos exscen-

sione facta in Mediterranea excurrens transmisit. Amne] Hunc Hydrotem esse, sive Hyarotium, ex Arriano arbitror colligi posse.

<sup>f</sup> Alteram urbem] Brachmanum ex urbibus eam fuisse Arrianus tradit.

<sup>g</sup> Oppidani ign. subj.] Sic quoque prodidit idem auctor: sed Diodorus oppidum ab Alexandro per iram incensum ait.

Meridie Acesines Hydaspis confunditur.<sup>b</sup> 9. Ceterum amnium coitus<sup>i</sup> maritimis similes fluctus movent, multoque ac turbido limo, quod aquarum concursu subinde turbatur, iter, qua meant navigia, in tenuem alveum cogitur.<sup>c</sup> 10. Itaque cum crebri fluctus se inveherent, et navium hinc proras, hinc latera pulsarent; subducere<sup>e</sup> nautæ cœperunt: sed ministeria eorum hinc metu, hinc prærapida celeritate fluminum occupantur.<sup>d</sup> 11. In oculis duo majora omnium navigia summersa sunt; leviora, cum et ipsa nequirent regi, in ripam tamen innoxia expulsa sunt. Ipse rex in rapidissimos vortices incidit: quibus intorta navis, obliqua et gubernaculi impatiens agebatur.<sup>f</sup> 12. Jam vestem detraxerat corpori, projecturus semet in flumen; amique, ut exciperent eum, haud procul nabant: apparebatque anceps periculum<sup>f</sup> tam nataturi, quam navigare perse-

<sup>b</sup> In angustum canalem constringitur Acesines.

<sup>c</sup> Ad terram appellere navigia.

<sup>d</sup> Illorum labor prævenitur.

<sup>e</sup> In transversum ferebatur, nec clavo regi poterat.

<sup>f</sup> Æquale utrimque discrimen fore videbatur.

\*\*\*\*\*

aluit. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Hacesines*; Voss. 2. *Haslesines* *H. confundunt*. Pro *confunditur* Schmieder. conj. *confusus*.—9 Florent. Leid. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *coitus*; Voss. 1. 2. *cetus*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *movent*. Voss. 2. *a turbido*, et mox omittit *concurso*, relicto spatio. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. *qua meant navigiis*; Voss. 2. *quo meant navigiis*; Ald. Bas. et Col. *qua meant navigiis*; Frob. *qua manent navigiis*. Voss. 2. omittit, in *tenuem alveum*.—10 Idem codex, *inde proras*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *nautæ vela*. Voss. 2. *ministeria ipsorum*. Florent. Leid. et Voss. 2. *cetus* pro *metu*; Ald. Mer. Bas. et Col. *coitu*.—11 Voss. 2. Pal. 1. Mod. alii omittunt *omnium*. Bong. 1. 2. Florent. Leid. Voss. 1. et Elz. *vertices*; Voss. 2. Ald. Colin. et Gryph. *vortices*.—12 Heinsius conj. *ut exciperent, haud procul*,

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Confunditur*] Immo Hercule Curtius ipse Geographiæ ac Historiæ rationes confundit. Jamdiu Hydaspis et Acesinis confluentes prætergressum ex hoc ipso capite atque ex Arriano manifestum est: et constat prius aliquanto Hydaspem Acesini, quam hunc Indo misceri. Quo igitur pacto ad unam arcem trium amnium

coitus fiat?

<sup>i</sup> *Amnium coitus*] Hydaspis et Acesinis, ut aperte constat ex Arriano. Sed Curtius, errantem secutus Diodorum, de Acesine et Indo concurrentibus accepit quæ ad Hydaspis et Acesinis confluentes referre supra debuerat.

Delph. et Var. Clas.

Q. Curt.

2 X

verantis. 13. Ergo ingenti certamine concitant remos, quantaque vis humana esse poterat, admota est, ut fluctus, qui se invehebant, everberarentur.<sup>c</sup> 14. Findi crederes undas, et retro gurgites cedere: quibus tandem navis erepta, non tamen ripæ applicabatur, sed in proximum vadum illiditur. Cum amne bellum fuisse crederes: ergo aris pro numero fluminum positis sacrificioque facto, xxx. stadia processit. 15. Inde ventum est in regionem Oxydracarum<sup>j</sup> Mallorumque, quos alias bellare inter se solitos tunc periculi societas junxerat.<sup>k</sup> Nonaginta<sup>l</sup> millia juniorum peditum in armis erant; præter hos equitum x. millia

<sup>c</sup> *Ut fluctus, qui se in navem illidebant, remis frangerentur.*

~~~~~

§c. Voss. 1. *natubant.*—13 Florent. Leid. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. *in se vehebant*: Mer. *in se vehebantur*. Heinsius conj. *insæviebant*. Florent. *everberare.*—14 Voss. 2. *Scindi credes*. Bong. 2. et Voss. 1. *gurgites credere*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Frob. *ripæ applicatur*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Lugd. *Cum amni*. Ald. *sacrificio facto*, omisso *que.*—15 Voss. 2. *omittit est post ventum*. Leid. *omittit in regionem*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. 1. 2. et Mer. *Sudracarum M. Col. O. Malorumque*. Voss. 2. et vulgg. ante Freinsh. *Novem millia*; Florent. Leid. et Voss. 1. *VIII. millia*; Pal. 1. *VIII. millia*. Voss. 1. *equitum X. CCCC.*

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *In reg. Oxydr.*] Erant igitur, si Curtium audimus, Oxydracæ Mallique ad Indum fluvium, infra eum locum ubi Acesinem excipit. Atenim Arrianus, multo ille diligentior auctor et fide dignior, Alexandri navigationem per singulos prope dies persecutus, Oxydracas circum Acesinis et Hydaspis confluentes, Mallos vero ad Hydraotem ponit, qui infra Hydasphem Acesini jungitur. Quanquam idem in Indicis scribit apud Mallos Acesinem in Indum exire: ex quo illud quidem sequitur, Mallorum regionem ad usque Indi et Acesinis confluentes pertinere, non tamen inferiorem esse; quod perpetuam Curtius cum Diodoro significat. Est autem Oxydracæ Græcum nomen, ab ὄξυς, *acutus*, et ὄρκος, *vias*; forte

quod ista gens præcipue oculorum acie valeat. Sed Plinio 'Sydracæ' vel 'Syndracæ,' et aliquot Curtii codicibus impressis ac Mss. *Sudracæ*: quod utrum ex Oxydracæ factum sit, an contra in illud mutatum sit propter affinitatem vocum, non ita promptum est dicere: a pluribus certe Oxydracæ vocantur.

<sup>k</sup> *Junxerat*] 'Statuerant quidem Malli Oxydracis sese conjungere, atque ita prælium inire: sed eos Alexander occupavit, per arida et siticulosa loca persecutus priusquam adjuvamento invicem esse possent.' Hæc Arrianus.

<sup>l</sup> *Nonaginta*] Totidem Diodorus, unde hæc transcripta sunt; cui propterea major, quam variantibus Curtii libris, habenda fides est.

nongentæque quadrigæ. 16. At Macedones, qui omni discrimine jam defunctos se esse crediderant, postquam integrum bellum cum ferocissimis Indiæ gentibus superesse cognoverunt, improviso metu territi, rursus seditiosis vocibus regem increpare cœperunt. 17. 'Gangen amnem, et quæ ultra essent, coactos transmittere;' <sup>m</sup> non tamen finisse, sed mutasse bellum. Indomitis gentibus se objectos, ut sanguine suo aperirent ei Oceanum. 18. Trahi extra sidera <sup>n</sup> et solem, cogique adire, quæ mortalium oculis natura subduxerit. Novis idemtidem armis novos hostes existere. <sup>h</sup> Quos ut omnes fundant fugentque, quod præmium ipsos manere? caliginem, ac tenebras, et perpetuam noctem profundo incubantem; repletum immanium belluarum gregibus fretum: immobiles undas, in quibus <sup>o</sup> emoriens natura defecerit.' 19. Rex, non sua, sed militum solitudine anxius, concione advocata docet, 'imbelles esse,

<sup>A</sup> Pro novis, quæ subinde mutabant, armis novos hostes occurrere.

\*\*\*\*\*

quadrigæ; Mer. equitum X. omisso millia. Voss. 2. cetera pro nongentæque.—16 Florent. Ad Macedones. Voss. 2. se esse credebant. Vulgg. edd. ante Freinsh. postquam; codd. vero et edd. recentt. postquam. Voss. 1. et Bong. 1. improvisu metu.—17 Voss. 1. et Bong. 2. coactos transmissere. Mer. non t. finivisse. Vid. Not. Var.—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Elz. et vulgg. ante Freinsh. subduxerat; Acidalius malit subduxerit. Voss. 2. omittit ut ante omnes. Voss. 1. caligine. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. perpetua nocte. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. incubantem mari. Pal. 1. beluarum egregium fretum.—19 Voss. 1. et Bong. sed m. s. anxius. Voss. 2. concione vocata; Pal. 1. concione advocato... quos me-

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Coactos transm.] Atqui cesserat 'illis metuentibus Gangem,' ut mox subiungit, et supra narravit, cap. 3. ac ne Hypasim quidem transire cœgerat. Aliter alii hanc ἐπαιτιολογίαν tollere satagunt. Glareanus legendum suadet: coactum transmittere, Alexandrum scilicet: transmittere, inquam, id est, prætermittere, ait Freinshemius. Quod quidem Curtio insolitum, et hoc loco violentum est. Raderus adiecit initio, non quidem Gangem, &c. Sed qua demum auctoritate? Hoc quidem modo facilius

diceres: Gangem amnem... non coactos transmittere: non tamen, &c. Sed potius credam erratum esse Curtii vel librariorum certe, qui Gangem pro Indo scripserint.

<sup>n</sup> Extra sidera] Hyperbole satis ridicula: quomodo enim extra sidera solemque traherentur ad 'caliginem ac tenebras,' qui ad loca soli vicini ora procederent?

<sup>o</sup> In quibus] Quæ idcirco immobiles torpescunt, quia propter longinquitatem pertingere ad eas usque naturæ vis jam debilior non potuit.

quos metuant: nihil deinde præter has gentes obstare, quo minus terrarum spatia emensi ad finem simul mundi laborumque perveniant. 20. Cessisse illis,<sup>p</sup> metuentibus Gangem et multitudinem nationum, quæ ultra amnem essent; declinasse iter eo, ubi par gloria, minus periculum esset. 21. Jam prospicere se Oceanum: jam perflare ad ipsos auram maris: ne inviderent sibi laudem, quam peteret. Herculis et Liberi patris terminos transituros<sup>q</sup> illos, regi suo parvo impendio immortalitatem famæ daturus: pate-rentur se ex India redire, non fugere.' 22. Omnis multitudo, et maxime militaris, mobili impetu fertur: ita seditionis non remedia, quam principia majora sunt. 23. Non alias tam alacer clamor ab exercitu est redditus, jubentium 'duceret Diis secundis, et æquaret gloria, quos æmularetur.' Lætus his acclamationibus ad hostes protenus castra movit. 24. Validissimæ Indorum gentes erant, et bellum impigre parabant; ducemque ex natione Oxydracarum spectatæ virtutis elegerant. Qui sub radicibus montis castra posuit, lateque ignes, ut speciem multitudinis augeret, ostendit; clamore quoque ac sui moris ululatu identidem acquiescentes Macedonas frustra terrere conatus. 25. Jam lux appetebat, cum rex fiduciæ ac spei plenus alacres milites 'arma capere et exire in aciem' jubet.

\*\*\*\*\*

tuunt. Voss. 2. *has obstare gentes... spatia omnes ad, &c.* Florent. Voss. 1. Mer. Col. et Mod. *laboremque*; Leid. *laborisque*. Bong. 1. 2. *perveniunt*.—20 Voss. 2. *vel pro illis*, Pal. 1. *qui ultra*. Voss. 2. *miraculum esset*; Florent. *periculum esse*.—21 Pal. 1. *prospacere... jam perflagrare... quam appeteret*. Voss. 2. *Hercules*. Mod. Amst. et Lugd. *transituro*; ceteri *transituros*.—22 Voss. 2. *ignobili impetu*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *adfertur*; Voss. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. 1. *affertur*; Fauch. et Mer. *effertur*; Bong. 1. *supra*scr. habet *ef*, ut sit *effertur*. Heinsius legi jubet *aufertur*. Ald. *minora sunt*.—23 Voss. 2. *exercitus*, omisso *ab*. Bong. 1. 2. et Leid. *Dis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *æquaretque*. Voss. 1. *adclamatoribus*.—24 Idem codex *Validissime*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Mer. Bas. et Col. ex n. *Sudracarum*; Pith. ex n. *Subdracarum*, et sic deinceps. Voss. 2. *castra ponit*. Florent. *ignis*.—25 Ald. Colin. Gryph. Probr. Mer. Bas. et Col. *lux apparebat*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. Dan. Mod. et Elz. *lux*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Cessisse illis*] Ipsum Alexandrum    <sup>q</sup> *Transituros*] Alias *transituros*.  
iis morem gessisse; supra cap. 3.

Sed metune,<sup>r</sup> an seditione oborta inter ipsos, subito profugerunt barbari. Certe avios montes et impeditos occupaverunt: quorum agmen rex frustra persecutus, impedimenta cepit. 26. Perventum deinde est ad oppidum Oxydracarum,<sup>s</sup> in quod plerique confugerant, haud majore fiducia mœnium, quam armorum.<sup>i</sup> 27. Jam admovebat rex, cum vates monere eum cœpit, 'ne committeret,' aut certe differret obsidionem: vitæ ejus periculum ostendi.<sup>t</sup> 28. Rex Demophoonta (is namque vates erat) intuens, 'si quis,' inquit, 'te arti tuæ intentum et exta<sup>u</sup> spectantem sic interpellet, non dubitem, quin incommodus ac molestus videri tibi possit.' 29. Et cum ille 'ita prorsus futurum' respondisset; 'Censesne,' inquit, 'tantas res, non pecudum

<sup>i</sup> Non minus armis suis quam muris confisi.

\*\*\*\*\*

adpetebat. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. et Col. *Sed ut traditur metune*; Pal. 1. *Sed ut tradite*; Bas. *Sed non traditur metune*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *an oborta seditione*.—26 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *id quo plerique*; Voss. 2. *in quo plerique*. Florent. aut majore.—27 Leid. recentiori manu suprascr. *admovebat* habet *machinas*; Mer. *admonebat res*. Heinsius conj. *admovebatur*. Fauch. Pith. et Bong. *nec committeret*. Malebat Freinsh. cum *vates monere cœpit*, *omitteret*, aut *c. d. obsidionem*.—28 Florent. et Leid. *Demophoontem*; Voss. 1. *Demophonta*; Voss. 2. *Demofontem*; Bong. 1. 2. *Demophonem*; Pal. 1. et Dan. *Demophantem*. Ald. Mer. Bas. et Col. omittunt *te*, quod servant Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Pal. 1. Dan. Elz. et al. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *et e. expectantem*. Pal. 1. omittit *sic*, pro quo Voss. 2. *siti*; Ald. Col. Mer. et Bas. *sic interpolet*. Frob. et al. *dubium quin*. Voss. 2. *incommodius ac molestius*.—29 Idem codex: *futurum sibi esse respon-*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Sed metune*] Sic Modio visum et Palmerio: cum alii malint: *sed non traditur metune*... Alii: *sed haud traditur metune*... *profugerint*.

<sup>s</sup> *Oxydracarum*] 'Infortunium hoc (quod mox sequitur) in Oxydracis Alexandro obtigisse communis opinio est: quod tamen apud Mallos, liberam Indorum gentem, accidit.' Arrian. lib. vi. cui Strabo et Plutarchus suffragantur.

<sup>i</sup> *Ne committeret*] Ne inchoaret omnino obsidionem, aut certe, &c. Nam 'committendi' verbum ita quando-

que significat, ut apud Virgil. *Æneid.* v. 'Et tuba commissos medio canit aggere ludos.' Rectius tamen, opinor, ex conjectura Freinsheimii restituamus: ut *omitteret* aut certe *diff. obsid.*

<sup>u</sup> *Extæ*] Extæ dicuntur pecudum viscera quorum inspectione aruspices futura divinare se profitebantur. Dicta sunt *extæ*, vel ab 'exsecando,' quasi 'exsecta'; vel potius ab 'extando,' quod maxime extarent. In homine dicuntur 'præcordia.'

fibras, ante oculos habenti ullum esse majus impedimentum, quam vatem superstitione captum? 30. Nec diutius quam respondit moratus, 'admoventi' jubet 'scalas:' cunctantibusque ceteris evadit in murum. Angusta muri corona erat: non pinnæ,<sup>v</sup> sicut alibi, fastigium ejus distinxerant;<sup>j</sup> sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. 31. Itaque rex hærebat magis, quam stabat in margine, clypeo undique incidentia tela propulsans; nam ubique eminens ex turribus petebatur. 32. Nec subire milites poterant, quia superne vi telorum obruebantur: tandem magnitudinem periculi pudor vicit: quippe cernebant cunctatione sua dedi hostibus regem. 33. Sed festinando morabantur auxilia; nam dum pro se quisque certat evadere, onerare scalas: quis non sufficientibus, devoluti unicam spem regis fefellerunt.<sup>k</sup> Stabat enim in conspectu tanti exercitus, velut in solitudine destitutus.

v. 1. Jamque lævam, qua clypeum ad ictus circumferebat, lassaverat, clamantibus amicis, 'ut ad ipsos desiliret,' stabantque excepturi; cum ille ausus est rem incredibilem atque inauditam, multoque magis ad famam temeritatis, quam gloriæ insignem. 2. Namque in urbem<sup>a</sup> hostium plenam<sup>b</sup> præcipiti saltu semet ipse immisit; cum vix spe-

<sup>j</sup> Muri summitas non erat pinnis alternatim fastigiata ut in aliis solet.

<sup>k</sup> Quæ cum eos destituisent, illi deorsum præcipitati, &c.

\*\*\*\*\*

disset. Florent. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *illum esse*; sed Bong. 1. suprascr. *w*, ut sit *ullum*.—30 Bong. 1. *Ne diutius*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *que* post *cunctantibus*. Voss. 2. *fastigium alibi*, et omittit *ejus*.—31 Voss. 1. Frob. Amst. et Lugd. *nam undique*.—32 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *magnitudinem telorum periculi*; Pith. m. *telorum ictibus periculi*.—33 Heinsius pro *certat* malebat *certant*.

<sup>1</sup> Scheff. conj. *lassaverant*. Edd. vulgg. ante Schmieder. *ausus*, omisso *est*, quod tamen retinent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Frob. Bas. Col. et Lugd. 'Si a codd. auctoritate abire liceret, omitterem et illud *est*, et proximum *namque*.' Schmieder. Voss. 2. *multo magis*, omisso *que*.—2 Idem codex:

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Pinnæ*] Murorum summitates enim capta nrhs erat, teste Arriano. certis intervallis discretæ; vulgo, *les creneaux*. <sup>b</sup> *Hostium plenam*] Errat enimvero Justinus qui desertam a defensoribus

<sup>a</sup> *In urbem*] Immo in arcem: jam fuisse scribit: et ipse sibi pugnat,

rare posset, dimicantem certe, et non inultum esse moriturum: quippe, antequam assurgeret, opprimi poterat et capi vivus. 3. Sed forte ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet: <sup>a</sup> itaque stans init pugnam; et, ne circumiri posset, fortuna providerat. 4. Vetusta arbor, haud procul muro, ramos multa fronde vestitos, velut de industria regem protegentes, objecerat: hujus spatioso stipiti corpus [ne circumiri posset,] applicuit; <sup>b</sup> clypeo tela, quæ ex adverso ingerebantur, excipiens. 5. Nam cum unum procul tot manus peterent, nemo tamen audebat propius accedere: missilia ramis plura, quam clypeo incidebant. 6. Pugnabat pro rege primum celebrati nominis fama: deinde desperatio, magnum ad honeste moriendum incitamentum. 7. Sed cum subinde hostis afflueret, jam ingentem vim telorum exceperat clypeo: jam galeam saxa perfregerant; jam continuo labore gravia genua <sup>c</sup> succiderant. 8. Itaque contemptum et incaute, qui proximi steterant, incurrerunt: e quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimis procumberent: nec cuiquam deinde propius incessendi eum animus fuit: procul jacula sagittasque mittebant. 9. Ille, ad omnes ictus expositus, ægre jam exceptum poplitibus corpus tuebatur; <sup>c</sup> donec Indus duorum cubitorum

<sup>a</sup> Ut in pedes caderet.

<sup>b</sup> Illius arboris trunco admodum crasso sese admovit.

<sup>c</sup> Difficile corpus defendebat genibus subnixum.

~~~~~

*dimicante.* Pal. 1. omittit *inultum*, et paulo post *poterat*.—3 Elz. *libraverat*. Voss. 2. *inuit pugnam*. Florent. Leid. et Voss. 1. et *ne c. possit*.—4 <sup>a</sup> Temere hæc: *ne c. posset*, ex superioribus repetita esse, recte viderunt Freinsh. et Heumanns. <sup>b</sup> *Schmieder*.—5 Florent. Leid. Bong. 1. 2. et Pal. 1. *Nam cum cominus*; Voss. 1. 2. et Mer. *Nam cum comminus*.—6 Pal. 1. et Florent. *Pugnabant*. Mer. *magis ad honeste*; Pal. 1. *magnum ad hostem morandum*.—7 Idem et Voss. 2. omittunt *gravata*; codd. Modii: *l. gravata succiderant*.—8 Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *deinde*.—9 Voss. 1. *ægræ jam*; Leid. Voss. 2. Bong. et Mer. *non ægre*. Bong. 1. omittit *tuebatur* et sequentia verba usque ad cap. 6.

#### NOTE

nisi sic intelligat, hostes metu an dolo tantisper recessisse; tum ubi solum desiluisse conspexerunt, reversos esse. At ne hoc quidem verum

est. Fefellisse eum videtur quod urbem ab arce non discrevit.

<sup>c</sup> *Gravia genua*] Debilitata atque torpentia.



sagittam (namque Indis, ut antea diximus,<sup>d</sup> hujus magnitudinis sagittæ erant) ita excussit, ut per thoracem paulum super latus dextrum infingeretur. 10. Quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante, remisit arma<sup>e</sup> moribundo similis, adeoque resolutus, ut ne ad vellendum quidem telum sufficeret dextra.<sup>f</sup> 11. Itaque ad exspoliandum corpus, qui vulneraverat, alacer gaudio accurrit: quem ut injicere corpori suo manus sensit, credo, ultimi dedecoris indignitate commotus, linquentem revocavit animum, et nudum hostis latus subjecto mucrone hausit. 12. Jacebant circa regem tria corpora, procul stupentibus ceteris: ille, ut, antequam ultimus spiritus deficeret, dimicans jam extingueretur, clypeo se allevare conatus est: 13. et postquam ad conitendum nihil supererat virium, dextra impendentes ramos complexus tentabat assurgere. Sed ne sic quidem potens corporis,<sup>g</sup> rursus in genua procumbit; manu provocans hostes, si quis congredi auderet. 14. Tandem Peucestas per aliam oppidi partem, deturbatis propugnatoribus, muri vestigia persequens,<sup>h</sup> regi supervenit: 15. quo

<sup>d</sup> Hoc ictu prostratus, arma e manibus dimisit.

<sup>e</sup> Ita debilis, ut ne dextra quidem valeret, &c.

<sup>f</sup> Sureum adacto gladio transfexit.

<sup>g</sup> Ad corpus erigendum sufficiens.

<sup>h</sup> Iter quod per muros erat secutus.

§ 1. coaluisse. Heinsius mox legit, namque his, ut antea. Voss. 2. super latus paululum, omisso dextrum. Leid. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Pal. 1. infingeret; Florent. et Voss. 1. inficeret.—10 Pal. 1. vulnere adfectus m. v. s. manante. Voss. 1. et Bong. 2. ideoque. Voss. 2. et Pith. evellendum. Pith. omittit telum. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. exspoliandum; Mod. spoliandum. Pal. 1. alacri. Leid. et Voss. 1. ut inicere; Modii membranæ: ut injiceret.—11 Voss. 2. liquentem. Idem et Pal. 1. omittunt subjecto, pro quo Acidal. et Freinsh. conj. subrecto.—12 Voss. 2. omittit procul. Pal. 1. strepentibus hostibus. Bong. 2. deficerat. Leid. jam ne extingueretur; unde Bothe conj. jam nunc ext. Pal. 1. conatur; Col. est conatus; Florent. Leid. et Voss. 2. omittunt est; Voss. 1. omittit est; et.—13 Edd. ante Freinsh. et posteaquam. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. conitendum; Voss. 2. committendum. Voss. 1. et Bong. 2. Sed ne si. Voss. 2. in g. procubuit.—14 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. Peucestes. Voss. 2. regis. Theocr. deturbatis propugnatoribus muri regis vestigia persequens supervenit. Sed si per aliam oppidi partem intrarat, quam Alexander, quomodo regis vestigia sequi

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Antea dix.] Lib. viii. cap. 9. Super latus] In pectore, inquit Arrianus ex Ptolemæo.

conspecto, Alexander, jam non vitæ suæ, sed mortis solatium supervenisse ratus, clypeo fatigatum corpus excepit.<sup>4</sup> Subit inde Timæus ;<sup>5</sup> et paulo post Leonnatus: huic Aristonus supervenit. 16. Indi quoque, cum intra mœnia regem esse comperissent, omissis ceteris, illuc concurrerunt, urgebantque protegentes: ex quibus Timæus, multis adverso corpore vulneribus acceptis egregiaque edita pugna, cecidit: 17. Peucestas quoque, tribus jaculis confossus, non se tamen scuto,<sup>6</sup> sed regem tuebatur: Leonnatus, dum avide ruentes barbaros summovet, cervice graviter icta, semi-animis procubuit ante regis pedes. 18. Jam et Peucestas vulneribus fatigatus summiserat clypeum: in Aristono spes ultima hærebat: hic quoque graviter saucius tantam vim hostium ultra sustinere non poterat. 19. Inter hæc ad Macedonas 'regem cecidisse' fama perlata est. Terruisset alios, quod illos incitavit: namque periculi omnis immemores dolabris<sup>7</sup> perfringere murum et, qua moliti erant aditum, j

<sup>4</sup> *Languida membra in scutum suum reclinavit.*

<sup>5</sup> *Qua parte ingressum tentaverant.*

potuit? Præfero tamen hanc lectionem. Debuit enim vel abesse illa: per aliam oppidi partem, quibus falsa narrari, ex Arriano monui, vel cum Diodoro legendum est: per aliam scalam, δι' ἐρέας κλίμακος. Illis tamen verbis omnes codd. patrocinantur. Freinsh. servata vulgata conjungavit *persequens vestigia muri*, quod Latinum esse dubito; vestigia muri extant, muro præter fundamenta deleta. Heinsius legit, *muri fastigia*. Ceterum tergemina ista verbi *supervenit* repetitio non injuria Acidallum offendit. *Schmieder*.—15 Alii *sed morti*. Voss. 2. et Pal. 1. *Subiit*. Voss. 2. *Thimeus*; Voss. 1. Mer. Bas. et Col. *Timeus*. Florent. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *hinc pro huic*. Voss. 1. *Aristonius*; Pith. et Bong. 2. *Aristho*.—16 Voss. 1. *intra mevenia*. Alii, *illuc concurrunt*. Pal. 1. omittit *ex quibus*.—17 Voss. 2. *avide urgentes*. Pith. *pedes regis*.—18 Ald. *Jam Peucestas et*; Mer. Bas. et Col. *Jam Peucestes et*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. ceteri, et edd. recentt. *Jam et Peucestas*. Pal. 1. *jam Aristonus*. Voss. 2. *inhærebat*. Pith. omittit *ultra*.—19 Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. Elz. et Amst. *Macedones*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. alii, et edd. recentt. *Macedonas*. Voss. 2. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *omnes*. Voss. 2. et Pal. 1. *et quem*; Pith. et quia m.

#### NOTÆ

\* *Timæus*] Plutarcho *Limnæus* vel *Lemnæus*. *Leonnatus*] 'De Leonnato non omnes consentiunt affuisse'; Arrianus. Aristoni nemo præter Curium meminit.

<sup>6</sup> *Scuto*] Quod Alexander Palla-

di, cum primum ad Ilium venisset, detraxerat; præque se in omnibus præliis gestari curabat. Arrian. lib. vi.

<sup>7</sup> *Dolabris*] Erat enim murus terrens, intertextis haud dubie trabibus.

irrupere in urbem; Indosque plures fugientes, quam congregi ausos, ceciderunt. 20. Non senibus, non foeminis, non infantibus parcitur: quisquis occurrerat, ab illo vulneratum regem esse credebant: tandemque internecione hostium justæ iræ parentatum est. 21. 'Ptolemæum, qui postea regnavit, huic pugnae affuisse,' auctor est Clitarchus<sup>b</sup> et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragatus, 'abfuisse se, missum in expeditionem,' memoriæ tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta vel securitas, vel, par huic vitium, credulitas fuit. 22. Rege in tabernaculum relato, medici lignum sagittæ corpori infixum ita, ne spiculum moveretur, abscindunt: 23. corpore deinde nudato animadvertunt hamos<sup>1</sup> inesse telo; nec aliter id sine perniciæ corporis extrahi posse, quam ut secundo vulnus augerent. 24. Ceterum, ne secantes profluvium sanguinis occuparet, verebantur; quippe ingens telum adactum erat, et penetrasse in viscera videbatur. 25. Critobu-

e. a. trrumpere. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt in urbem. Voss. 2. et Pal. 1. occiderunt.—20 Pith. esse dicebant. Pal. 1. et Voss. 1. internecione; Leid. et Voss. 2. internitione.—21 Leid. et Voss. Phtolomeum. Pith. auctorem. Leid. Bong. 1. 2. Mer. Bas. et Col. Clitarchus. Florent. Voss. 1. et Bong. 1. 2. Timagenen; Voss. 2. Timagenen; Pal. 1. Tiagenen; Mer. Timagenem. Voss. 2. omittit scilicet. Scheffer, corr. non refragaturus, quod recepit Bothe. Florent. Leid. et Voss. 1. afuisse; Bong. 1. 2. fuisse se; Pal. 1. abfuisse seque. Voss. 2. compotentium; Pal. 1. competentium. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Pith. et Bong. 2. vetustate; Fauch. vetuste. Leid. Voss. 1. et Ald. monumenta. Pal. 1. vel obscuritas.—22 Pro sagittæ, quod ex codd. Theocr. Florent. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Voss. 2. a m. sec. restituit Schmieder. alii codd. et edd. omnes, præter Mod. habent hastæ. Florent. Leid. et Voss. 1. abscidunt.—23 Florent. et Leid. animadvertunt; Voss. 2. et Pal. 1. animadverterunt. Voss. 2. non aliter. Florent. Leid. et Voss. 1. secundo vulnus.—24 Voss. 2. et

## NOTÆ

<sup>b</sup> Clitarchus] Fuit hic Alexandri in expeditione comes, cujus historiam conscripsit, majore ingenio quam fide, ut testis est Quintilianus lib. x. cap. 1. Quem ibi quoque leges de Timagene. Scilicet] Affirmationis vim habet hoc loco scilicet; quasi dicat: 'qui utique rem sibi gloriosam non erat negaturus.' Posset tamen, licet minus

apte, per ironiam explicari, sublato non: scilicet, id est, quasi vero 'gloriæ suæ refragatus.'

<sup>1</sup> Hamos] Denticulos retrorsum prominentes, cujusmodi in uncis piscatoriis videmus esse: qui spiculum infigi non prohibeant, infixum evelli non patiantur. Inde hamatæ sagittæ, des fleches dentelées.

lus,<sup>j</sup> inter medicos artis eximiæ, sed in tanto periculo territus, manus admovere metuebat, ne in ipsius caput parum prosperæ curationis recideret eventus. 26. Lacrymantem eum ac metuentem et solitudine propemodum exsanguem rex conspexerat. 'Quid,' inquit, 'quodve tempus expectas, et non quamprimum hoc dolore me saltem moriturum liberas? An times, ne reus sis, cum insanabile vulnus acceperim?' 27. At Critobulus tandem vel finito vel dissimulato metu hortari eum coepit, 'ut se continendum præberet, dum spiculum evelleret: etiam levem corporis motum noxium fore.' 28. Rex cum affirmasset 'nihil opus esse iis, qui semet continerent,' sicut præceptum erat, sine motu præbuit corpus. Igitur patefacto latius vulnere, et spiculo evulso, ingens vis sanguinis manare coepit; linquique animo rex, et, caligine oculis offusa, veluti moribundus extendi. 29. Cumque profluvium medicamentis frustra inhiherent; clamor simul atque ploratus amicorum oritur, regem expirasse credentium. Tandem constitit sanguis, paulatimque animum recepit, et circumstantes coepit agnoscere. 30. Toto eo die ac nocte, quæ secuta est, armatus exercitus regiam obsedit, confessus, omnes unius spiritu vivere: nec prius recesserunt, quam compertum est, somno paulis-

\*\*\*\*\*

*p. viscera*, omisso *in*.—25 Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *Critobolus*; Voss. 2. *Critolus*. Voss. 2. *artis eximiæ*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Lugd. Bas. Col. et Amst. omittunt *manus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Mer. Bas. et Col. *amovere*; Amst. et Lugd. *ad moveri*.—26 Voss. 2. omittit *et ante solitudine*; Mer. et *solitudine*; Col. *et in solitudine*. Ald. *rex consperat*. Voss. 1. et Bong. 2. *Quit inquit*. Florent. *quid tempus*. Pith. *et num q. hoc*; Pal. 1. *et nunc q. hoc*. Pith. *saltim*. Frob. *acceperimus*; alii *receperim*.—27 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Mer. Bas. et Col. *Critobolus*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt, *vel finito*. Pith. *dolore et metu*. Bong. 1. 2. *et noxium*.—28 Florent. *is*, pro *iis*; Voss. 2. et Mer. *his*. Pal. 1. *contineret*. Mer. Bas. et Col. *corpus curæ*. Pal. 1. *Omnes igitur*. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *et s. evolso*. Pal. 1. Ald. et Mer. *effusa*. Voss. 2. *velut*.—29 Alii *medicamenta*. Leid. *inhiherent*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *simul*, et *mox regem*. Voss. 2. *Tandem consistit s. p. a. recipit*. Pal. 1. et Voss. 2. *circumstantes*, omisso *et*.—30 Voss. 2. *Eo die toto*.

#### NOTÆ

j *Critobulus*] 'Critodemum' Arrianus vocat, eumque de Æsculapii genere: sed facere videtur pro Curtio

Plinius lib. vii. cap. 27. Alii absente medico evulsum a Perdicca telum dixerunt.

per acquiescere: hinc certio rem spem salutis ejus in castra retulerunt.

VI. 1. Rex, septem diebus curato vulnere, nec dum obducta cicatrice, cum audisset, 'convalescere apud barbaros famam mortis suæ; duobus navigiis junctis, statui in medium undique conspicuum tabernaculum' jussit, 'ex quo se ostenderet periisse credentibus.' Conspectusque ab incolis spem hostium falso nuntio conceptam inhibuit. 2. Secundo deinde amne<sup>a</sup> defluxit, aliquantum intervalli a cetera classe præcipient, <sup>a</sup> ne quies, corpori invalido adhuc necessaria, pulsus remorum impediretur. 3. Quarto, postquam navigare cœperat, die, pervenit in regionem desertam quidem ab incolis, sed frumento et pecoribus abundantem: placuit is locus et ad suam, et ad militum requiem. 4. Mos erat principibus amicorum et custodibus corporis, excubare ante prætorium, quoties regi adversa valetudo incidisset: hoc tum more quoque servato, universi cubiculum ejus intrant. 5. Ille sollicitus, ne quid novi afferrent, quia simul venerant, percontatur, 'num hostium recens nuntiaretur adventus.' 6. At Craterus, cui mandatum erat, ut amicorum preces perferret ad eum, 'Credisne,' inquit, 'adventu magis hostium, ut jam in vallo consisterent,<sup>b</sup> quam cura sa-

<sup>a</sup> Nonnullo spatio reliquam classem pervertens.

<sup>b</sup> Quamvis jam nostrum vallum occupassent.

1 Voss. 2. nondum o. c. c. audisset. Pal. 1. duabus. Florent. statuit.—2 Voss. 2. et Pal. 1. omittunt aliquantum. Pal. 1. intervallum. Bong. 1. 2. percipiens. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt corpori, pro quo Ald. Bas. et Col. habent ori. Florent. Leid. Voss. 1. Mer. et Mod. perinvalido; Pith. invalido. Mer. necessarium. Pal. 1. impulsu.—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Amst. et Lugd. postquam, sed reliqui omnes posteaquam. Pal. 1. navigare cepit. Voss. 2. omittit pervenit. Idem et Pal. 1. omittunt sed.—4 Pal. 1. ante tabernaculum. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. adversa regi valetudo. Leid. Florent. et Voss. 1. 2. hoc tum quoque more; Frob. Lugd. et Amst. hoc more tum. Voss. 1. uniusmi pro universi. Pal. 1. et Voss. 1. omittunt ejus.—6 Bong. 1. 2. Credesne, sed Bong. 1. suprascr. i, ut sit Credisne. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. consisterent sollicitos esse; Bong.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Secundo amne] Hyarotide sive Hydraote, ad cujus confluentes cum Acesine castra substitenter, Alexandro

cum expedita manu adversum Mallos excurrente.

lutis tuæ, ut nunc est tibi vilis, non esse sollicitos ? 7. Quantalibet-vis omnium gentium conspiret in nos ; impleat armis virisque totum orbem ; classibus maria consternat ; inusitatas belluas inducat ; tu nos præstabis invictos. 8. Sed quis Deorum hoc Macedoniæ columen ac sidus diuturnum fore polliceri potest, cum tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in casum ? 9. Quis enim tibi superstes aut optat esse, aut potest ? eo pervenimus, auspiciū atque imperium secuti tuum, unde, nisi te reduce, nulli ad penates suos iter est. 10. Qui si adhuc de Persidis regno cum Dario dimicares ; etsi nemo<sup>b</sup> vellet, tamen ne admirari quidem posset, tam promptæ esse te ad omne discrimen audaciæ : nam ubi paria sunt periculum ac præmium, et secundis rebus amplior fructus est,<sup>d</sup> et adversis solatium majus. 11. Tuo vero capite ignobilem vicum<sup>c</sup> emi, quis ferat, non tuorum modo militum, sed ullius etiam gentis barbaræ civis, qui tuam magnitudinem novit ? 12. Horret animus cogitatione rei, quam paulo ante vidimus. Eloqui timeo, invicti corporis spoliis inertissimos manus fuisse in-

<sup>c</sup> Tot Macedonum vitam a te in discrimen adduci.

<sup>d</sup> In prosperitate major est gaudii sensus.

consist. sollicitos esse nos ; Pith. cons. sollicitus esse, quæ verba paulo post omittunt iidem codd. cum voce nos.—7 Pal. 1. Cum quantalibus. Voss. 2. conspiceret. Voss. 1. invisitatus . . . . præstabilis.—8 Voss. 2. corpus obferas . . . trahens.—9 Idem codex : secutus, omisso tuum.—10 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. Quod si. Pal. 1. omittit ne, pro quo Bong. 2. et Leid. nec. In marg. Gryph. ex conjectura legitur : ne admirari quidem non posset, h. e. eum admirari oporteret. Voss. 2. etiam ad omne. Pith. et præmium ; Voss. 2. ac p. secundis r. a. f. est, et ex adversis ; Pal. 1. ex adversis, omisso et.—11 Pal. 1. ignobile. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mod. alii omittunt etiam ante gentis. Pal. 1. Mer. et Voss. 2. barbaræ cuius qui ; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Mer. barbaræ civis, qui ; nonnullæ edd. ante Freinsb. omittunt civis.—12 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. cogitationem. Mod. ad invicti ; Mer. in invicti. Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Froh. Bas. Col. Mod. et Lugd. spolia ; Amst. spolio, ut conj. Heinsius. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Froh. Mer. Bas. et Col. inertissimas. Florent.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Etsi nemo] Etsi nemo propterea libenter videret te tam promptæ esse ad omne discrimen audaciæ ; mirari tamen non possent id te imperii causa facere.

<sup>c</sup> Ignobilem vicum] *Μεῖωσις*, seu diminutio ; nam et 'urbem inunitam' vocat Arrianus ; et arcem habebat adjunctam.

jecturos, nisi te interceptum misericors in nos fortuna servasset. Totidem proditores, totidem desertores sumus, quot te non potuimus persequi. 13. Universos licet milites ignominia notes, nemo recusabit luere id, quod, ne admitteret, præstare non potuit. Patere nos quæso alio modo esse viles tibi. 14. Quocumque jusseris, ibimus. Obscura pericula et ignobiles pugnas nobis deposcimus: temet ipsum ad ea serva [pericula], quæ magnitudinem tuam capiunt: cito gloria obsolescit in sordidis hostibus: nec quicquam indignius est, quam consumi eam, ubi non possit ostendi.' 15. Eadem fere Ptolemæus, et similia iis ceteri: jamque confusis vocibus eum orabant, 'ut tandem exsatiatæ laudi modum faceret,' ac salutis suæ, id est, publicæ parceret.' 16. Grata erat regi pietas amicorum: itaque singulos familiariter amplexus 'considerare' jubet: altiusque sermone repetito, 17. 'Vobis quidem,' inquit, 'o fidissimi piissimique civium atque amicorum, grates ago habeoque, non solum eo nomine, quod hodie salutem meam vestræ præponitis, sed quod a primordiis belli nullam erga me benevolentiam pignus atque indicium omisistis; adeo ut confitendum sit, nunquam mihi vitam meam fuisse tam caram, quam esse cœpit, ut vobis diu frui possim. 18. Ceterum non eadem est

\* Ut aliquando limites poneret sat cumulatæ gloriæ desiderio.

~~~~~  
 Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Bas. et Col. *injecturas*; Ald. *inrecturas*; Frob. *avecturas*. Voss. 1. et Pal. 1. omittunt *sumus*. Florent. et Leid. *quod pro quot*.—13 Voss. 1. *Uniuersos licet*. Leid. *recusavit*. Pal. 1. *id quod amice*; Voss. 2. et nonnullæ edd. vett. *id quod ne amitteret*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. et Amst. *id quod ne admitteret*. Voss. 2. *præstare potuit: non patere*.—14 Voss. 2. *tibi viles*. 'Scripsi cum quinque codd. [Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. 1. 2.] *obscura pericula*. Vulgo: *obscura bella*. Mox in: *ad ea serva pericula*, ultima vox cum plurimis codd. abjicienda est.' *Schmieder*. Hanc vocem servant Frob. Mer. Col. Bas. et recentt. sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Mod. alique omittunt. Pith. omittit, *magnitudinem tuam*. Florent. *indignus est*.—15 Leid. et Voss. 1. 2. *Phtolomeus*. Florent. Leid. Bong. 1. 2. et Mer. *his pro iis*. Sigeb. Florent. Ald. Colin. Gryph. et Bas. *ex satietate*; Voss. 2. et *satiati laudis*; Pal. 1. et *exatietate*; Mer. *exsatiatæ*; Col. *ex societate*. Voss. 2. *idem publicæ*; Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *idem publicæ*; Voss. 1. *id est publicæ*.—16 Pal. 1. *familiariter*; Voss. 2. *familiari*.—17 Idem codex *Nobis quidem*. Voss. 1. 2. Dan. Bong. 1. 2. Mer. Col. et Bas. *non solum meo*; Pal. 1. *quia non solum meo*. Voss. 2. *nullum in me*. Bas. et Col. *ut considendum*. Pal. 1. *salutem meam*. Mod. Lugd. et al. *ut ros diu*.—18 Florent. et Voss.

cogitatio eorum, qui pro me mori optant, et mea; qui quidem hanc benevolentiam vestram virtute meruisse me iudico. Vos enim diuturnum fructum ex me, forsitan etiam perpetuum percipere cupitis: ego me metior non ætatis<sup>d</sup> spatio, sed gloriæ! 19. Licuit paternis opibus contento intra Macedonia terminos per otium corporis expectare obscuram et ignobilem senectutem. Quanquam ne pigri quidem sibi fata disponunt: sed unicum bonum diuturnam vitam æstimantes sæpe acerba mors occupat. Verum ego, qui non annos meos, sed victorias numero, si munera fortunæ bene computo, diu vixi. 20. Orsus a Macedonia imperium, Græciam teneo: Thraciam<sup>e</sup> et Illyrios subegi: Triballis Medisque imperito; Asiam, qua Hellesponto, qua Rubro mari alluitur, possideo: jamque haud procul absum a fine mundi,<sup>f</sup> quem egressus, aliam naturam, alium

<sup>f</sup> Ego meam fortunam æstimo non diuturnitate vitæ, sed gloriæ amplitudine.

1. pro memoria optant. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. meam et quidem hanc; Voss. 2. mea et quidem benev. hanc; Pal. 1. Ald. Mer. Col. et Bas. meam quidem: Dan. meam et quidem. Pal. 1. hac vestra; Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. vestra virtute; Pith. nostram virtute. Vide Not. Var. Vos. 2. cupitis percipere; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Bong. 1. 2. cupiatis, sed Bong. 1. a notavit puncto. Voss. 2. non a ætatis spatio tamquam gloriæ; Pal. 1. et Theocr. non tam ætatis sp. quam gloriæ, probante Freinsheimio; Mod. Lugd. et Amst. non ætatis sp. sed perennitatis; Elz. et Vulgg. ante Freinsh. non ætatis sp. sed gloria.—19 Pith. fata sibi; Voss. 1. Pith. et Bong. 2. sibi facta. Voss. 2. diuturnitatem. Voss. 1. Bong. 1. 2. Lugd. et Amst. existimantes; Mer. existimantis; et mox, Verum ergo. Voss. 2. et Pal. 1. annos meos numero, sed munera fortunæ computo, diu vixi; Mer. annos meos sed victorias computo, si munera fortunæ computo, diu vixi.—20 Pal. 1. Græciæ teneo. Voss. 2. Hælicæ; edd. pleræque ante Freinsh. Illyricos. Lugd. et Amst. Mædisque; Voss. 2. Mædis, omisso τῆ que; Schmieder. legendum putat Getisque. Voss. 2. et Mer. impero. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. mari subluitur; Pal. 1. et Ald. m. abluitur. Voss. 2. absum fine. Dan. quam egressus; Voss. 2. qua egressus, et mox omittit, quod in margine

## NOTÆ

<sup>d</sup> Non ætatis] Alii codices: non tam ætatis spatio, quam gloriæ.

<sup>e</sup> Thraciam] Lib. III. cap. 4. Illyrii lib. III. cap. 10. Triballi lib. VI. cap. 3. Mædi Thraciæ populi juxta Macedoniam ad Orbelum montem. Sed cur hos nominatim memorat, qui Thraciam universam a se subactam modo dixerat? Hoc aliquos impulit

ut Mæsis scribi mallent; nam et Mæsiæ domuerat. Verum eadem hic quoque περισσολογία nam Triballi pars erant Mæsiæ, ut diximus. Neutrum ab Alexandro dictum opinor; sed a Curtio additum de suo. Hellespontos lib. III. cap. 1. Rubrum mare lib. VIII. cap. 9.

<sup>f</sup> A fine mundi] En quantopere fal-



orbem <sup>e</sup> aperire mihi statui. 21. Ex Asia in Europæ <sup>h</sup> terminos momento unius horæ transivi. Victor utriusque regionis post nonum <sup>i</sup> regni mei, post vigesimum atque octavum ætatis annum, videorne vobis in excolenda gloria, cui me uni devovi, posse cessare? <sup>e</sup> Ego vero non deero, et ubicumque pugnabo, in theatro terrarum orbis esse me credam. 22. Dabo nobilitatem ignobilibus locis: aperiam <sup>j</sup> cunctis gentibus terras, quas natura longe summovertat. In his operibus extinguere me, si sors ita feret, pulchrum est: ea stirpe sum genitus, ut multam <sup>k</sup> prius, quam longam vitam

<sup>e</sup> *Ab extendenda fama posse quiescere.*

adjectum habet, *aperire*.—21 Florent. *Europe*. Multæ edd. ante Freinsh. xxviii. *ætatis annum*; Voss. 2. v. a. o. *annum ætatis*; Florent. Leid. Dan. et Bong. 1. 2. omittunt *ætatis*. 'Legendum est: *post vigesimum atque nonum, &c.* anno nempe vigesimo rex factus est. Arrian. 1. 1. 1. Justin. xi. 1. alii-que.' Schmieder. Voss. 2. in *extollenda gloria*. Theocr. *non deero mihi*. Modii membranæ: in *t. regnorum orbis*.—22 Pal. 1. omittit *me post extinguere*, pro quo Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mod. Elz. et pleræque edd. veti. habent *mihi*. Pal. 1. *si sors*. Mox *ex stirpe*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal.

#### NOTÆ

lebatur qui vix quartam Asiæ partem obtinuerat, mediam ejus longitudinem non multum prætergressus.

<sup>e</sup> *Alium orbem*] Notum illud omnibus quod Plutarchus lib. de Tranq. An. retulit, Alexandrum cum ex Anaxarcho audisset plures esse mundos, lacrymatum esse, quod necdum unum subegisset. Juvenalis Sat. x. 'Unus Pellæo juveni non sufficit orbis.'

<sup>h</sup> *Ex Asia in Europ.*] Quando lax-artem Tauaim esse ratus, in Scythias duxit. Vide lib. vii. cap. 3. et 7.

<sup>i</sup> *Post nonum*] Hic locus est de Alexandri ætate deque regno diligentius inquirendi. Natus est, ut habes in Supplem. lib. i. cap. 1. sub initium Olymp. cvi. in quo plerique omnes consentiunt, quamvis de mense ac die multum pugnantia tam veteres quam novi scriptores affirmant. Consulantur Petavius Doctr. Temp.

lib. x. cap. 32. Usserius ad annum Periodi Jul. 4358. &c. Regnare cœpit ineunte autumnno anni primi Olymp. cxi. jam vigesimum egressus annum. Hæc autem in Mallis gesta sunt Ol. cxiii. an. 2. ut habet Diodorus; et quidem hyeme, cum ex Strabone constet sub occasum Pleiadum, id est, mense Novembri, cœptam navigationem esse. Itaque jam tum agebat ætatis annum 30. regni 10.

<sup>j</sup> *Aperiam*] Et aperuit reipsa; nam ante Alexandri expeditionem vix erat, apud Europæos præsertim, nota India nisi ex fabulis. Strabonem vide lib. xv.

<sup>k</sup> *Ut multam*] Dubia lectio. Non pauci libri habent, *multa*: sed quam hoc frigidum efficit sensum! Jam vero *multa vita* quemadmodum vulgo accipi soleat, non ignoro: an satis Latine dicatur, non video. Suspicio erat excidisse vocabulum aliquod, pu-

debeam optare. 23. Obsecro vos, cogitate nos pervenisse in terras, quibus foeminae ob virtutem celeberrimum nomen est: quas urbes Semiramis<sup>1</sup> condidit? quas gentes redegit in potestatem? quanta opera molita est? Nondum foeminam aequavimus gloria, et jam nos laudis satietas cepit? 24. Dii faveant, majora adhuc restant. Sed ita nostra erunt, quæ nondum attigimus, si nihil parvum duxerimus, in quo magnæ gloriæ locus est. Vos modo me ab intestina fraude et domesticorum insidiis præstate securum; belli Martisque discrimen impavidus subibo. 25. Philippus<sup>m</sup> in acie tutior, quam in theatro fuit: hostium manus sæpe vitavit; suorum effugere non valuit. Aliorum quoque regum exitus si reputaveritis, plures a suis, quam ab hoste interemtis numerabitis. 26. Ceterum quoniam olim rei agitatae in animo meo nunc promendæ occasio oblata est; mihi maximus laborum atque operum meorum erit fructus, si Olympias mater immortalitati consecratur,<sup>n</sup> quandoque excesserit vita. Si licuerit, ipse præstabo hoc: si me præceperit fatum, vos mandasse mementote.' Ac tum quidem

1. Ald. Colin. Gryph. et Col. *ut multa*; Mer. *ut ultima*.—23 Voss. 2. *ob virtutem femina*; Ald. Mer. Bas. et Col. *ob femina virtutem*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 2. *Sameramis*. Voss. 1. et Mer. *gentis*. Voss. 1. *laudis satietas*; Col. *laudis societas*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Disaveant*.—24 Mod. *adiimus*; Ald. *attingimus*; Bong. 1. *atimus*; Bong. 2. *atigimus*. Pal. 1. *si n. pravum*.—25 Voss. 1. *omittit fuit post theatro*. Pal. 1. *omittit, suorum e. n. valuit*. Florent. *regnum exitus*. Pith. *si reputaveris*.—26 Voss. 2. *omittit Ceterum*, et mox habet, *michi proximus*. Leid. *si O. mater mea*. 'Dedi quandoque cum septem codd. [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. 1. 2.] pro vulg. *quandocumque*, cuius loco illud ex vetusti sermonis formulis servatum probat J. Fr. Gronovius ad Liv. 1. 24. et 31. cf. Curt. vii. 10. 9. x. 6. 10. et 8. 9.' *Schmieder*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *hoc si licuerit ipse præstabo, si*; Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *ut in textu*; Voss. 2. *omittit ipse*. Elk. et vulgg. ante Freinsh. *vobis*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. *vos*. Mod. *mandare*;

## NOTÆ

ta *fanam*; sic enim idonea foret sententia: *ut multam fanam prius quam longam vitam, &c.*

<sup>1</sup> *Semiramis*] Nini uxor, Assyriorum regina: de qua nos ad lib. vii. cap. 6. Justinus lib. 1. Diodorus lib. 11. quos consule.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>m</sup> *Philippus*] Meus parens. Lege Supplem. lib. 1. cap. 9. *A suis*] A Pausania uno ex corporis custodibus.

<sup>n</sup> *Immort. consecr.*] In Dearum numerum ascripta.

Q. Curt.

2 Y

amicos dimisit: ceterum per complures dies ibi stativa habuit.

VII. 1. Hæc dum in India geruntur, Græci milites, nuper in colonias a rege deducti Garabactra,<sup>a</sup> orta inter ipsos seditione, defecerant; non tam Alexandro infensi, quam metu supplicii.<sup>b</sup> 2. Quippe occisis quibusdam popularium, qui validiores erant, arma spectare cœperunt; et Bactriana arce, quæ quasi negligentius asservata erat, occupata, barbaros quoque in societatem defectionis impulerant. 3. Athenodorus erat princeps eorum, qui regis quoque nomen assumerat; non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum iis, qui auctoritatem ipsius sequebantur. 4. Huic Bicon quidam nationis ejusdem, sed ob æmulationem infestus, comparavit insidias, invitatumque ad epulas per Boxum quendam Macerianum<sup>c</sup> in convivio occidit.

\*\*\*\*\*

Pal. 1. omittit *mandasse*. Leid. *At tunc*; vulgg. edd. ante Freinsh. *At tum*; Voss. 1. 2. Elz. et recentt. *Ac tum*. Voss. 2. *amicos admisit*.

1 Leid. *dum India*. Ald. in *Colonias*; Pith. et Bong. 2. in *Colanias*; Frob. in *coloniæ*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *Carabactra*; Pal. 1. *garabattræ*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et Dan. *Garabactra*. 'Sic omnes quidem codd. sed vocem corruptam esse ex *circa Bactra* multi viderunt.' Schmieder. Voss. 2. omittit *quam*. Voss. 1. et Bong. 2. omittunt *supplicii*.—2 Mer. *arma sperare*. Acidallus legit *cæperant*. Voss. 2. et *Bactriana arce*. Acidallus pro *quasi* legit *casu*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *erant*; Bong. 1. puncto notavit n. Leid. *occupant*.—3 Florent. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Bong. 1. 2. Mer. Bas. et Col. *cunctis* pro *cum iis*; Leid. *cuncti*, *qui*. Pal. 1. omittit *sequebantur*.—4 Voss. 2. *Bithon*; Voss. 1. *Bico*; Pal. 1. *Biton*; Freinsh. conj. *Nicon*; Pith. *Bicon* qui dampnat. 'Latet forte nomen *Philonis*.' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. *ejus*. Mer. *Boxum*; Voss. 2. *Boxum*. Voss. 2. et Pal. 1. in *cæna et convivio*; Pith. *Macerianum convivio*; Glareanus conj. *Macerianum*; Tell. *Maratianum*; Freinsh.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Garabactra* [*Circa Bactra*] Sic legendum esse pro *Carabactra*, jam olim viderat Ortelius: ejus conjecturæ favet tum similis Curtii locutio, extremis hujusce capituli verbis: 'hæc circa Bactra,' &c. tum ipsa rei veritas. Hæc enim gesta sunt a colonis earum urbium quas circum Bactra conditas ab Alexandro diximus ad lib. VII. cap. 10.

<sup>b</sup> *Metu supplicii*] Aliam affert causam Diodorus, quod Alexandrum ex

illo apud Mallos vulnere mortuum putarent. *Popularium*] Græcorum certe, non Bactrianorum: erat enim inter ipsos Græcos orta seditio: ac si Bactriani forent quos occiderunt, quomodo ceteros illius gentis in defectionis societatem adduxissent? Itaque quod sequitur, 'qui validiores erant,' de Græcis accipe.

<sup>c</sup> *Macerianum*] Ignotum Geographis omnibus hoc gentis nomen. Freinshemius suspicatur scriptum

5. Postero die concione advocata Bicon, 'ultra insidiatum sibi Athenodorum,' plerisque persuaserat: sed aliis suspecta fraus erat Biconis; et paulatim in plures coepit manare suspicio. 6. Itaque Græci milites arma capiunt, occisuri Biconem, si daretur occasio: ceteri principes eorum iram multitudinis mitigaverunt. 7. Præter spem suam Bicon præsentī periculo ereptus, paulo post insidiatus auctoribus salutis suæ est: cujus dolo cognito et ipsum comprehenderunt et Boxum. 8. Ceterum 'Boxum protinus' placuit 'interfici; Biconem etiam per cruciatum necari:' jamque corpori tormenta admovebantur: cum Græci [milites], incertum ob quam causam, lymphatis<sup>d</sup> similes ad arma discurrunt. 9. Quorum fremitu exaudito, qui torquere Biconem jussi erant, omisere; veriti, ne id facere tumultuantium vociferatione prohiberentur. 10. Ille, sicut nudatus erat, pervenit ad Græcos, et miserabilis facies supplicio destinati in diversum animos repente mutavit, 'dimittique eum' jusserunt. 11. Hoc modo pœna bis liberatus, cum ceteris,<sup>f</sup> qui colonias a rege attributas reliquerunt, revertit in patriam. Hæc circa Bactra et Scyth-

\*\*\*\*\*

*Mauritanum*; codd. Raderi *Maceriani*.—5 Leid. *ultra ... se aliis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *erat fraus*. Bong. 1. *capit manere*.—6 Bong. 1. *Bicaoni*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *Biconi*. 'Freinsh. *ceterum principes* ex emendatione Acidalii. Ego causam non video, cur a codd. [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Elz. et edd. vett.] lectione, *ceteri principes*, sc. præter Biconem, recedendum sit.' Schmieder.—7 Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *est*. Voss. 2. *Bossum*; Bong. 1. 2. *Boxum*; Ald. *Baxum*.—8 Pith. *Biconem autem*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. omittunt *milites*. Voss. 2. *lymfaticis*; Dan. *lymphantis*; Pith. *limphantis*.—9 Edd. vett. omnes *jusserant*; sed omnes codd. *jussi erant*. Pal. 1. *veriti uti ne id facerent*; Voss. 2. *utut ne id facere*.—10 Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *et ante miserabilis*; Voss. 1. et Leid. *et miserabiles*.—11 Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *pœna*. Florent. Ec

#### NOTÆ

fuisse *Mauritanum*, cum propter scripturæ affinitatem, tum quod 'Boxus' nomen esse videtur Mauricum: sed Persicum esse potuit. Quid si *Mauritanum* legamus, quæ gens circa Sogdianam posita videtur a Plinio lib. vi. cap. 16. Est et apud Stephanum *Macarene* regio Asiæ,

<sup>d</sup> *Lymphatis*] Insanientibus. Vide lib. iv. cap. 12.

<sup>f</sup> *Cum ceteris*] Istos tamen qui Bactrianas colonias deserere cogitabant patriam revisuri, Alexandro mortuo omnes esse occisos a Macedonibus auctor est Diodorus hoc loco.

rum terminos gesta. 12. Interim regem duarum gentium,<sup>a</sup> de quibus ante dictum est, centum legati adeunt. Omnes curru vehebantur, eximia magnitudine corporum, decore habitu: lineæ vestes intextæ auro purpuraque distinctæ. 13. Ei 'se dedere ipsos, urbes agrosque' referebant; 'per tot ætates inviolatam libertatem illius primum fidei ditionique permissuros. Deos sibi deditiois auctores, non metum; quippe intactis viribus<sup>b</sup> jugum excipere.' 14. Rex, consilio habito, deditos in fidem accepit; stipendio, quod Arachosiis utraque natio pensitabat, imposito: præterea '11. millia et D. equites' imperat: et omnia obedienter a barbaris facta. 15. Invitatis deinde ad epulas legatis gentium regulisque, 'exornari convivium' jussit. Centum aurei lecti modicis intervallis positi erant; lectis circumdederat aulæa, purpura auroque fulgentia; quicquid aut apud Persas vetere luxu, aut apud Macedonas nova immutatione corruptum erat, confusis utriusque gentis vitiis, in illo con-

~~~~~

circa. Voss. 2. *gesta terminos*.—12 Voss. 1. omittit *centum*. Pal. 1. *magnitudo*. Voss. 1. *lontæ vestes*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. 1. 2. *intexto*.—13 Pith. et Bong. 1. *ipsos dedere*. Col. *inviolatam liberalitatem*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *ditionique*. Voss. 1. *permissuros*. Voss. 2. *auctores metu*, omisso *non*. Col. *jugum excipere*.—14 Voss. 2. et Ald. *Arachosiis*. Voss. 2. *pensitabant*. Pal. 1. *imperat ea omnia*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. ut in textu; Dan. Mod. Elz. et vulgg. ante Freinsh. *imperati: et omnia*; Theocr. *imperat, quæ omnia*.—15 Voss. 2. *exonerari*. Voss. 2. Mod. et vulgg. ante Freinsh. *lectos*; et sic Pal. 1. et Dan. sed suprascr. i; ut sit *lectis*, quod servant Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Voss. 2. et Mod. Pro *circumdederat*, quod habent Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. Voss. 2. exhibet *circumdabant*; vulgg. ante Freinsh. *circumdederant*. Leid. Ald. et Mer. *aulæa*. Voss. 1. et Florent. *haut a P. v. l. haut*. Voss. 2. omittit, aut a *P. v. luxu*. In Theocr. omnis locus sic exhibetur: *quicquid aut apud Macedonas nova imitatione aut apud Persas vetere luxu corruptum erat, &c.* Pal. 1. *imitatione*; Voss.

## NOTE

<sup>a</sup> *Duarum gentium*] Oxydracum et Mallorum. *Centum leg.*] De solis Oxydracis venire centum quinquaginta. Arrian. lib. vi.

<sup>b</sup> *Intactis viribus*] Quomodo intactis viribus, qui jam pluribus præliis victi urbes non paucas amiserant, ut ex Arriani narratione perspicuum est?

<sup>c</sup> *Quod Arachosiis*] Mirum si Arachosii, vectigales ipsi, ac subditi Persarum regibus, tributarios haberant Mallos et Oxydracas 'Indorum gentes validissimas,' non exiguo locorum intervallo, magnisque fluviis Indæ et Acesine disjunctas ab Arachosis.

vivio ostendens. 16. Intererat epulis Dioxippus Atheniensis, pugil<sup>j</sup> nobilis, et ob eximiam virtutem virium regi pernotus et gratus. Invidi malignique increpabant per seria et ludum, 'saginati corporis sequi inutilem belluam cum ipsi praelium inirent, oleo madentem præparare ventrem epulis.' 17. Eadem igitur in convivio Horratus<sup>k</sup> Macedo jam temulentus exprobrare ei cœpit, et postulare, 'ut si vir esset, postero die secum ferro decerneret: regem tandem vel de sua temeritate, vel de illius ignavia iudicaturum.' 18. Et a Dioxippo, contemtim militarem eludente ferociam, accepta conditio est. Ac postero die rex, cum etiam acrius certamen exposcerent, quia deterrere non poterat, destinata exequi passus est. 19. Ingens hic militum, inter quos erant Græci, qui Dioxippo studebant, convenerat multitudo. Macedo justa arma<sup>l</sup> sumserat, æreum clypeum, hastam, quam 'sarissam' vocant, læva tenens, dextra lanceam, gladioque cinctus, velut cum pluribus simul dimicaturus. 20. Dioxippus, oleo nitens<sup>m</sup> et coronatus,

~~~~~

2. mutatione.—16 Voss. 2. et eximia virium magnitudine a rege; Pal. 1. et ob eximiam virium magnitudinem. Vide Not. Var. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. et Col. jam a rege pernotus; Frob. Lugd. Amst. ut in textu; Mer. jam a rege peramatus; Voss. 2. a rege pernotus; Bas. jam a rege promotus. Voss. 2. Et invidi m. increpabantur; Pal. 1. l. m. increpabante. Voss. 2. oleo madente præparerit.—17 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. Eodem. Leid. Horratus; Voss. 2. Hortas; Pal. 1. ortans. Voss. 1. egi pro ei; Voss. 2. regi; Pal. 1. omittit ei. Voss. 2. postularem, omisso ut. Pal. 1. postridie; Voss. 2. postero die, omisso secum.—18 Pal. 1. et Voss. 2. Dioxippo. Voss. 2. contemptum. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. militarem eludentem; Bong. 1. 2. militare eludentem. Voss. 2. omittit Ac, et mox etiam.—19 Voss. 2. Theocr. et Pal. 1. militum turba; Bong. 1. oræ ascriptum habet multitudo. Leid. erant Ræci. Voss. 2. qui Dioxippo facebant; Voss. 1. et Bong. 1. 2. omittunt qui. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Theocr. et Dan. omittunt, convenerat multitudo; Pal. 1. faverunt; Theocr. et Voss. 2. favebant. Mer. juxta arma. Florent. Leid. et Voss. 1. sarissam. Raderus: gladio quoque.—20 Voss. 2. et Pal. 1.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> Pugil] Ut a πύγξ, πύγξαι, sic a pugnis appellati sunt pugiles, qui publicis ludis 'pugnorum' ictibus certabant cæstibus obarmati.

<sup>k</sup> Horratus] Corrhagus vocatur Diodoro ac Æliano: quod verum nomen Freinshemius censuit, quia Macedonicum est.

<sup>l</sup> Justa arma] Quasi legitima dicas; ea nimirum quæ ad duellum committendum afferri leges moresve sinebant.

<sup>m</sup> Oleo nitens, &c.] Luctatores, non pugiles, cutem inunxisse docet Mercurialis lib. 1. de Arte Gymn. cap. 8. Sed hoc loco speciem pro genere po-

læva puniceum amiculum, dextra validum nodosamque stipitem præferebat. Ea ipsa res omnium animos expectatione suspenderat: quippe armato congredi nudum, demerentia, non temeritas videbatur. 21. Igitur Macedo, haud dubius eminens interfici posse, lanceam emisit: quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitasset, antequam ille hastam transferret in dextram, assiluit, et stipite medium eam fregit. 22. Amisso utroque telo, Macedo gladium coeperat stringere, quem occupatum complexu, pedibus repente subductis, Dioxippus arietavit in terram; ereptoque gladio pedem super cervicem jacentis imposuit, stipitem intentans,<sup>a</sup> elisurusque eo victum, ni prohibitus esset a rege. 23. Tristis spectaculi eventus non Macedonibus modo, sed etiam Alexandro fuit; maxime, quia barbari affuerant: quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidissee verebatur. 24. Hinc ad criminationem invidorum adaptæ sunt aures regis: et post paucos dies inter epulas aureum poculum ex composito subducitur; ministrique, quasi amisissent, quod amoverant, regem adeunt.<sup>c</sup> 25. Sæpe minus est constantiæ in-

<sup>a</sup> Sed illum Dioxippus prævenit amplectens medium, et disturbatis ejus pedibus ipsum humi prostravit. <sup>b</sup> Clava minitans.

<sup>c</sup> Inito inter eos consilio clam sublatum est.



omittunt læva. Pal. 1. cum armato. Voss. 1. et Bong. concredi nudum.—21 Bas. lanceam misit.—22 In Bong. 1. utroque erasum, et suprascr. itaque. Pith. omittit Macedo. Voss. 2. Pal. 1. et Ald. subductum; Voss. 1. et Bong. 2. subductus. Leid. arietavit eum. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Ald. Collin. Gryph. et Mer. jacenti; Voss. 2. jacenti in eum posuit.—23 Pal. 1. omittit maxime. Voss. 2. barbari affugerant. Pal. 1. Macedonum multitudinem. Mod. Elz. et nonnullæ edd. ante Freinsh. omittunt verebatur, quod tamen servant Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Venet. Veron. Vet. Mediol. Ald. Collin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. sed Voss. 2. vitebant.—24 Florent. regit aures regis; Leid. Amst. et Lugd. regis aures. Voss. 2. quasi admisissent.—25 Idem

#### NOTÆ

uisse videtur Curtius: neque enim pugil solum Dioxippus, sed Παικλαριστής erat, id est, omni Gymnicorum certaminum genere exercitatus,

teste Athenæo, lib. vi. De Corona, puniceo Amiculo, &c. vide Mercuriale, et Fabrum in Agonist.

rubore, quam in culpa:<sup>a</sup> conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur,<sup>a</sup> Dioxippus ferre non potuit: et cum excessisset convivio, literis conscriptis, quæ regi redderentur, ferro se interemit. 26. Graviter mortem ejus tulit rex, existimans, indignationis esse, non pœnitentiæ testem; utique postquam, falso insimulatum eum, nimium invidorum gaudium ostendit.

VIII. 1. Indorum legati, dimissi domos, paucis post diebus cum donis revertuntur: trecenti<sup>a</sup> erant equi, mille triginta currus, quos quadrijugi equi ducebant, lineæ vestis aliquantum, mille scuta Indica, et ferri candidi<sup>b</sup> talenta centum; 2. leonesque raræ magnitudinis et tigres, utrumque animal ad mansuetudinem domitum: lacertarum quoque ingentium<sup>c</sup> pelles, et dorsa testudinum. 3. Cratero deinde imperat rex, <sup>e</sup> haud procul amne,<sup>d</sup> per quem erat ipse

<sup>a</sup> Facilius perturbatur verecundus innocens, quam reus.

codex: collectum oculorum. Florent. quibus ut Fir. Pal. 1. omittit regi, quod Voss. 2. ascriptum habet in margine.—26 Voss. 2. ejus mortem... et non pœnitentiæ; Voss. 1. potentiæ. Vulgg. edd. ante Freinsah. posteaquam; codd. vero postquam.

1 Voss. 1. reverterunt. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. trecenti erant equites. Mod. cum Glareano legit: mille erant equites, trecenti currus; Acidalinus: CCC. erant currus, quos quadrijugi equi ducebant. Vide Not. Var. Voss. 2. quos quadringenti equi; Florent. et Leid. h. l. omittunt equi. Pith. et al. aliquantulum.—2 Pal. 1. miræ pro raræ, et mox: ad magnitudinem. Voss. 2. lacertarumque ingentium.—3 Schmieder. malit per fines. Florent. Leid. Voss.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Destinabatur] Designabatur. Vide lib. iv. cap. 8.

<sup>b</sup> Trecenti] Mille triginta vulgo legebantur: quem numerum esse vitiatum optime vidit post Acidalium et Freinsheimium Interpres Gallicus. Qui enim nongentos solum ad sui defensionem armaverant, cap. 4. quis credat mille triginta dono misisse? Arrianus tamen quingentos numerat.

<sup>b</sup> Ferri candidi] Natura candidum esset hoc ferrum, an arte, quale illud est quod vulgo sic appellamus *fer blanc*, haud facile dixerim. Certe ferri candidi vix ulla apud veteres

mentio. *Talenta*] Talentum pondus est 60. minarum, drachmarum 6000. lib. iii. cap. 13.

<sup>c</sup> Lacert. ingent.] In Nysa Indiæ monte lacertas esse pedum quatuor et viginti in longitudinem scripsit Plinius lib. viii. cap. 39. Videndi quoque Gesnerus et Aldrouandus.

<sup>d</sup> Haud procul amne] Indo, ut ex Arriani collatione cum Curtio apparet: nam ex Mallis per Hydraotem in Acesinem delatus, ut nos ad cap. 19. diximus; ex isto in flumen Indum descenderat: quæ sunt a Curtio prætermissa.



navigaturus, copias duceret: eos autem, qui comitari eum solebant, imponit in naves, et in fines Mallorum\* secundo amne devehitur. 4. Inde Sabracas† adiit, validam Indiæ gentem, quæ populi, non regum imperio regebatur: sexaginta millia peditum habebant, equitum sex millia: has copias currus quingenti sequebantur: tres duces spectatos virtute bellica elegerant. 5. At qui in agris erant proximi flumini, (frequentes autem vicos, maxime in ripa, habebant,) ut videre totum amnem, qua prospici poterat, navigiis constratum, et tot millium arma fulgentia, territi nova facie, Deorum exercitum et alium Liberum patrem, celebre in illis gentibus nomen, adventare credebant. 6. Hinc militum clamor, hinc remorum pulsus, variæque nautarum voces hortantium, pavidas aures impleverant. 7. Ergo universi ad eos, qui in armis erant, currunt, 'furere' clamitantes, 'cum Diis prælium inituros: navigia non posse numerari, quæ invictos veherent:' tantumque in exercitum suorum intulere terroris, ut legatos mitterent gentem dedituros. 8. His in fidem acceptis, ad alias deinde gentes

\* Pavidum ad insuetum spectaculum.

1. Pal. 1. Dan. Bong. Mer. Bas. et Col. *Malliorum*; Voss. 2. *Maliorum*.—4 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. et Mer. *Sabaracas*; Pal. 1. *Sadracas*. Voss. 2. omittit *Indiæ*. Pal. 1. *non regis*. Voss. 2. et Pal. 1. *septem millia peditum*; ceteri codd. et edd. omnes ante Freinsh. *sex millia peditum*. Lectio nostra est ex conjectura Raderi. Vulgo ante Freinsh. *equitum octo millia*; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Frob. Mer. Bas. et Col. *equitum sex millia*. Voss. 1. *III. duces*; Pal. 1. *XIII. duces*; Voss. 2. *trecentos* (in marg. *tres*) *duces*. Idem codex: *spectata v. b. legerant*.—5 Pal. 1. *quia in agris*; Voss. 2. *qui magis*. Leid. *habebant*. Pal. 1. *in illis partibus*.—6 Voss. *vores letantium*; Pal. 1. *vores letantium*.—7 Florent. Voss. 1. Elz. et vulgg. ante Freinsh. *et cum Diis*; Leid. Voss. 2. Ald. Mer. Frob. Bas. et Col. *cum Diis*; Bong. 1. 2. *cum Diis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *invictos viros*. Voss. 2. *inmisere terroris*; Pal. 1. *incussere terroris*. Pal. 1. *gentes*.—8

#### NOTÆ

\* In *fines Mallorum*] Extremos intellige; jampridem enim Mallorum regionem ingressus erat; immo, ut arbitror, etiam prætergressus. Vide quæ supra diximus ad cap. 4.

† *Sabracas*] Aliis *Sabaraca*, vel *Sa-*

*draca*: quos Justinus 'Sugambros' sive 'Subagras' esse putant. Sed nihil corruptius istis populorum nominibus. Diodorus 'Sambestas' vocat. *Hortantium*] Se invicem.

quarto die pervenit. Nihilo plus animi his fuit, quam ceteris fuerat: itaque oppido<sup>s</sup> ibi condito, quod 'Alexandriam' appellari jusserat, fines eorum, qui 'Musicani'<sup>b</sup> appellantur, intravit. 9. Hic de Teriolte<sup>i</sup> satrape, quem Paropamisadis praefererat, iisdem argumentibus cognovit: multaque avare ac superbe fecisse convictum interfici jussit. 10. Oxathres,<sup>j</sup> praetor Bactrianorum, non absolutus modo, sed etiam jure amplioris imperii donatus est. Finibus Musicanis deinde in ditionem redactis, urbi eorum praesidium imposuit. 11. Inde Praestos<sup>k</sup> et ipsam Indiae gentem perventum est. Oxycanus rex erat, qui se munitae urbi cum magna manu popularium incluserat. Hanc Alex-

<sup>f</sup> Judicium instituit ipsis accusantibus.

Voss. 2. his plus animi. Voss. 1. et Ald. *Alexandriam*; Bong. *Alexandream*.—9 Voss. 2. *Hic devohde*; Ald. *Hic Deteriolem*; Bong. 1. 2. *Hic Deteriolte*; Mer. *Hic Deterioltem*; Froh. Bas. et Col. *Hic Desteriolem*. Voss. 2. Froh. et Mer. *satrapē*; Bas. et Col. *satrapem*. Voss. 2. et Pal. 1. *circa Musadis*; Florent. et Leid. *Carapamisadis*; Voss. 1. *Carapamisadis*; Dan. Bong. Mer. Bas. et Col. *Caracamisadis*.—10 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Dan. *Oxartes*; Ald. *Oxyartes*; Mer. Froh. Bas. Col. Lugd. et Amst. *Oxatres*; Elz. et vulg. ante Freinsh. *Oxyatres*; Voss. 2. *Oxaritheses*; Bong. 1. 2. *Oxathres*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mod. *jure amoris amplioris*; Pal. 1. *jure majoris*. Voss. 2. *Musicanis*. Voss. 2. Pal. 1. Ald. Froh. Bas. et Col. *in ditionem*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et edd. vett. plerumque *imperium*; Froh. Lugd. et Amst. *praesidium*.—11 'In verbis, et ipsam Indiae gentem, aliud quid latere suspicor, nempe perventum esse ad Indos proprie sic dictos,' *Schmiedgr.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Froh. Bas. Col. Lugd. et Amst. *Porticanus rex*; Dan. *Posticanus rex*; ceteri: *Oxycanus rex*. Voss,

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Oppido*] Duas urbes ab eo ad Indum constructas memorat Arrianus; alteram ad confluentes Indi et Acesinis, alteram in Sogdiorum finibus, supra Musicani regionem.

<sup>b</sup> *Musicani*] Est quidem apud alios *Musicanus*, regis, non gentis nomen. Sic Arrianus dixit τῆς Μουσικανοῦ ἐκπατρείαν, et τῆς Μουσικανῶν χώρας: sic quoque Diodorus. Sed Curtius populi quoque nomen fecit, ut constat ex sequentibus.

<sup>i</sup> *Teriolte*] Varie in multis editionibus legitur. Arriano 'Tirystes.' Paropamisadæ lib. vii. cap. 3.

<sup>j</sup> *Oxathres*] Erat hic Roxanæ pater, quam Alexander uxorem duxerat, lib. viii. cap. 4. Bactriani lib. vii. cap. 4. Accusatus opinor, fuerat asservatæ negligentius Bactrianæ arcis, cap. 7. Jure idem mihi est hoc loco atque, 'merito:' quod quivis facilius quam illud Rubenii ferat, *jure amoris*.

<sup>k</sup> *Praestos*] Solus hoc gentis nomen habet Curtius; quo magis suspectum mihi est. *Oxycanus*] Ita quoque Arrianus vocat; sed Diodorus et Strabo, multaque Curtii editiones, *Porticanus* appellant.

ander tertio die, quam cœperat obsidere, expugnavit. 12. Et Oxycanus, cum in arcem confugisset, legatos de conditione deditiois misit ad regem: sed antequam adirent eum, duæ turres cum ingenti fragore prociderant, per quarum ruinas Macedones evasere in arcem; qua capta, Oxycanus cum paucis repugnans occiditur. 13. Diruta igitur arce, et omnibus captivis venundatis, Sabi regis<sup>1</sup> fines ingressus est; multisque oppidis in fidem acceptis, validissimam gentis urbem cuniculo cepit. 14. Barbaris simile monstri visum est, rudibus militarium operum: quippe in media ferme urbe armati e terra existebant, nullo suffossi specus ante vestigio facto.<sup>2</sup> 15. 'Octoginta millia Indorum in ea regione cæsa,' Clitarchus est auctor, 'multosque captivos sub corona venisse.'<sup>3</sup> 16. Rursus Musicani defecerunt, ad quos opprimendos missus est Pithon, qui captum principem gentis, eundemque defectionis auctorem,<sup>m</sup> adduxit ad regem: quo Alexander in crucem sublato, rursus amnem, in quo 'classem expectare se' jusserat, repetit. 17. Quarto deinde die secundo amne pervenit

<sup>1</sup> Cum nullum effossi sub terra cuniculi indicium prius apparuisset.

<sup>2</sup> Auctione venditos fuisse.

2. *invicta urbi*. Idem paulo post et Pal. 1. omittunt *tertio*.—12 Bong. *Porrianus*; ceteri variant ut supra. Pith. *gentes* pro *turres*. Voss. 2. *prociderunt*, et mox omittit *capta*.—13 Ald. et Elz. *Dirupta*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Sambi*; Voss. 2. *Sanibi*; Lugd. et Amst. *Sami*. Voss. 2. *urbis gentem*.—14 'Freinsh. mavult: *cepit*. *Id barbaris*, &c. reddito pronomine, quod idem in præcedentis voculæ fine sonus absorbuert.' Schmieder. Voss. 2. *visum simile monstri*; Pal. 1. *simile monstro visum*; Elz. *simile monstri usum*. Voss. 2. in *m. fere*. Edd. ante Schmieder. omittunt *et armati*, quod ille ex codd. Bong. 1. 2. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Theocr. recepit. Florent. et Voss. 1. *existebat*; Voss. 2. *exibant*; Bong. 1. *suprascr. habet exurgebant*. Leid. et Voss. 1. 2. *suffossi*.—15 Florent. Leid. Voss. 1. et Bas. DCCC. Col. 800. Voss. 2. *Octuaginta*; vulgg. ante Freinsh. *Octo*. Voss. 1. et Pal. 1. omittunt *Indorum*. Voss. 1. *Ditarcus*; Florent. Leid. et Voss. 2. *Clitarcus*; Bong. Mer. Bas. et Col. *Clytarchus*.—16 Voss. 2. *Musificani*. Leid. et Voss. 2. *Phiton*; Voss. 1. Ald. Mer. Bas. Col. Lugd. et Amat. *Phyton*. Pal. 1. *deduxit*.—17 Pal. 1. omittit *secundo amne*. Ald. Frob. Bas. et

#### NOTE

<sup>1</sup> *Sabi regis*] Idem huic nomen est apud Strabonem, emendante Freinshemio; sed Pintarcho 'Sabbas,' Arriano et Diodoro 'Sambus,' Justino

'Ambigernus,' Orosio 'Ambiras.'

<sup>m</sup> *Auctorem*] Erat hic ipse rex Musicanus.

ad oppidum, qua iter in regnum<sup>a</sup> erat Sabi. Nuper se ille dederat, sed oppidani detrectabant imperium, et clauserant portas. 18. Quorum paucitate contemta, rex 'quingentos Agrianos moenia subire' jusserat, 'et sensim recedentes elicere extra muros hostem, secuturum profecto, si fugere eos crederet.' 19. Agriani, sicut imperatum erat, lacessito hoste, subito terga vertunt; quos barbari effuse sequentes in alios, inter quos ipse rex erat, incidunt. Renovato ergo praelio ex tribus millibus barbarorum quingenti cæsi sunt, mille capti, ceteri moenibus urbis inclusi. 20. Sed non, ut prima specie læta victoria, ita eventu quoque fuit: quippe barbari veneno tinxerant gladios: itaque saucii subinde expirabant: nec causa tam strenuæ<sup>o</sup> mortis excogitari poterat a medicis, cum etiam leves plagæ insanales essent. 21. Barbari autem speraverant, incautum et temerarium regem excipi posse: et forte inter promptissimos dimicans intactus evaserat. 22. Præcipue Ptole-

<sup>a</sup> Simili vulnere interimi posse.

Col. pervenitur. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. quod in regnum Sambi; vel Samibi; Pal. 1. qd in regnum iter erat Sambi; Bong. quod iter in regnum erat Sami; Mer. quod in regno erat Sami; Theocr. quod in regnum erat Sambi; Schmieder. conj. quod extremum erat Sambi, vel Sabi. Pith. Nuper ille, omisso se. Bong. et Elz. detractabant. Florent. clauserat.—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Leid. et Amst. jussit.—19 Voss. 2. sicut i. est; Bong. 1. secum i. erat. Pith. omittit lacessito hoste. Paulo post Leid. et Voss. 1. III. B. Bong. 1. 2. ∞. ceteri omnes et edd. tribus, vel III. millibus. Bong. Voss. 2. et edd. vulgg. ante Freinsh. sexcenti; Leid. et Voss. 1. DC. Dan. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. quingenti. Bong. 1. X. capti; Leid. et Voss. 1. ∞. capti; Voss. 2. quingenti capti . . . clausi.—20 Pal. 1. ut p. acie lati. Edd. vulgg. ante Freinsh. ita eventus; Leid. Florent. Voss. 1. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. ita eventus. Voss. 2. omittit, ita eventus quoque. Bong. 2. tinxer. gladios. Florent. Voss. 1. et Bong. 1. 2. itaque socii. Voss. 2. cum leves etiam.—21 Voss. 2. Barbari non speraverant; Florent. B. aut speraverant. Pal. 1. forte promptissimi inter dimicantes; Voss. 2. forte promp-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Qua iter in reg.] Atqui jam antea 'Sabi fines ingressus' erat. Sic ergo interpretare: Primum quidem per Mediterranea (nam exscensione facta in Oxycanum excurrerat, teste Arriano) in Sabi regnum irruerat, urbem ceperat: tum reversus ad clas-

sem, secundo fluvio ad aliam ejusdem regni urbem Indo finitimam pervenit. Nisi legere mavis: qua iterum reg. erat Sabi, &c.

<sup>o</sup> Strenuæ.] Tam celeris mortis. Vide lib. VII. cap. 1.

mæus<sup>p</sup> lævo humero, leviter quidem saucius, sed majore periculo, quam vulnere affectus, regis sollicitudinem in se converterat. Sanguine conjunctus erat, et quidam Philippo genitum esse credebant; certe pellice ejus ortum constabat. 23. Idem corporis custos promptissimusque bellator, et pacis artibus, quam militiæ, major et clarior, modico civilique cultu,<sup>j</sup> liberalis inprimis, adituque facilis, nihil ex fastu regio assumserat. 24. Ob hæc, regi an popularibus carior esset, dubitari poterat: tum certe primum expertus suorum animos, adeo ut fortunam,<sup>q</sup> in quam postea ascendit, in illo periculo Macedones ominati esse videantur: 25. quippe non levior illis Ptolemæi fuit cura, quam regis: qui, et prælio et solitudine fatigatus, cum Ptolemæo assideret, 'lectum, in quo ipse acquiesceret,' jussit 'inferri.' 26. In quem ut se recepit, protinus altior insecutus est somnus. Ex quo excitatus, 'per quietem vidisse' se,<sup>r</sup> exponit, 'speciem draconis oblatam herbam ferentis ore, quam veneni remedium esse monstrasset: 27. colorem quoque herbæ' referebat, 'agniturum,

<sup>j</sup> Moderata et vulgari ratione vivendi.

*tissime dimicans.* Dan. *tactus*, sed suprascr. in; Florent. *intactus tamen*.—22 Leid. et Voss. 1. 2. *Pholomeus*; Bong. *Ptolomeus*; Pith. *Tholomeus*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Phylippo*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *pellice ejus*. Voss. 2. *genitum constabat*.—23 Unus Leidensis: *adituque facili*. Florent. Leid. et Bong. 1. 2. *fastu regia*.—24 Voss. 2. *Ob hoc r. a. populari*. Hæc verba: *animos, adeo ut, &c.* usque ad ix. 9. 21. *graviora*, desunt in Bong. 1. *ominari* Pal. 1. *esse viderentur* Frob. Lugd. et Amst. *esse videbantur* Mer.—25 'Freinsh. emendat: *quam regi*. In cod. Theocr. abest *qui*: fuit forte: *quam regi. Is et, &c.*' Schmieder. Pal. 1. *qui cum prælio*; Voss. 2. *qui prælio*. Mer. et *solitudine fatigatus*.—27 Leid. Florent. Voss. 2.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Ptolemæus*] Lagi filius dictus. *Conjunctus*] Alexandro. *Philippo*] Alexandri patre.

<sup>q</sup> *Fortunam*] Regnum, quod post Alexandri mortem in Ægypto ac Libya obtinuit. *Quam regi*] Vulgo, *quam regis*, scil. cura illis fuit; sed illud ad Curtii mentem aptius, istud minus credibile, quia invidiosum.

<sup>r</sup> *Per quietem vidisse*] Potuit hoc quidem fieri tum divina virtute, tum boni malive genii opera; sed illud quoque facile fuit Alexandro, cum ab indigena quopiam vim ejus herbæ ac speciem adoctus privatim esset, visi miraculum fingere. Porro non apud Indos, sed in Oritis hoc contigisse Strabo retulit.

si quis reperisset, affirmans: inventamque deinde, quippe a multis erat requisita, vulnere imposuit: protinusque dolore finito, intra breve spatium cicatrix quoque obducta est. 28. Barbaros ut prima spes fefellerat, se ipsos urbemque dederunt. Hinc in proximam gentem Pathaliam<sup>a</sup> perventum est. Rex erat Moeris, qui, urbe deserta, in montes profugerat. 29. Itaque Alexander oppido potitur agrosque populatur. Magnæ inde prædæ actæ sunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti. 30. Ducibus deinde sumtis amnis peritis, defluxit ad insulam, medio ferme alveo enatam.<sup>b</sup>

IX. 1. Ibi diutius subsistere coactus, quia duces socordius asservati profugerant, misit, qui conquirerent alios; nec repertis, pervicax cupidus visendi Oceanum adeundique terminos mundi adegit, ut sine regionis peritis flumini ignoto caput suum totque fortissimorum virorum salutem permitteret.<sup>c</sup> 2. Navigabant ergo omnium, per quæ fere-

<sup>a</sup> Quæ in medio prope flumine sensim coaluerat.

et Bong. *inventam deinde*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *a multis simul erat*.—28 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Pathaliam*; Mer. Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. *Pathaliam*; Voss. 2. *Pathaliam urbem*; reliqui codd. et nonnullæ edd. vett. *Pathalyam*. Voss. 1. *Meris*; Voss. 2. *Inæris*.—30 Pal. 1. *Duabus deinde*. Pal. 1. *omitit sumtis*.

1 Mer. *quia d. secordius*. Voss. 2. *misitque qui*. Pith. *conquirerent*. Mod. *ne repertis*. Edd. ante Schmieder. *pervicax c. incessit visendi O. a. t. m. s. r. p. f. i. c. s. t. fortissimorum* [al. *clarissimorum*] *virorum s. permittere*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *omitit incessit*. Voss. 2. *Oceanum*. Idem et Pal. 1. *totamque*. Voss. 2. et Mer. *permitteret*. Lectionem nostram ex Theocr. restituit Schmieder. 'Scribendum puto: *et flumini ignoto*.' Bothe.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Pathaliam*] Incolit ea gens Patalenam insulam (hodie Tatta) quam Indus fluvius in duos alveos divisus efficit: utriusque nomen factum ab urbe insigni, quam Arrianus, Strabo, Ptolemæus *Pattala* vocant: hodieque idem esse nomen apud indigenas dicitur. Sed erratum est in Ptolemæi tabulis, quod multo infra divisionem collocatur, cum affirmet Arrianus ad urbem Pattala Indum amnem in duos ingentes fluvios scindi. De insulæ

forma et amplitudine, consulendus Strabo lib. xv. Dextro primum sive occidentali alveo navigavit Alexander.

<sup>c</sup> *Permitteret*] Cum nemo non viderit excidisse ex hoc commate aliquam vocem, aliunde in Merulæ editione legatur *permitteret*, non *permittere*, facilius visum est voculam *ut* inserere, quam, quod alii suadebant, addere, *coëgit*.

bantur, ignari: quantum inde abesset mare, quæ gentes colerent, quam placidum amnis os, quam patiens longarum navium esset, anceps et cæca æstimatio augurabatur.<sup>a</sup> Unum erat temeritatis solatium perpetua felicitas. 3. Jam cccc. stadia processerant, cum gubernatores, 'agnoscere ipsos auram maris, et haud procul videri sibi Oceanum abesse,' indicant regi. 4. Lætus ille hortari nauticos coepit, 'incumberent remis: adesse finem laboris omnibus votis expetitur. Jam nihil gloriæ deesse; nihil obstare virtuti: sine ullo Martis discrimine, sine sanguine orbem terræ ab illis capi. Ne naturam quidem longius posse procedere: brevi incognita nisi immortalibus esse visuros.' 5. Paucos tamen navigio emisit in ripam, qui agrestes vagos exciperent; e quibus certiora nosci posse sperabat: illi, scrutati omnia tuguria, tandem latentes reperere. 6. Qui interrogati, 'quam procul abesset mare,' responderunt, 'nullum ipsos mare ne fama quidem accepisse: ceterum tertio die perveniri posse ad aquam amaram, quæ corrumpere dulcem.' Intellectum est, mare destinari ab ignaris naturæ ejus. 7. Itaque ingenti alacritate nautici remigant, et proximo quoque die, quo propius spes admovebatur, crescebat ardor animorum: tertio jam die mixtum flumiui subibat mare, leni adhuc æstu confundente dispares undas.<sup>c</sup> 8. Tum aliam insulam,

<sup>a</sup> Locorum omnium, per quæ transibant, imperiti.

<sup>b</sup> Quam esset opportunum triremibus, incertis ac temerariis conjecturis divinabant.

<sup>c</sup> Cum adhuc placidus maris fluxus misceret dissimiles aquas fluvii et suas.

\*\*\*\*\*

—2 Voss. 2. et Pal. 1. et cæca existimatio.—3 Pal. 1. XL. stadia. Voss. 2. sibi videri Oceanum.—4 Mer. incumbere remis. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. laboris omnis; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. omnibus, omisso laboris. Voss. 2. deesse gloriæ. Florent. Leid. et Bong. maris pro Martia. Pro orbem terræ Schunieder, conj. terminum terræ. Bong. 2. et vulgg. ante Freinsh. Nec naturam; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et al. Ne naturam. Pal. 1. nisi mortalibus; Voss. 2. omittit nisi.—5 Mod. amisi. Voss. 1. in ripa. Voss. 2. ragosque. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. scrutata; Pal. 1. scrutari.—6 Mod. et edd. vulgg. ante Freinsh. abesset mari; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Mer. Ald. Frob. Col. et Bas. abesset mare. Voss. 2. omittit responderunt. Voss. 2. et Pal. 1. nec fama. Voss. 2. omittit die. Pal. 1. destinare; Voss. 2. designari.—7 Pal. 1. nautici navigant.—8 Florent. Leid. Voss.

medio anni sitam, evecti <sup>b</sup> paulo lentius, quia cursus <sup>c</sup> æstu reverberabatur, applicant classem: et ad commeatus petendos discurrunt, securi casus ejus, qui supervenit ignaris.<sup>d</sup>  
 9. Tertia ferme hora <sup>d</sup> erat, cum stata vice Oceanus exæsttuans invehī cœpit, et retro flumen urgere: quod primo coërcitum, deinde vehementius pulsum, majore impetu adversum agebatur, quam torrentia præcipiti alveo incurrunt.<sup>e</sup>  
 10. Ignota vulgo freti natura erat, monstraque et iræ Deum indicia cernere videbantur. Identidem intumescere mare, et in campos, paulo ante siccōs, descendere superfusum.  
 11. Jamque levatis navigiis <sup>e</sup> et tota classe dispersa, qui expositi erant, undique ad naves trepidi et improvise malo attoniti recurrunt. 12. Sed in tumultu festinatio quoque

<sup>d</sup> Nihil metuentes periculum quod incantos occupavit.

<sup>e</sup> Quod initio repressum æstu, postea violentius repulsam, rapidiore cursu retrorsum ferebatur, quam quo torrentes per præcipitia ruunt.

<sup>f</sup> Qui e navibus in terram descenderant.

2. Dan. Ald. Bas. et Col. *levius pro lentius*; Voss. 2. et nonnullæ edd. *vet. lentius*. Pal. 1. *qua cursus*; Voss. 2. *concursum*. Florent. Leid. et Voss. 1. *reverebatur*; Ald. Mer. Bas. et Col. *verebatur*; Frob. *remorabatur*; Colon. Sigeb. Mod. al. *reverberabatur*, ut conj. Heinsius. Bas. *applicat classem*. Voss. 2. *ad c. petentes*. Pal. 1. omittit *qui*.—9 Voss. 1. Pal. 1. Ald. et Mer. *statuta vice*. Voss. 2. *flumine urgente*.—10 Idem codex: *natura freti*, et mox omittit et ante *iræ*. Heinsius legendum putat: ut *iræ*. Pal. 1. *videbatur*. Mod. et aliæ edd. nonnullæ ante Freinsh. *intumescens*; Frob. *intumescere*. Florent. et Voss. 1. *descendere*; Bong. 2. *dissendere*.—11 Pal. 1. *etiam improvise*.—12 Pal. 1. *his*

#### NOTE

<sup>b</sup> *Erecti*] Notanda locutio, *erecti insulam*, id est, 'in insulam:' quomodo inferius cap. 9. 'evectusque os ejus.' Est qui hanc insulam putet esse quæ apud Arrianum 'Cylluta' dicitur: sed hoc narrationi Curtii parum convenit.

<sup>c</sup> *Cursus*] Fluminis intellige, non classis.

<sup>d</sup> *Tertia f. hora*] Respondebat ei fere quam nonam matutinam dicimus: quippe totum diem, pariter ut noctem, in duodecim horas partiri soliti, primam ab solis exortu inchoabant: tertia medio inter hanc atque meridianam spatio incipiebat. Illis au-

tem locis eo quidem anni tempore (mensis erat Junius) solis ortus in horam nostratem circiter quintam ac dimidiam convenit. Ceterum quæ sequuntur de maris illius æstu, aliæque generis ejusdem qui nosse volet, consulat inter alios auctorem Peripli Erythræi, Conimbricensis in Meteoris Tract. viii. cap. 4. &c.

<sup>e</sup> *Levatis nav.*] Pleraque navigia, saltem minora, ad ripam appulsa terræ, ut fit, aliqua saltem ex parte hærebant; cum repente superveniens æstus illa sursum extulit, ac dispersit.



tarda est: <sup>f</sup> hi contis navigia appellebant; hi, dum remos aptari prohibebant, consederant: 13. quidam, enavigare properantes, sed non expectatis, qui simul esse debebant, clauda et inhabilia navigia languide moliebantur: <sup>e</sup> aliæ navium inconsulte ruentes non receperant; pariterque et multitudo, et paucitas festinantes morabatur. 14. Clamor hinc 'expectare,' hinc 'ire' jubentium, dissonæque voces nusquam idem ac unum tendentium, <sup>h</sup> non oculorum modo usum, sed etiam aurium abstulerant. 15. Ne in gubernatoribus quidem quicquam opis erat, quorum nec exaudiri vox a tumultuantibus poterat, nec imperium a territis incompositisque servari. 16. Ergo collidi inter se naves, abstergerique invicem remi, <sup>i</sup> et alii aliorum navigia urgere cœperunt. Crederes, non unius exercitus classem vehi, sed duorum navale inisse certamen. 17. Incutiebantur puppibus proræ; premebantur a sequentibus, qui antecedentes turbaverant: jurgantium ira perveniebat etiam ad manus.

<sup>f</sup> Quasi mutilas remorum parte naves, adeoque minus expeditas lente movebant.

<sup>e</sup> Oppositæ voces hominum penitus contraria postulantium.

<sup>h</sup> Inter se mutuo concursu frangi.



*junctis navigia*; Florent. Leid. et Voss. 1. *ii contis n.* Voss. 2. omittit *contis*. Voss. 1. Bong. 2. Mod. Lugd. et Amst. *pellebant*, 'quod non sperno. Tum omnem locum sic lego, atque interprengo: *Hi contis navigia pellebant, dum remos aptari prohibebant. Consederant quidam, &c.* Potes etiam cum Scheffero legere: *Hi dum consederant, r. apt. prohibebant*, quia primo remi aptari solebant, ac tum demum eis aptatis, fieri consensio et occupatio sedium.' Schmieder. Bothe conj. *hi, dum remos aptare prohibebantur*. Voss. 2. *propellebant*; Pal. 1. *applicabant*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ii dum*. Voss. 2. *aptari præparabant*, et omittit *consederant*, pro quo Mod. et alii *considerant*. —13 Pith. *sed non expectandis*; Mer. *s. n. expectantes*. Voss. 2. *qui simul assidebant*. Voss. 1. et Bong. 2. *et clauda*; Pith. *claudia*. Mox Scheffero vocula non ex compendio scripturæ nata videtur, et legendum: *omnes receperant*. Elz. *morabantur*. —14 Voss. 1. *dissono voces*. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *numquam idem*. Voss. 2. *ac ne tendentium*; unus Snakenburgii et Dan. *atque unum tendentium*; Pal. 1. *atque unum intendentium*; Leid. *adque unum tendentium*. —15 *Nec in* Leid. Pal. 1. et Bong. 1. 2. —16 Voss. 2. et Pal. 1. *abstergique*; Voss. 1. et Bong. 2. *absterique*, sed in hoc *abstergerique* oræ ascriptum; Mer. *obterique*. Heins. legit, *alia aliis navigia argueri cœperunt*. Leid. *Videres non unius, &c.* Pal. 1. omittit *vehi*. —17 Pith. *premebanturque*. Dan. *ante cedentes*. Voss. 2. omittit, *jurgantium ira perre-*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Tarda est*] Tarditatis causa est, cœm impediunt ac morentur. quia nimia festinatione fit ut se invi-

18. Jamque æstus totos circa flumen campos inundaverat, tumulis duntaxat eminentibus, velut insulis parvis; in quos plerique trepidi, omissis navigiis, enare cœperunt. 19. Dispersa classis partim in præalta aqua stabat, qua subsederant valles,<sup>j</sup> partim in vado hærebat, utcumque inæquale terræ fastigium occupaverant undæ;<sup>k</sup> cum subito novus et pristino major terror incutitur. 20. Reciprocare cœpit mare magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus, reddebatque terras paulo ante profundo salo mersas.<sup>l</sup> Igitur destituta navigia alia præcitantur in proras, alia in latera procumbunt.<sup>m</sup> Strati erant campi sarcinis, armis, avulsarum tabularum remorumque fragmentis. 21. Miles nec egredi in terram, nec in naves subsistere audebat, identidem præsentibus graviora, quæ sequerentur, expectans. Vix, quæ perpetiebantur, videre ipsos credebant, in sicco naufragia,<sup>n</sup> in amni mare. 22. Nec finis malorum: quippe æstum paulo post mare relaturum,<sup>o</sup> quo navigia allevarentur, ignari, famem et ultima sibimet ominabantur: belluæ<sup>h</sup>

<sup>j</sup> Ubi depressiores campi erant.

<sup>k</sup> Ubicumque editior erat terra quam aqua inundaverant.

<sup>l</sup> Campos retragebat quos paulo ante altis aquis texerat.

<sup>m</sup> Desertæ ab his naves aliæ in suas proras cadunt, aliæ, &c.

<sup>n</sup> Cum ignorarent brevi reditum mare simili æstu.

niebat. Pal. 1. omittit etiam.—18 Voss. 2. *tutus* pro *totos*, et mox, *velut i. parvulis*. Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *trepidi*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *enare properant*; Theocr. *enare properabant*.—19 Florent. Leid. et Voss. 1. in *p.* in *qua*. Voss. 2. *que subsiderant*; Pal. 1. *qua subderant*. Voss. 2. *partim vado*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. 2. et Mer. *hærebant*. Mer. *occupaverat*. *Un*; Voss. 1. *occupaverant unde*; Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *occupaverant. Unde*. Voss. 2. *tum subito . . . intenditur*.—20 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. *Reciprocari*. Mer. *cepit mare*. Pal. 1. *reddebantque*. Voss. 2. omittit *profundo*; et mox habet, *navigia destituta*, et *partim p. in proram*. Pith. *alia in l. pocumbant*. Frob. omittit *sarcinis*. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. omittunt *armis*.—21 Voss. 2. *non egredi*. 'Lego cum Scheffero, in *nave*, vel in *navi*, quod codex Bodl. habet. Illud *s* in fine vocis *naves* transmissum est ex initiali vocis sequentis.' Schmieder. Ald. Mer. Bas. et Col. *spectans*. Pal. 1. *patiebatur*; Voss. 1. *percrebatur*; Florent. et Leid. *vixque pertiebantur*. Bas. et Col. *posse credebant*; Siegb. *possent credebant*.—22 Florent. Leid. et Voss. 2. *finis malorum*. Florent.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> Naufragia] Cum æstu destituta      <sup>h</sup> Belluæ] Ceti, phocæ, balænæ in-  
navigia, suoque pondere procumben-      genti mole.  
tia quassarentur.

Delph. et Var. Clas.

Q. Curt.

2 Z

quoque, fluctibus destitutæ, terribiles vagabantur. 23. Jamque nox appetebat, et regem quoque desperatio salutis ægritudine affecerat: non tamen invictum animum curæ obruunt, quin tota nocte præsideret in speculis, equitesque præmitteret ad os amnis, ut, cum mare rursus exæstuarē sensissent, præcederent.<sup>1</sup> 24. 'Navigia' quoque 'lacerata' refici, et eversa fluctibus erigi<sup>2</sup> jubet, 'paratosque esse et intentos, cum rursus mare terras inundasset.' 25. Tota ea nocte inter vigilias adhortationesque consumptæ, celeriter et equites ingenti cursu refugere; et secutus est æstus: qui primo, aquis leni tractu subeuntibus, cœpit levare navigia, mox, totis campis inundans, etiam impulit classem: 26. plaususque militum nauticorumque, insperatam salutem immodico celebrantium gaudio, littoribus ripisque resonabat: 'unde tantum redisset subito mare; quo pridie refugisset; quænam esset ejusdem elementi natura, modo discors, modo imperio temporum obnoxia,'<sup>3</sup> mirabundi requirebant. 27. Rex cum ex eo, quod acciderat, conjectaret, post solis ortum<sup>4</sup> statum tempus esse; media nocte, ut

• *Nunc pugnans temporum conditioni, nunc iis subjecta.*

~~~~~

*adleverentur.* Pro *vagabantur* margo Ed. Gryph. *videbantur*.—23 *Itaque nox* Pal. 1. *apparebat* Mer. *qui in tota Pith. persideret* Florent. Leid. et Voss. 1. *præsideret inspecturus.* Voss. 2. et Frob. *æstuarē.* Edd. ante Schmieder. *præcederent*; Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. 1. 2. *præcederent*.—24 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *quoque et.* Voss. 2. *omittit esse.* Pith. *omittit terras*.—25 Edd. ante Freinsh. plurimæ: *celeriter equites*; Pith. *celeriterque et equites*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. *celeriter ut equites.* Sequentia usque ad *stadia*, § 27. desunt in Pal. 1. Mox Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. *inundantes*.—26 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *omittunt que post nauticorum.* Voss. 2. *resonabant*, et *mox quæ etiam esset.* Florent. Leid. et Voss. 1. *mentis natura*; Bong. 1. *elementis natura*; et sic Dan. sed ad marg. *elementis.* Pal. 1. *omittit modo*; Voss. 2. *omittit modo discors*.—27 Voss. 2. Ald. Mer. Bas. et Col. *statutum t. esse.* Voss. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *ex me-*

#### NOTE

<sup>1</sup> *Procederent*] Ad classem, nuntiatu maris reditum: forte *retrocederent*.

<sup>2</sup> *Post solis ortum*] Male quidem conjectabat Alexander si perpetuum id esse existimavit, ut post solis exortum rediret maris æstus. Cum

enim singulis diebus una fere hora tardius accedat recedatque, necesse est aliquando contingere, ut solis reditum prævertat. Sed moram illic nimirum breviorē fecerat, quam ut id experiri potuisset.

æstum occuparet, cum paucis navigiis secundo amne defluxit. Evectusque<sup>k</sup> os ejus<sup>p</sup> quadringenta stadia processit in mare, tandem voti sui compos: præsidibusque maris et locorum Diis sacrificio facto, ad classem rediit.

x. 1. Hinc adversum flumen subiit<sup>a</sup> classis; et altero die appulsa est haud procul lacu salso, cujus ignota natura plerosque decepit, temere ingressos aquam: quippe scabies corpora invasit, et contagium morbi etiam in alios vulgatum est: oleum remedio fuit. 2. Leonnato deinde præmisso, ut puteos foderet, qua terrestri itinere ducturus exercitum videbatur, (quippe sicca erat regio,) ipse cum copiis substitit, vernum tempus<sup>a</sup> expectans. Interim et urbes<sup>b</sup> pleras-

<sup>p</sup> Et ostium ejus ingressus.

<sup>a</sup> Adverso eodem fluvio progressa est.

~~~~~

dia; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. et media. Voss. 2. *Evectus quoque*. Bong. 2. omittit *os*. Vulgg. edd. ante Freinsh. *præsidibus et maris*; Florent. Leid. et Voss. 1. *præsidibusque et maris*; Voss. 2. et Bong. 2. *præsidibusque*; Ald. Mer. et recentt. ut in textu. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Diis*.

1 Voss. 2. *Hic*. Pith. *adversus*. Florent. Leid. Voss. 1. Bæ. et Col. *subit classis*. Voss. 1. omittit *est* ante *haud*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *incognita natura*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Ald. in alio. Voss. 2. omittit *est* post *vulgatum*, et mox habet *remedium*.—2 Nonnulli codd. et edd. *Leonnato*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *substitit*; Voss. 2. *consistit*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *verni*, sed suprascr. *ū*, ut sit *vernū*; Pith. *vernium*. Tell.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Evectusque*] Ad ostia fluminis delatus, ut supra cap. 9. 'Tauros Neptuno cæsos projecit in mare; libationeque sacrificio superaddita, phialam auream et crateres anreos gratias agens projecit in mare,' &c. Arrianus: apud quem hæc omnia paulo accenratius descripta reperies.

<sup>a</sup> *Vernum tempus*] Venerat, ut diximus, ad Pattala sub canis exortum, mense Junio, anno 2. exeunte Olymp. cxiii. sequenti Nearchus et Onesicritus ex Pattalene solverunt, Alexandro jam profecto ex India: solverunt autem, inquit Nearchus apud Strabonem, 'autumno sub vespertinum ortum Pleiadum,' qui tñm temporis sub æquinoctium incidebat. Apud Arrianum in Indicis dies assig-

natnr 20. Boëdromionis, quam Uaserius confert in Kalendas Octobris Juliani. Non ergo *vernū tempus* expectavit Alexander: immo nondum finita æstate iter aggressum esse, ex Strabone intelligimus.

<sup>b</sup> *Urbes*] Inter quas memoratnr 'Barce' a Justino lib. xii. cap. 10. 'Potana' apud Diodorum lib. xvii. Tum Xylenopolis, ut ex Arriano et Plinio collatis recte conjecit Freinshemius. *Portusque*] Vulgo *pleraque*; scilicet *urbes*. Sed optime idem auctor vidit sensum hoc idoneum habere nullum posse. Pleraque in Pattalena construxisse Arrianus docet: nam ex Oceano Pattala redierat. Inde per sinistram sive orientalem Indi alveum rursus ad Oceanum pe-

que condidit. 3. Nearchus atque Onesicritus,<sup>c</sup> nauticæ rei peritis, imperavit, 'ut validissimas navium deducerent in Oceanum, progressique, quoad tuto possent, naturam maris noscerent: vel eodem amne,<sup>d</sup> vel Euphrate subire eos posse, cum reverti ad se vellent.' 4. Jamque mitigata<sup>e</sup> hyeme, et navibus, quæ inutiles videbantur, crematis, terra ducebat exercitum. 5. Nonis<sup>f</sup> castris in regionem Arabitarum;<sup>g</sup> inde totidem diebus in Gedrosiorum<sup>h</sup> regionem perventum

~~~~~

cum Freinsh. *urbes portusque condidit.*—3 Voss. 2. *Nearco.* Mod. *quod tuto.* Voss. 2. *Euftrate.* In Bong. 1. desunt, *amne vel Euphrate, &c.* usque ad illa x. 1. 7. *Indos, &c.*—4 Voss. 2. *mitigante.* Pal. 1. omittit *terra*; Voss. 2. *traherebat, i. e. f'ra* (vel *terra*) *ducebat.*—5 Pith. *Novis castris.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *regione Aboriton*; Voss. 2. *regione Aboridon*; Pal. 1. et Dan. *regione Aborcton*; Mer. Bas. et Col. *reg. Aboricon.* Voss. 2. *inde totidem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Mer. Bas. et Col. *Cedrosiorum*; Elz. et vulgg. *Cedrosiorum*; Ald. Colin. Gryph. et Frob. *Gedrosiorum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Mer. Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. omittunt

#### NOTE

netravit; denuoque Pattala reversus necessaria tum suo itineri, tum navigaturæ per Oceanum classi comparavit.

<sup>c</sup> *Nearchus, Onesicritus.*] Fuit Nearchus totius classis præfectus, Onesicritus vero 'gubernatorum magister,' ut tradit Arrianus: quamvis ipse se *ραβαστορ*, id est, ut Plinius interpretatur, *classis præfectum*, appellaverit in Historia quam scripsit, pariter ut Nearchus.

<sup>d</sup> *Eod. amne*] Indo. *Euphrate*] Per hunc reipsa subierunt, ut refert Arrianus Exp. lib. vi. et in Indicis. Ex quo Melam refellas qui Euphratem negat ullo manifesto exitu in mare effluere.

<sup>e</sup> *Mitigata*] Vide quæ modo dicta sunt cap. præced. *Nonis castris*] Lib. III. cap. 7.

<sup>f</sup> *Arabitarum*] Nomen illis factum a flumine 'Arabo': ipsi quoque 'Arbies,' 'Arabii,' 'Arabii,' 'Arbitæ,' 'Aribes,' &c. corrupte an secus, apud diversos scriptores appellantur. In-

ter Indum et Carmaniam ad mare siti erant.

<sup>g</sup> *Gedrosiorum*] Terminos habuit ab Oriente Indum fluvium, a Septentrione Arachosiam atque Drangianam, ab Occidente Carmaniam, a Meridie Oceanum Indicum. Ita quidem Ptolemæus et Marcius Heracleotes in Periplo. Sed Strabo Gedrosiam in Mediterraneis totam videtur collocare: quippe universum litus ab Indi ostiis ad Carmaniam partitur inter 'Arbies' sive Arabitas, Oritas et Ichthyophagos: supra hos sitam ait esse Gedrosiam. Quæ conciliari aliter nequeunt, quam si apud Strabonem proprie, apud Ptolemæum latius acceptam intelligas; atque hoc pacto Curtium et Arrianum interpretari licet, ut post Arabitas in Gedrosiam proprie dictam ventum sit. Hodiernum nomen alii *Mackeran*, alii *Guzzerath*, aliud alii faciunt. *Deditit se*] Hoc non Gedrosi, sed Oritæ fecerunt. Arrianus.

est. Liber hic populus, concilio habito, dedit se; nec quicquam deditis præter commeatus imperatum est.<sup>6</sup> 6. Quinto hinc die venit ad flumen: 'Arabum'<sup>h</sup> incolæ appellant. Regio deserta et aquarum inops excipit; quam emensus in Horitas transit: ibi majorem exercitus partem Hephæstioni tradidit; levem armaturam cum Ptolemæo Leonnatoque partitus est. 7. Tria simul agmina populabantur Indos;<sup>i</sup> magnæque prædæ actæ sunt: maritimos Ptolemæus, ceteros ipse rex, et ab alia parte Leonnatus urebant. In hac quoque regione<sup>j</sup> urbem condidit, deductique sunt in eam Arachosii. 8. Hinc pervenit ad maritimos Indos:<sup>k</sup> desertam vastamque regionem late tenent, ac ne cum finitimis quidem ullo commercii jure miscentur. 9. Ipsa solitudo natura quoque immitia efferavit ingenia:'

<sup>6</sup> Ab iis qui se dederant, nihil exactum est præter cibaria.

<sup>a</sup> Solitaria vita ferociore reddidit eorum animos, indole sua jam feroces.

—————

regionem. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt est. Voss. 2. Elz. alii consilio. Voss. 2. commeatum.—6 Pal. 1. omittit venit. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Mer. Bas. et Col. *Barbarum incolæ*; edd. vulgg. ante Freinsh. *Arabem incolæ*; Ald. *Arabum incolæ*. Pith. et a. *inops*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Mer. Bas. et Col. *Noritas*; Voss. 2. *Mocitas*; Ald. *Oritas*; vulgg. edd. ante Freinsh. *Horitas*; Frob. et Amst. *Horitas*. Elz. *levam*.—7 Scheff. conj. *populabantur eos*. Voss. 2. *magneque*. Pro *urebant* Heumannus legit *urebant*. Sigeib. et Colin. In h. q. r. u. condidit *Amarachosios*. Florent. Leid. Dan. et Voss. 1. *sunt in Amarachosii*; Pal. 1. et Voss. 1. *sunt Marachosii*; Ald. *sunt in Aracostos*; Pith. *sunt in Amochosis*; Mer. *sunt in Amerechosios*; Bas. et Col. *sunt in Amarachosios*.—8 Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *cum finitima*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Arabum*] Ptolemæo et Arriano 'Arabius,' Straboni et Plinio 'Arbis,' Stephano 'Arabis,' aliter apud alios vocatur: hodie quibusdam *Berbero*, plerisque *Ilment*. Sed quid est quod ait Curtius Alexandrum ad flumen Arabum venisse, cum jam plurium dierum itinere Arabitas illud accolentes prætergressum dixerit?

<sup>i</sup> *Indos*] Jampridem India relicta erat; nec istos quisquam alius, quod sciam, Indos appellavit qui citra Arabum fluvium incolunt.

<sup>j</sup> *In hac q. regione*] In Oritis, ubi

Rhambacia fuit maximus illorum pagus cum portu: cujus commoditate perspecta, urbem condidit, 'in finibus gentis Arianæ,' inquit Plinius: nam Arianæ pars est Gedrosia, in qua Oritæ sunt. Vide lib. vii. cap. 3. *Arachosii*] Forte hinc conjicere liceat alteram esse earum quæ Stephano vocantur 'Alexandria in Arachotis,' non quia in Arachosia foret, sed quia incolæ habuit Arachosios.

<sup>k</sup> *Marit. Indos*] Hi sunt quos Plinius Gedrosos, Strabo Ichthyophagos appellat.

prominent ungues nunquam recisi: comæ hirsutæ et intonsæ sunt: 10. tuguria conchis et ceteris purgamentis maris instruunt: ferarum pellibus tecti, piscibus sole duratis et majorum quoque belluarum, quas fluctus ejicit, carne vescuntur. 11. Consumtis igitur alimentis, Macedones primo inopiam, deinde ad ultimum famem sentire cœperunt, radices palmarum (namque sola ea arbor gignitur) ubique rimantes. 12. Sed cum hæc quoque alimenta defecerant, jumenta cedere aggressi, ne equis quidem abstinebant; et cum deessent, quæ sarcinas veherent, spolia de hostibus, propter quæ ultima Orientis peragraverant, cremabant incendio. 13. Famem deinde pestilentia secuta est: quippe insalubrium ciborum novi succi, ad hoc itineris labor et ægritudo animi, vulgaverant morbos; <sup>d</sup> et nec manere sine clade, nec progredi poterant: manentes fames, progressos acrior pestilentia urgebat. 14. Ergo strati erant campi pæne pluribus semivivis, quam cadaveribus. Ac nelevius quidem ægri sequi poterant: quippe agmen raptim agebatur, tantum singulis ad spem salutis ipsos proficere credentibus, quantum itineris festinando præriperent. <sup>e</sup> 15. Igitur, qui defecerant, notos ignotosque, 'ut allevarentur,' orabant. Sed nec jumenta erant, quibus excipi possent; <sup>f</sup> et miles vix arma portabat, imminetisque etiam ipsis facies mali ante oculos erat. Ergo sæpius revocati, ne respicere quidem suos sustinebant, misericordia in formidinem versa. <sup>g</sup>

<sup>d</sup> Contagionem sparserant.

<sup>e</sup> Exercitus festinanter ducebatur, cum unusquisque tanto propius ad spem incolumitatis se accedere putaret, quanto plus properando alios antevertisset.

<sup>f</sup> In quæ imponi possent.

<sup>g</sup> Quamvis frequenter implorati a tergo, ne volebant quidem ad suos amicos vultum convertere.

~~~~~

simis.—10 Vulgg. ante Freinsh. *struunt*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Col. et recentt. *instruunt*. Leid. et Voss. 1. 2. *ejicit*.—11 Schmieder. *mallet vel deinde, vel ad ultimum abesse*. In Bong. 1. *radices, &c.* desunt usque ad *cadaveribus*, ix. 10. 14.—12 Pith. *deferant*. Pal. 1. *nec equis*. In Voss. 2. *quæ veherent* sunt ab al. m.—13 Pith. *fame*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *novi suci*. Pal. 1. *adhæc*; Voss. 2. *adhec*.—14 Florent. Leid. Voss. 1. Elz. et multæ edd. ante Freinsh. *præriperent*; Voss. 2. *præciperint*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *præriperent*.—15 Florent. *portabant*. Voss. 2. et Pal. 1. *imminetis et*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *imminetisque et*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin.

16. Illi relictī 'Deos testes, sacra communia,<sup>4</sup> regisque' implorabant 'opem:' cumque frustra surdas aures fatigaret, in rabiem desperatione versi, 'parem suo exitum similesque ipsis amicos et contubernales' precabantur. 17. Rex, dolore simul ac pudore anxius, quia causa tantæ claudis ipse esset, ad Phrataphernen, Parthorum<sup>1</sup> satrapen, misit, qui juberet, 'camelis cocta cibaria afferre:' alios quoque finitimarum regionum præfectos certiores necessitatis suæ fecit. Nec cessatum est ab his. 18. Itaque fame duntaxat vindicatus<sup>2</sup> exercitus, tandem in Gedrosiæ fines<sup>3</sup> perducitur. Omnium rerum sola fertilis regio est, in qua stativa habuit, ut vexatos milites quiete firmaret. 19. Hic Leonnati literas accipit, 'conflixisse ipsum cum octo millibus peditum et quingentis equitibus Horitarum<sup>5</sup> prospero

<sup>4</sup> *Communem utrisque religionem.*

<sup>4</sup> *A fame sola liberatus.*

\*\*\*\*\*

Gryph. Mer. Bas. et Col. *ipsius facies*. Bong. *nec respicere*.—16 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *et sacra communia*; Pal. 1. *sacra omnia*. Pith. *var. suo exitum*.—17 Pal. 1. *omittit, ac pudore anxius*; Voss. 1. et Bong. 2. *ac p. anxius*; alii, *et p. anxius*. Voss. 1. *qua causa*; Bong. 2. *quæ causa*; Pith. *que causa*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Affrapernen*; Voss. 2. *Affrapermen*; Pal. 1. *Affrapammem*; Pith. et Bong. 2. *Affrapernem*. Florent. Leid. Voss. 1. et edd. fere omnes ante Freinsh. *Parthinorum*; Voss. 2. *Parthienorum*; Pal. 1. *Parthaorum*; Pith. et Bong. 2. *Partinorum*; Ald. *Parthorum*. Pal. 1. *tota pro cocta*; Voss. 2. *toto*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *omittunt quoque*. Leid. *fnitimo*. Mer. *certiorem*.—18 *Itaque a fame conj.* Heinsius. Ald. *vindicatus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. ante Freinsh. *Cedrosiæ*; Mer. *Sedrosiæ*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. *Gedrosiæ*. Voss. 2. et Pal. 1. *Omniumque*. Mod. et al. *solo*; Bothe *edidit soli*, ex conjectura Sebisii.—19 Pal. 1. *Hinc*. Florent. Leid. et Voss. 1. *accepit*. Mer. *consecisse*. Voss. 2. *cum novem millibus*; Voss. 1. *cum VIII. B.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *et CCC. equitibus*; Voss. 2. *et trecentis equitibus*; Bong. *et III. equitibus*; Amst. *et quadringentis equitibus*. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Dan. *Moritarum*; Voss. 2. *Maricarum*; Ald. Bas. Col.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Parthorum*] Parthia lib. vi. cap. 3. quæ longo sane intervallo ab Gedrosia aberat. *Regionum*] Ariæ, Drangianæ, &c.

<sup>3</sup> *In Gedrosiæ fines*] Ultimos videlicet, per quos e Gedrosia in Carmaniam exeundum erat; nam primos dudum ingressus erat. De his fini-

bus, sive extrema Gedrosiæ parte Carmaniam versas, intelligendum quod sequitur: *sola fertilis regio est*. Sola, inquam, inter ceteras Gedrosiæ partes omnium rerum inopes. Maluit tamen alii legere: *omnium rerum soli fertilis est*.

<sup>5</sup> *Horitarum*] Hi enim digresso



eventu.' A Cratero<sup>o</sup> quoque nuntius venit, 'Ozinen<sup>o</sup> et Zariaspen, nobiles Persas, defectionem molientes, oppressos a se, in vinculis esse.' 20. Præposito igitur regioni<sup>o</sup> Silyrtio (namque Menon, præfectus ejus, nuper interierat morbo) in Carmaniam<sup>o</sup> ipse processit. 21. Aspastes<sup>o</sup> erat satrapes gentis, suspectus res novare voluisse, dum in India rex esset. 22. Quem occurrentem dissimulata ira comiter allocutus, dum exploraret, quæ delata erant, in eodem honore habuit. Cum inde præfecti,<sup>o</sup> sicut imperatum erat,

~~~~~

et Lugd. *Noritarum*; Elz. et edd. vulgg. ante Freinsh. *Oritarum*; Frob. et edd. recentt. *Horitarum*. Voss. 2. *Orcinem*; Pal. 1. *Orzinem*; Ald. *Ordanem*; Bong. *ozinem*; ceteri codd. *Ozinem*. Voss. 2. *Zartapem*; Pal. 1. *Zanaspem*; Amst. *Turiaspem*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. ceteri et edd. recentt. *Zariaspen*. Voss. 2. *nobilis*.—20 Idem codex *Præpositi i. regionis Iburcio*; Bong. 1. 2. *P. i. regionis Iburcio*; Ald. *P. i. r. Silyrtio*; Pal. 1. *P. i. r. Iuburcio*. Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. 2. *Manon*; vulgg. edd. ante Freinsh. *Memnon*. Pal. 1. *Camaniram*.—21 Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Aspatis*, et sic infra; Florent. et Leid. *Aspartis*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *Satrapas*. Florent. Leid. Voss. 1. et Mod. *rex est*; Ald. *rex est*; Bong. 1. 2. *rex esset*.—22 *Cum India* multæ edd. ante Schmieder. *Cum Indi* Voss. 2. *Cum inde* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Colon. Sigebe. et Mer.

#### NOTÆ

Alexandro defecerant, ac Leonnati agmen adorti, non paucos impune occiderant.

• *Cratero*] Huic exercitus partem discedens ex India commiserat, ut per Arachosiam et Drangianam in Carmaniam duceret.

• *Ozinem* [*Orzinem*] Arrianus *Ordanem*, quædam Curtii edd. *Ordanem* habent, exiguu discrimine ob affinitatem δ et ζ. *Molientes*] Ubi autem? non quidem in Perside; necdum enim eo venerat Craterus.

• *Regioni*] Gedrosiæ. Menon quidem supra lib. vii. cap. 3. prætor Arachosii datus erat: post igitur et Gedrosiæ, cum ei Silyrtius in utraque præfectura successerit. At non Menoni, sed Thoanti Silyrtium, Apollophanæ Thoantem successum esse tradit Arrianus lib. vi.

• *In Carmaniam*] Hujus erant limites, versus Ortum Gedrosia cum Dran-

giana; a Septemtrione Aria Parthiaque; ab Occasu Persia; in Meridiem Oceanus. Hodieque vetustatum nomen manet *Kherman*.

• *Aspastes*] Atqui Silyrtius, quem modo Gedrosiæ præfectum vidimus, eo ex Carmaniæ præfectura translatus erat, eique Tlepolemus substitutus; si Arriano fides. Ubi ergo Aspatis Satrapia? num forte, ut Media, sic Carmania duobus erat Satrapis divisa, duplex cum esset, 'cultæ' et 'desertæ'? Hoc quidem pacto et Curtius Arriano, et secum ipse Arrianus conciliari posset, qui in lib. Rer. Indic. diversum a Silyrtio memorat Carmaniæ Satrapem.

• *Inde* [*India*] *præfecti*] Credibilis quod habet Arrianus, non Indiæ, quæ partim jam defecerat, partim remotior erat; sed Arianiæ Præfectos Stasanorem, Phrataphernem, &c. ista misisse. *Ad impedim.*] Ad vehen-





equorum jumentorumque jugalium vim ingentem ex omni, quæ sub imperio erat, regione misissent; quibus deerant impedimenta, restituit. 23. Arma quoque ad pristinum refecta sunt cultum: quippe haud procul a Perside aberant, non pacata modo, sed etiam opulenta. 24. Igitur, ut supra dictum est, æmulatus Patris Liberi non gloriam solum, quam ex illis gentibus deportaverat, sed etiam famam, (sive illud triumphus fuit, ab eo primum institutus, sive bacchantium lusus) [statuit imitari] animo super humanum fastigium elato, 'vicos, per quos iter erat, floribus coronisque sterni jubet: 25. liminibus ædium crateras vino repletos et alia eximiæ magnitudinis vasa disponi: vehicula deinde constrata, ut plures capere milites possent, in tabernaculorum modum ornari, alia candidis velis, alia veste pretiosa.' 26. Primi ibant amici et cohors regia, variis redimita floribus coronisque: alibi tibicinum cantus, alibi lyræ sonus audiebatur: item in vehiculis, pro copia cujusque adornatis, comessabundus exercitus, armis, quæ maxime decora erant, circumpendentibus. Ipsum convivasque currus vehebat, crateris aureis ejusdemque materiæ ingen-

~~~~~

que post jumentorum non habetur in Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. quæ sub i. erant Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Bong.—24 Bothe edidit: sed etiam infamiam. 'Præfero emendationem Schefferi: sed etiam insaniam.' Schmieder. Ald. triumphum fuit. Voss. 1. et Bong. 2. habeo primum. Leid. sive b. lusus; Pal. 1. sive b. luxus. Voss. 1. sepe pro super.—25 Florent. Leid. et Bong. 1. 2. crateras; Voss. 1. creterras; Mer. et Amst. crateras. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Pal. 1. Dan. alii vino repletas. Voss. 2. et animalia eximia. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt vasa. Voss. 2. omittit ut ante plures. Mox conj. Freinsh. ornari candidis velis, aliaque veste pretiosa.—26 Voss. 2. Ibant primi. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Mod. et plurimæ edd. ante Freinsh. tubicinum. Florent. Leid. et Voss. 1. alii lyræ. Pro item Scheffer. mavult tum. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Dan. et Mer. omittunt in ante vehiculis. Florent. Leid. et Voss. 1. comessabundus; Voss. 2. et Bas. comesabundus; Bong. 2. comissabundus; Pal. 1. maxime decoraverant. Florent. circumpellentibus. Florent. Leid. Dan. et Bong. 1. 2. creterris; Voss. 1. crateris; Pal. 1. Craterus. Pith. ejusdem, omissio que. Elz. ingentibus po-

#### NOTÆ

das sarcinas.

'Statuit imit.'] Hoc quoque retulit Arrianus: 'Sed hæc neque Ptolemæus,' inquit, 'nec Aristobulus, nec

alius quispiam auctor, cui in hac parte fides haberi possit, memoriæ prodiderunt,' &c. De bacchatione et bacchantibus lib. viii. cap. 10.

tibus poculis prægravis. 27. Hoc modo per dies septem bacchabundum agmen incessit; parata præda, si quid victis saltem adversus comessantes animi fuisset: mille hercule, viri modo et sobrii,<sup>†</sup> septem dierum crapula graves in suo triumpho capere potuerunt. 28. Sed fortuna, quæ rebus famam pretiumque constituit, hic quoque militiæ probrum vertit in gloriam. Et præsens ætas et posteritas deinde mirata est, 'per gentes nondum satis domitas incessisse temulentos, barbaris, quod temeritas erat, fiduciam esse credentibus.' 29. Hunc apparatus carnifex sequebatur: quippe satrapes Aspastes, de quo ante dictum est, interfici iussus est: 30. adeo nec luxuriæ quicquam crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat.

<sup>†</sup> Qui facilia præda fuisset, si, &c.

<sup>†</sup> Qui modo fortes ac non temulenti forent.

pulis.—27 Pal. 1. omittit *incessit*. Codd. fere omnes et edd. ante Schmieder. *parata præda*; Amst. et Lugd. *parata præda*. 'Non dubitavi sic scribere cum cod. Theocr. quamvis Freinsh. vulgatam ex Virg. Eclog. III. 68. et Sallust. Jugurt. x. 4. defendit.' Schmieder. Pal. 1. omittit *adversus*. Ald. *comessantes*; Florent. Leid. et Voss. 1. *comisantes*; Bong. 2. *comissantes*; Voss. 2. Bas. et Col. *comesantes*. Pith. omittit *mille*, pro quo Voss. 1. habet *œ*. Idem. et Bong. 2. *cohercle*; Bong. 1. *non hercle*.—28 Bong. Lugd. et Amst. *hoc quoque*. Voss. 2. *mutata est*, et in margine *mutata*. Florent. *temulendos*. Voss. 2. *barbarisque temeritatem, fiduciam*.—29 Florent. Leid. et Voss. 1. *Aspastris*; Voss. 2. *Aspastis*. Pal. 1. omittit *ante*.—30 Florent. Leid. Dan. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *ne luxuria*.

**Q. CURTII RUFII,**  
**DE REBUS GESTIS**  
**ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,**  
**LIBER X.**

---

**ARGUMENTUM.**

**CAP. I.** Alexandri severitas in præfectos improbos; Nearchi prior ad regem reditus; Alexandri consilia de orbe terrarum subigendo. Orsinis insontis supplicium. Literæ ex India et Europa. **II.** Dum Alexander turbatum Græciæ statum pacare, ex militibus ære alieno liberatis seniores remittere domum, reliquos retinere cogitat, in castris oritur seditio, quam gravi oratione et regia auctoritate compescit. **III. IV.** Seditiosis supplicio affectis, totius exercitus dissipat consilia, et Persia credit corporis custodiam. (Sequitur magna lacuna.) **V.** Alexander moribundus exercitum salutatur. Dicta et gesta ejus ante obitum. Quantum a suis fuerit desideratus, præcipue vero a Darii matre; quæ, dolori succumbens, paulo post extincta est. Alexandri elogium. **VI.** De rege, qui Alexandrum exciperet, inter Macedonas consultatio et variorum sententiæ. **VII.** Aridæum, Alexandri fratrem, regem salutatur Meleager; filio ex Roxane futuro Perdiccam et Leonnatum tutores destinatur Pithon; regiam peditibus stipatus irrumpit Aridæus cum Meleagro; equitibus comitibus ex urbe excedere statuunt Perdicca et Leonnatus. **VIII.** Perdicca e vitæ periculo servatus campis occupatis Babylonem fame premit. Aridæus autem, pacis studiosus, tumultum media quadam ratione componere conatur. **IX.** Perdicca, dum patrio more exercitum lustrat, Meleagrum et trecentos fere alios discordiæ auctores dolo opprimit. **X.** Alexandri imperium dividit Perdicca, summam Aridæo et sibi, provinciarum copiarum ducibus tribuens. Rumor de Alexandro, veneno necato. Corpus ejus Ægyptiorum et Chaldeorum more curatum Ptolemæus Alexandriam transfert.

1. 1. Iisdem fere diebus Cleander et Sitalces et cum Agathone Heracon superveniunt, qui Parmenionem<sup>a</sup> jussu regis occiderant; quinque millia peditum cum equitibus mille, 2. sed et accusatores eos e provincia,<sup>b</sup> cui præfuerant, sequebantur; nec tot facinora, quot admiserant, compensare poterant cædis perquam gratæ regi ministerio. 3. Quippe cum omnia profana spoliassent, ne sacris quidem abstinuerant: virginesque et principes fœminarum, stupra perpressæ, corporum ludibria deflebant. 4. Invisum Macedonum nomen avaritia eorum ac libido barbaris fecerat. 5. Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor, qui nobilem virginem constupratam servo suo pellicem dederat. 6. Plerique<sup>c</sup> amicorum Alexandri non tam criminum, quæ

~~~~~

Florent. et Leid. *Explicit L. Q. Curti Rufi Historiarum incipit liber decimus*; Voss. 2. est sine Titulis; sed hoc uno in loco in margine notatur: *Lib. VI. Pith. Explicit lib. oct. Qu. Curtii Rufi Hist. Al. Mag. Mac. Regis: liber nonus incipit feliciter*; Bong. 1. *Q. Curti Rufi Hist. liber nonus expl. incipit liber decimus*; Bong. 2. et Voss. 1. *Curti Rufi Hist. explicit liber nonus: incipit ejusdem liber decimus*; Mer. *Q. Curtii de rebus gestis Alexandri Magni Macedonum Liber Nonus.*—1 Leid. Voss. 1. et Bong. *Idem*; Bong. 1. *Idem.* Pith. *Sitalces*; alii *Sitalces*; Mer. Mod. et Amst. *Eracon*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et optt. edd. *Heracon.* Amst. *cum equitibus mille adducentes.*—2 Bothe interpungit: *occiderant. Quinque m. p. c. e. mille, sed et, &c. cum hac nota: 'Ita distinguitur in libris: occiderant; quinque... mille. Sed et accusatores, &c. [et ita omnes edd. ante Schmieder.] Quæ prava interpunctio in fraudem illexit Cellarium, ut cum his erant, aut quidpiam simile, excidisse post verba, quinque millia, arbitraretur. Emendavi pravam editionum interpunctionem.* Schmieder. Voss. 2. *Sed accusatores, omisso et.* Voss. 1. *se provincia*; Voss. 2. *provincia, omisso & p. e, et mox habet: ei fuerant*; Pal. 1. *enim præfuerant.* Pith. *ne tot facinora.* Voss. 1. *quod admiserant.* Voss. 2. Pith. et vetus codex Snakenb. *poterat.* Voss. 2. *cædes p. g. r. misterio.*—3 Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Bong. 1. 2. *nec sacris.* Voss. 2. *omittit et ante principes.* 'stupra perpressa turpe glossema est verborum elegantium, quæ sequuntur.' Bothe. —5 Voss. 2. *furor Cleandri.*—6 Florent. Leid. et Voss. 1. *palam obiciebantur.*

#### NOTE

<sup>a</sup> Qui *Parmen.*] Supra lib. vii. cap. 2. *Quinque millia*] Supple, 'cum his erant,' vel aliquid simile. Aliam exercitus partem qui sub Parmenione fuerat, jamdudum occupaverat Alexander in Arachosia lib. vii. cap. 3.

<sup>b</sup> *E provincia*] Cleander et Sitalces Mediæ præfuerant. Agathone] Hic et Parmenionis cædi interfuit, diver-

sus ab illo Agathone est qui arci Babylonis præsidere jussus erat lib. v. cap. 1.

<sup>c</sup> *Plerique*] Hæc est hujus loci sententia, quam Gallicus Interpres non attigit: Plerosque amicorum Alexandri gaviolos Cleandri sociorumque calamitate, non tam odio criminum quam his obiciebantur gravissima,

palam objiciebantur, atrocitatem, quam memoriam occisi per eos Parmenionis, quod tacitum prodesse reis apud regem poterat, intuebantur; læti recidissee iram in iræ ministros, nec ullam potentiam, scelere quæsitam, cuiquam esse diuturnam. 7. Rex cognita causa pronuntiavit, 'ab accusatoribus unum et id maximum crimen esse præteritum, desperationem salutis suæ: 'nunquam enim talia ausuros, qui ipsum ex India sospitem aut optassent reverti, aut credidissent reversurum.' 8. Igitur hos quidem vinxit; <sup>4</sup> 'DC. autem militum, qui sævitiae eorum ministri fuerant, interfici' jussit. 9. Eodem die sumtum est supplicium de iis quoque, quos auctores defectionis Persarum Craterus adduxerat. 10. Haud multo post Nearchus et Onesicritus, quos 'longius in Oceanum procedere' jusserat, superveniunt. 11. Nuntiabant autem quædam audita, alia comperta; 'insulam ostio amnis' subjectam auro abundare;

\* Quod de ipsius regis vita desperasset.

Voss. 1. 2. *per eos*. 'Fuerunt qui vel tacite, vel tantum legerent; posses etiam quod factum. Sed nihil mutandum censeo.' Schmieder. Omnes codd. et edd. servant quod tacitum. Leid. læti rectidisse. Pal. 1. *nunquam pro cuiquam*.—7 Pal. 1. et Voss. 2. omittunt suæ post salutis. Mer. talia ausurum.—8 Voss. 1. et Pal. 1. *Igitur quidem*. Voss. 2. *DC. a. milites*.—9 Ald. et Pith. *de his*; Leid. et Voss. 1. *de iis*; Voss. 2. *quoque de his*. Circa hunc locum in Bong. 1. oræ satis recenti manu ascriptum sic fuit: *Parisius anno Domini M.CCCC.XVIII. mense Junii*.—11 Voss. 2. *inaudita compertam*, omisso alia. Pith. *ostio*; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Bong. *amni*. Voss. 2. et Col.

#### NOTÆ

quam quod eos meminerant occidendi Parmenionis ministros fuisse: cujus obsequii recordatio regem, ut iis ignosceret, impellere sola poterat. *Tacitum*] Tacite, in animo: nisi forte scriptum erat, *tantum*.

<sup>4</sup> *Vinxit*] Necari jussit, inquit Arrianus: idque Plutarchus atque Justinus confirmant. 'Heracon quidem tum temporis absolutus fuerat: ceterum paulo post a Susiis convictus, quod eorum templum diripisset, etiam ipse pœnas dedit.' Arrian.

lib. vi.

\* *De iis quoque*] De Orzine et Zariaspe: supra lib. ix. cap. ult. Craterus] Hic enim ingressu jam Carmaniam regi copias suas junxerat.

'*Nearchus et Ones*.] De quibus lib. ix. cap. 9. Solus porro ex his venit Nearchus comite Archia, ut ex Arriano constat in Indicis.

\* *Ostio amnis*] Indi, ut ex Plinii lib. vi. cap. 23. intelligimus: ex eo enim solverant. *Talentis*] Talentum lib. iii. cap. 13.



inopem equorum esse : singulos equos ab iis, qui ex conti-  
nenti trajicere auderent, singulis talentis emi: 12. plenum  
esse belluarum<sup>b</sup> mare: æstu secundo eas ferri<sup>c</sup> magnarum  
navium corpora æquantes: truci cantu<sup>d</sup> deterritas sequi  
classem: ' cum magno æquoris strepitu, velut demersa na-  
vigia, subisse aquas.' 13. Cetera incolis crediderant; inter  
quæ, ' Rubrum mare non a colore<sup>e</sup> undarum, ut plerique  
crederent, sed ab Erythra rege appellari. 14. Esse haud  
procul a continenti<sup>f</sup> insulam, palmis frequentibus consitam,

<sup>b</sup> *Eas sequi maris æstuantis cursum.*

<sup>c</sup> *Horridis clamoribus fugatas ne classem sequerentur.*



eos pro equos; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. eos compererant; Dan. et Pal. 1. eos compererant. Voss. 1. 2. et Mer. ab his. Amst. ex continente; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. ex continenti traicere. 'Vocem singulis [nam voluit singulos?] cum P. Barmanno pro glossa habeo.' Schmieder.—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. fieri. Bothe delet colon post classem. Pal. 1. velut dimersa. Bothe malit: subire aquas.—13 Voss. 2. Cetera etiam. Pal. 1. omittit sed.—14 Bong. 1. palmitis; Mod. Elz. et edd. vulgg. palmetis; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. 1. 2. Mer. Frob. Bas. et Col. palmis. Florent. Leid. Bong. 2. et Bong. 1. a m. pr. frementibus; Bong. 1. a m. sec. frequentibus.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Belluarum*] Balænarum, physeterum, hydiorum, &c. quos Plinius vicenum cubitorum fuisse scribit: Solinus balænas ultra spatia quatuor iugerum habere, cap. 55. Videndi Gesnerus et Aldroandus in Ceta.

<sup>c</sup> *Truci cantu*] Tubarum quoque sonitu exterritas Arrianus et Strabo referunt: Plinius vero 'non voce, non sonitu, non ictu, sed fragore' terri posse scribit lib. ix. cap. 3. Aptius hic Sebasio videretur, *tubæ cantu*: sed nihil mutari necesse fuit.

<sup>d</sup> *Non a colore*] Lege quæ diximus ad lib. viii. cap. 9. *Erythra*] Alii *Erythrum* vocarunt.

<sup>e</sup> *A continenti*] Carmanæ. *Insulam*] Hanc insulam Dionys. Plinius, Mela, Solinus, Stephanus 'Ogyrin' appellant: Nearchus apud Strabonem 'Gyrinam,' sive 'Ogyrinam' p. 766. emendante Isaaco Vossio;

eamque extra fauces sinus Persici collocant. Sed illa ipsa, in qua scilicet regis Erythræ monumentum fuerit, apud Arrianum in Indicis 'Oaracta' dicitur; (errat enim vir doctus qui pro illa ejusdem *Organam* sumisit;) quæ haud dubie Ptolemæi *Ὀβορόθα* est, ac Nearchi apud eundem Strabonem *Doracta*, forsitan corrupte, A in Δ mutato, pag. 767. Ex quo ipso loco manifeste mihi colligere posse videor duas esse insulas tam situ quam nomine diversas; quarum alii in alta sepulcrum Erythræ fabulosum, ut opinor, constituerint. Quod nemo revocaverit in dubium qui hos scriptores attente legerit, inter seque contulerit. Atque hoc pacto verum esse posset quod disputat Isaacus Vossius in Melæ lib. iii. cap. 8. 'Ogyrin' esse hodiernam *Gerun*, in qua nobilissimum emporium *Ormuz*:

et in medio fere nemore columnam eminere, Erythræ regis monumentum, literis gentis ejus scriptam.' 15. Adjiciebant, 'navigia, quæ lixas mercatoresque vexissent, famam auri secutis gubernatoribus, in insulam<sup>1</sup> esse transmissa, nec deinde ab his postea visa.' 16. Rex, cognoscendi plura cupidine accensus, 'rursus eos terram legere' jubet, 'donec ad Euphraten appellerent classem; inde adverso amne Babylonem subituros.' 17. Ipse animo infinita complexus, statuerat, omni ad Orientem maritima regione perdomita, ex Syria<sup>m</sup> petere Africam, Carthagini infensus; inde, Numidiæ solitudinibus peragratis, cursum Gadis dirigere: ('ibi' namque 'columnam' Herculis esse' fama

~~~~~  
*bus.* Pith. *Græcis pro gentis.*—15 Leid. et Voss. 1. *Adiciebant.* Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *que post mercatores.* Leid. *secutos.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *transmissam.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *postea visam;* Voss. 2. *post visam;* Pith. *postea visam.* 'Malim tres voculas has: *ab his postea abesse.* Sine dubio ex glossa est vel *postea,* vel *deinde:* fortasse etiam *ab his,* quæ voculæ ex emendatione glossæ *ab hinc* ortæ videntur.' *Schmieder.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Euphratis;* Voss. 2. *Euphratis.* 'Recte Acidalius *Euphratis os.*' Heinsius. Ald. Colin. et Gryph. ut in textu. Florent. Leid. et Voss. 1. *Babylona;* Voss. 2. *Babilonium;* Ald. Frob. Bas. et Col. *Babyloniam;* Dan. Bong. et Lugd. *Babylonia;* Amst. *Babylone.*—17 Voss. 2. *Africam.* Voss. 1. *Chartagini.* Voss. 2. omittit *Numidiæ,* relicto spatio. Mer. et Amst. *Gades;* Voss. 2. *peragratis ad Gades,* spatio ita relicto.

## NOTE

nisi quod veteres illi 'Ogyrio' ad 325. milliaria, quidam ad 260. ab litore remouent, cum Ormusiam non nisi 36. a continenti distare ipse scribat Vossius.

<sup>1</sup> *In insulam*] Diversam ab Ogyri et Oaracta, extra sinum Persicum. 'Hanc indigenæ soli sacram esse dicebant, et Nosala vocari, nec quenquam mortalium eo velle accedere: si quis vero imprudens feratur, nunquam amplius cerni.' Arrianns.

<sup>2</sup> *Syria*] Lib. iv. cap. 1. *Africam*] Proprie dictam, quæ pars est Africæ latius sumptæ, ut diximus lib. iv. cap. 8. *Carthagini*] Lib. iv. cap. 2. *Infensus*] Ibid. cap. 4. Fuit Numidia Masinissæ regnum, pars quondam Africæ illius proprie dictæ, versans

Maaritaniam; quanquam alii utramque distinguunt. Hodie *Constantina* dicitur. *Gadis*] Vel *Gades*: lib. iv. cap. 4.

<sup>3</sup> *Columnam*] Dux celebratur columnæ Herculis, ex utroque freti Gaditani litore, quod inde Herculeum fretum cognominatum est. Sed quid hæ columnæ fuerint, parum liquet; nam alii veras fuisse columnas ex ære volunt, octo cubitorum: alii statuas Herculis, alii turres, alii montes Calpen et Abylam; quorum ille in Hispania, iste ex aduerso in Africa, ambo ad fretum Gaditanum. Consulat qui plura volet, Strabonem, Meilam, Solinum, Philostratum, Marianam, &c.

vulgaverat:) 18. Hispanias deinde, quas 'Iberiam' ° Græci a flumine Ibero<sup>p</sup> vocabant, adire; et prætervehi Alpes<sup>q</sup> Italiæque<sup>r</sup> oram, unde in Epirum<sup>s</sup> brevis cursus est. 19. Igitur Mesopotamiæ<sup>t</sup> prætoribus imperavit, 'materia in Libano monte cæsa, devectaue ad urbem Syriæ Thapsacum, ingentium carinas navium ponere: septiemes omnes esse, deducique Babylonem. Cypriorum regibus imperatum, ut æs stuppamque et vela præberent.' 20. Hæc agenti Pori et Taxilis regum literæ traduntur, 'Abisaren

~~~~~

Pith. ibi quoque.—18 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Hispanias deinde quas*; Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Col. et Mer. *Hispaniam deinde quam*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Ald. *Hiberiam*; Mer. *Hyberiam*, et sic mox. Ald. *Epeirum*; Bong. *Eptrum*; Col. *Epyrum*. Voss. 2. *est concursus*.—19 Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Elz. *ut materia*. Florent. et Voss. 1. *Libatio*. Voss. 2. *Syriæ*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Thapsagas*; Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *Tapsacum*; Pith. *Thapsacum*. Florent. Leid. et Voss. 1. et *ingentiarumque*; Bong. et Dan. *ingentiarumque*; Mer. et *ingentium*; Voss. 2. et *octingentiarum*, 'quod, abjecta tamen copula, restituendum esse videtur.' *Schmieder*. Pal. 1. *cannas* pro *carinas*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. 1. 2. Dan. et Mer. *VII. remis*; Voss. 2. et Pal. 1. *septem remis*. 'Istnd esse suspectum N. Heinsio, et merito.' *Bothe*. Florent. Leid. Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *Babyloniam*; Voss. 1. *Babylonam*; Bong. *Babylonia*. Amst. et Lugd. *Babylona*. Voss. 2. *ut eis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et al. *stuppamque*. Pith. et *velut præberent*.—20 Voss. 1. Bong. 1. 2. et Dan. *Phori*. Florent. *Taxillis*. Voss. 2. *Abissaren*; Ald. Colin. Gryph. Mer.

#### NOTÆ

° *Iberiam*] Alia erat Asiæ regio Iberia inter Euxinum et Caspium mare, quæ hodiernæ Georgiæ ferme respondet.

<sup>p</sup> *Ibero*] Hodie apud Hispanos *Ebro*: nascitur in Cantabriæ finibus, et Cæsaraugustam præterfluens, in mare Mediterraneum se effundit regione Majoricæ.

<sup>q</sup> *Alpes*] Notissimum nomen montium qui Italiam a Gallia magnamque partem a Germania dividunt. Has fama erat Herculem ex Hispania victo Geryone redeuntem superasse: quæ res Alexandro Herculis æmulatori cupiditatem hanc iniecerat. Itaque prætervehi non 'præternavigare' hoc loco, sed 'transcendere' potius interpretandum putem.

<sup>r</sup> *Italiæque*] Egregia est apud Li-

vium disputatio Decad. primi lib. ix. quem Italicæ expeditionis fructum relaturus Alexander fuerit, si Romanos bello lacerasset: nec dubitat irritum incepti abiturum fuisse.

° *In Epirum*] Epirus, hod. *Albania*, limites habuit Ionium mare, Achaiam majorem, et Macedoniam. *Brevia*] Trajectus est, inquit Strabo, stadiorum circiter 700. quæ milliaria sunt 87. cum dimidio: quare apud Plinium lib. ii. cap. 11. vitiose legitur, 'quingenta m. p. non amplius;' cum in veteribus libris scriptum esset, 'centum m. p.'

<sup>t</sup> *Mesopotamiæ*] Lib. v. cap. 1. *Materia*] Lignis: lib. v. cap. 8. *Libanus*] Lib. iv. cap. 2. Thapsacus ibid. cap. 1. Babylon lib. v. cap. 1. Cyprus lib. iv. cap. 1.

morbo, Philippum præfectum <sup>u</sup> ipsius ex vulnere interisse; oppressosque, qui vulnerassent eum.' 21. Igitur Philippo substituit Eudæmonem: dux erat Thracum. Abisaris regnum filio ejus attribuit. 22. Ventum est deinde Persagadas.<sup>v</sup> Persica est gens, cujus satrapes Orsines erat, nobilitate ac divitiis inter omnes barbaros eminens. 23. Genus ducebat a Cyro, quondam rege Persarum: opes et a majoribus traditas habebat, et ipse longa imperii possessione cumulaverat. 24. Is regi cum omnis generis donis, non ipsi modo ea, sed etiam amicis ejus daturus, occurrit. Equorum domiti greges sequebantur, currusque argento et auro adornati, pretiosa supellex, et nobiles gemmæ, aurea magni ponderis vasa, vestesque purpureæ, et signati <sup>w</sup> argenti talentum quatuor millia. 25. Ceterum tanta benignitas barbaro causa mortis fuit; nam cum omnes amicos regis donis super ipsorum vota coluisset; Bagoæ <sup>x</sup> spadoni, qui Alexandrum obsequio corporis devinxerat sibi,

Froh. Bas. et Col. *Abisarem*; Florent. Leid. et Voss. 1. *Abisaren*. Voss. 1. *Phylippum*. Pal. 1. *ejus ex vulnere ipsius*. Mer. Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. *interisse*. Voss. 2. *qui vulnerassent*. Cum igitur.—21 Pith. *sustinuit*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *Eudemone*; Voss. 2. *Bodemone*; Ald. Mer. Bas. et Col. *Eudemone*. Florent. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *Abisaris*; Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *Abisaris*.—22 Voss. 2. *inde est*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Persagura*; Voss. 2. *Pesagura*; Mer. *Persagata*; Pal. 1. et Dan. *Psagara*.—23 Voss. 2. *omittit et ante opes*. Voss. 2. et Bong. 1. *et ipsa*; Pal. 1. *et ipsas*.—24 Pith. *His regi*. Florent. Leid. et Voss. 1. *non ipso*. Pith. *sed ea etiam*. Voss. 2. et Pal. 1. *omittunt que post currus*. Florent. *argenti talenta*; Leid. et Voss. 1. *a. talenta III*. Voss. 2. *a. talenta quadringenta*, probante Schmiedero; Dan. *talenta Benigna*. sed quæ desunt, ad marginem supplentur; Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *a. talenta IIII. millia*.—25 Voss. 2. et Pal. 1. *omittunt tanta*. Voss. 2. *cum hos amicos*. Pal. 1. *voluntate coluisset*. Mer. Bagoë. Voss. 2. *omittit: obsequio corporis*. Florent. Leid. et Voss. 1. *derixerat*. Voss. 2. *admonitque*. Florent. Leid. et Voss. 1.

## NOTÆ

<sup>u</sup> *Præfectum*] Oxydracum et Mal-lorum Satrapem. *Qui vulner.*] Mercenarii erant, inquit Arriaus: apud quem non Eudæmon, sed Eudemus suffectus Philippo dicitur.

<sup>v</sup> *Persagadas*] Vide lib. v. cap. 6. *Satrapes*] Phrasaorte satrapa pridem mortuo, cum adhuc in India degeret

*Delph. et Var. Clas.*

Alexander, Orsines satrapix curam ultro susceperat, dum a rege prætor mitteretur. Cyro] Idem lib. iv. cap. 14.

<sup>w</sup> *Signati*] Lege sis lib. III. cap. ult. 'Talanta' ibid.

<sup>x</sup> *Bagoë*] Hunc Nabarzanis Alexandro obtulerat, lib. vi. cap. 5.

*Q. Curt.*

3 A

nullum honorem habuit: 26. admonitusque a quibusdam, 'quam Alexandro cordi esset;' respondit, 'amicos regis, non scorta se colere, nec moris esse Persis, mares ducere, qui stupro effœminarentur.' 27. His auditis, spado potentiam flagitio et dedecore quæsitam in caput nobilissimi et insontis exercuit. Namque gentis ejusdem levissimos falsis criminibus astruxit,<sup>d</sup> monitos, tum demum ea deferre, cum ipse jussisset. 28. Interim quoties sine arbitris erat, credulas regis aures implebat; dissimulans causam iræ, quo gravior criminantis auctoritas esset. 29. Nondum suspectus erat Orsines, jam tamen vilior. Reus enim in secreto agebatur, latentis periculi ignarus: et importunissimum<sup>e</sup> scortum, ne in stupro quidem et dedecoris patientia fraudis oblitum, quoties amorem regis in se accenderat, Orsinen modo 'avaritiæ,' interdum etiam 'defectionis,' arguebat. 30. Jam matura erant in perniciem innocentis mendacia, et fatum, cujus inevitabilis sors est, appetebat. Forte enim 'sepulcrum Cyri'<sup>a</sup> Alexander jussit 'aperiri,' in quo erat conditum ejus corpus, cui dare volebat inferias.<sup>e</sup> 31. Auro argentoque repletum esse crediderat, quippe ita fama Persæ vulgaverant; sed præter clypeum ejus putrem, et arcus duos Scythicos et acinacem, nihil reperit. 32. Ceterum corona aurea imposita amiculo, cui

<sup>d</sup> Fictis criminationibus instruxit.<sup>e</sup> Funebres honores persolvere.

equam pro quam; Bong. 2. *ecquam*; Voss. 2. et Pal. 1. *equitum*.—26 Florent. Leid. Voss. 2. et Pal. 1. *cordi esse*.—27 Voss. 2. omittit et post flagitio. Ald. *criminibus struxit*; Col. c. *astruxit*; Acidalius conj. c. *instruxit*.—29 Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *erat*. Ald. *Orzines*, et sic mox. Voss. 2. *Res enim*. Voss. 2. et *importunissimum*; Pal. 1. omittit *et*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *scortum*, et mox in ante *stupro*.—30 Voss. 2. omittit *et ante fatum*. Pal. 1. et Voss. 2. *appetebat eum sepulcrum*. Voss. 2. *cujus pro cui*.—31 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Dan. *conditum repletum*. Pith. et Voss. 2. *crediderant*. Pith. omittit *præter*, et mox habet *Scythios*. Voss. 2. *acinatem*.—32 Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. *adsuerat*; Pith. *adsue-*

## NOTE

<sup>1</sup> *Importunus*.] Nequissimus.

plura Arrianus lib. vi. Strabo lib.

<sup>a</sup> *Sepul. Cyri*] Primi illius Persarum regis, de quo nos ad lib. iv. cap. 14. et lib. vii. cap. 6. De sepulcroxv. Plutarchus in Alex. *Inferias*] Lib. vii. cap. 10.

assueverat ipse, solium,<sup>a</sup> in quo corpus jacebat, velavit; miratus,<sup>b</sup> 'tanti nominis regem, tantis præditum opibus, haud pretiosius sepultum esse, quam si fuisset e plebe.' 33. Proximus erat lateri spado, qui regem intuens, 'quid mirum,' inquit, 'est, inania sepulcra esse regum, cum satraparum domus aurum inde egestum capere non possint?' 34. Quod ad me attinet, ipse hoc bustum antea non videram: sed ex Dario ita accepi, tria millia talentum condita esse cum Cyro. 35. Hinc illa<sup>c</sup> benignitas in te, ut, quod impune habere non poterat Orsines, donando etiam gratiam iniret.' 36. Concitaverat jam animum in iram; cum ii, quibus negotium idem dederat, superveniunt: hinc Bagoas; hinc ab eo subornati falsis criminibus occupant aures. 37. Antequam accusari se suspicaretur Orsines, in vincula est traditus. Non contentus supplicio insontis spado, ipse morituro manum injecit. Quem Orsines intuens, 'audieram,' inquit, 'in Asia olim regnasse fœminas;<sup>d</sup> hoc vero novum est, regnare castratum!' 38. Hic

rat. Voss. 2. omittit *solium*. Voss. 2. et Pal. 1. *regem præpeditum opibus*. Mer. *sepulchrum esse*. Pal. 1. *a plebe*; Voss. 2. *a plebe proximus*. Erut, &c.—34 Leid. et Voss. 1. *III. millia*; Pith. *talentorum*.—36 Voss. 2. *Concitaverant*. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *cum hii*; Voss. 2. *cum hi*. Pal. 1. *hinc Bages*.—37 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Ald. *traditus est*. Voss. 1.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Solium*] Græce apud Strabonem et Arrianum *πύλος*, proprie *alveus*; item *theca*, *loculus*, &c. Ex quo perperam Interpres Arriani *urnam* fecit; nam Persæ corpora defunctorum non cremabant: lib. III. cap. 12.

<sup>b</sup> *Miratus*, &c.] Minime quidem mirari hoc potuit qui vidisset ipse, aut certe ex Aristobulo, quem eo miserat, teste oculato accepisset satis magnificum fuisse hujus sepulcri ornatum; ut apud Strabonem et Arrianum ipse descripsit Aristobulus. Hoc igitur, inquam, Alexander miratus non est quod ait Curtius, sed potius vehementer indignatus in eos a qui-

bus expilatum sepulcrum fuerat. Plura apud eosdem leges.

<sup>c</sup> *Hinc illa*] Ex hoc auro illa Orsinis munera profecta sunt, quæ tibi eo consilio attulit, ut ea donando quæ retinere impune non poterat, quia scelere parta erant, gratiam apud te iniret.

<sup>d</sup> *Fœminas*] Ut Semiramim, de qua lib. v. cap. 1. et lib. VII. cap. 6. Forsan et Amazonum fabulas respexit. Ceterum Orsinem non Persagadis, sed apud Persepolim, et accusatum et cruci affixum esse ex Arriano didicimus.

fuit exitus nobilissimi Persarum, nec insontis modo, sed eximiæ quoque benignitatis in regem. 39. Eodem tempore Phradates<sup>e</sup> regnum affectasse suspectus occiditur. Cœperat<sup>f</sup> esse præceps ad repræsentanda supplicia; idem ad deteriora credenda. 40. Scilicet res secundæ<sup>g</sup> valent commutare naturam; et raro quisquam erga bona sua<sup>f</sup> satis cautus est. Idem enim paulo ante<sup>h</sup> Lyncesten Alexandrum delatum a duobus indicibus damnare non sustinuerat; 41. humiliores quoque reos contra suam voluntatem, quia ceteris videbantur insontes, passus absolvi: hostibus victis regna reducerat: 42. ad ultimum a semet ipso degeneravit usque adeo, ut adversus libidinem animi, arbitrio scorti, aliis regna daret, aliis adimeret vitam. 43. Iisdem fere diebus literas [a Cœno] accepit de rebus in Europa et

<sup>f</sup> Contra prosperitatem suam.

*Nam contentus.*—38 Florent. *benignitas in regem.*—39 Voss. 2. *Phrakates*; Pal. 1. *Phradapes*; Pal. 1. *ad præsentanda*. Florent. *item pro idem*, probantibus Heins. et Schleffer.—40 Edd. omnes ante Freinsh. et Voss. 2. *sic scilicet*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Dan. *Scilicet*. Bong. 1. *vident pro valent*. Voss. 2. *Lyncestrem*. Pal. 1. *Alexandro*. Voss. 2. *omittit delatum.*—41 Pith. *hii viliores quoque*. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *passus adsolvi*. Voss. 2. et vulgg. ante Freinsh. *regnare dixerat*; Bong. Dan. Pal. 1. et Mer. *regnare duxerat*; Amst. *regna reddiderat*. 'Legendum est vel cum Freinshemio: *regna reddiderat*, vel cum Heinsio, *regna adauxerat*, vel similiter.' Schmieder. 'Scribamus, *regnare auxerat*.' Bothe.—42 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Pal. 1. *ad ultimum tractum ab*; Voss. 2. *ad ult. tractum a*; Mer. *ad ult. tractus a*. Dan. Pal. 1. et Mer. *ut in quodam*; Florent. *ut in quiddam*; Voss. 1. *in quoddam*; Voss. 2. *in quodam*; Leid. *in indam*; Ald. Bas. et Col. *in quosdam*; Bong. 1. 2. *ut in quoddam*; ceteri et edd. recentt. *usque adeo*. Voss. 2. *omittit, aliis adimeret vitam*; Ald. *omittit vitam.*—43 Voss. 1. et Bong. *Idem*. Pal. 1. et Frob. *omittunt, a Cæno*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Mod. et Elz. *accipit*. Elz. et vulgg. edd. ante Freinsh. *in Europa gestis*; omnes codd. cum Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. Bas. Lngd. et Amst. *ut in textu*. Florent. Leid.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Phradates*] Fuerat Mardorum et Tapurorum Satrapes lib. vi. cap. 4. 5. quem ad se in custodiam mitti rex jusserat antequam Indiam peteret, lib. viii. cap. 3.

<sup>f</sup> *Cæperat*] Alexander. *Repræsentanda*] Exercenda: quo fere sensu idem verbum usurpatum notavimus ad lib. vi. cap. 11.

<sup>g</sup> *Res secundæ*] Simile est illud lib.

iii. cap. 2. 'Nisi etiam naturam plerumque fortuna corrumperet:' tum paulo post: 'homines cum se permisere fortunæ, etiam naturam dediscere.' *Raro*] Idem fere lib. viii. cap. 4.

<sup>h</sup> *Paulo ante*] Vide quæ dicta sunt lib. vii. cap. 1. *Libid.*] Propensionem suam.

Asia gestis, dum ipse Indiam subigit. 44. Zopyrio<sup>1</sup> Thraciæ præpositus, dum expeditionem in Getas<sup>j</sup> faceret, tempestatibus procellisque subito coortis, cum toto exercitu oppressus<sup>k</sup> erat. 45. Qua cognita clade Seuthes Odrysas<sup>l</sup> populares suos ad defectionem compulerat. Amissa propemodum Thracia, ne Græcia quidem \* \*

## J. FREINSHEMII SUPPLEMENTUM.

1. Amissa propemodum Thracia, ne Græcia quidem tumultibus inconcussa mansit. Nam Alexander, punita satraparum quorundam insolentia, quam, dum in extremo orbe Indorum armis

et Voss. 1. *subegit*; Schmieder. mallet *subigeret*.—44 Voss. 1. et Bong. 2. *Zophyro*; Voss. 2. *Copino*; Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *Zopyro*; Bong. 1. 2. *Zoptrio*; Pal. 1. *ZapYRO*. Voss. 2. *præposito*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *cum pro dum*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *in gestas*; Voss. 2. omittit, *in Getas*. Ald. *cohortis*.—45 Voss. 1. *Seuthes Odrysas*; Voss. 2. *Seuthes Odrysas*; Ald. Mer. Bas. et Col. *Seuthesodrysas*; Bong. 1. 2. *Seuthesa drysas*; Dan. *Seutheso drysas*; Pal. 1. *Schytha Sodrissas*. Pal. 1. *compulerant*. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *nec dum Græcia quidem*; Pall. 1. 2. 3. Voss. 2. et Bong. Gruteri, *nedom Græcia*, sine lacunæ nota; Florent. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. ut in textu; sed in vet. cod. Snak. Leid. et Dan. oræ ascriptum eadem manu, *hic desunt duæ lineæ*; in Bas. et Col. FRAGMENTUM.

## NOTE

<sup>1</sup> *Zopyrio*] Sopyrionem Justinus vocat, nec Thraciæ, sed Ponti (in Europa fortasse) præfectum facit: cujus etiam cladem longe ante ista tempora retulit lib. XII. cap. 2. quippe quam Alexandro adhuc in Parthis agenti nuntiatam scribit, ante annos minimum quatuor. Sed si verum est quod idem habet, eodem tempore et Alexandrum regem Epiri in Italia, et Zopyrionem in Scythia periisse; necesse est ad hunc ipsum annum Scythicam hanc seu Geticam expeditionem differri, quo certum est Alexandri Epirotæ mortem contigisse; tertio scilicet Olymp. cxiii. Urbis vero 428. Proinde et illud falsum ejusdem Justinii, utrumque istud bellum cum illo Agidis concurrisset, de quo Curtius initio libri sexti. Nec potuit Clitus ante duos annos occisus audire quod isto solum dictum est

ab Alex. Epirota, Macedonem<sup>1</sup> in fæminas, ipsum in viros incidisse: supra lib. VIII. cap. 1.

<sup>j</sup> *Getas*] Sarmatiæ Europææ gens fuit ad utramque Danubii ripam juxta Euxinum Pontum: quos alii cum Dacis confundunt, alii quandoque distinguunt. Hodie sunt *Valachi*, *Moldavi*, *Transylvani*.

<sup>k</sup> *Oppressus*] Non tempestatibus illis ac procellis, quod Gallico Interpreti visum est, mari terræ oppressus; sed ab ipsis Getis occisione occisus cum triginta millibus, si Justino credimus.

<sup>l</sup> *Odrysas*] Gentis nomen est, non ipsius Seuthæ cognomen; quod eundem fefellit Interpretem. Thraces hi fuere, quos Plinius et Solinus circa Hebri fontes collocarunt: alios tamen Odrysas versus Rhodopen reperimus.



attinetur, per summa scelera atque flagitia in provinciales exer-  
cuerant, ceterorum metum intenderat: 2. qui in paribus delictis  
idem admissorum præmium expectantes, in mercenariorum mili-  
tum fidem confugiebant, illorum manibus, si ad supplicium posce-  
rentur, salutem suam tutaturi; aut pecunia quanta poterat coacta,  
fugam inibant. 3. Ea re cognita literæ ad omnes Asiæ prætores  
missæ sunt, quibus inspectis 'e vestigio omnes peregrinos milites,  
qui stipendia sub ipsis facerent, dimittere' jubebantur.<sup>m</sup> 4. Erat  
inter eos Harpalus, quem Alexander, quod ob ipsius amicitiam  
olim a Philippo ejectus solum vertisset, inter fidissimos habebat,  
et post Mazæi mortem satrapia Babylonis donaverat, thesauro-  
rumque custodiæ præfecerat.<sup>n</sup> 5. Is igitur cum fiduciam, quam  
in propensissima regis gratia habere poterat, magnitudine flagitio-  
rum consumsisset, quinque talentorum millia ex gaza regia rapit,  
conductaque sex millium mercenariorum manu, in Europam eva-  
dit.<sup>o</sup> 6. Jampridem enim luxu et libidinibus in præceps tractus,  
desperataque apud regem venia, adversus iram ipsius in alienis  
opibus subsidium circumspicere cœperat; <sup>p</sup> et Athenienses, quorum  
non contemnendam potentiam, et apud ceteros Græcos auctorita-  
tem, tum occultum in Macedonas odium norat, sedulo coluerat.<sup>q</sup>  
7. Itaque spem suis faciebat, 'Athenienses adventu suo cognito,  
copiisque et pecuniis quas adduceret coram inspectis, protinus  
arma consiliaque sociaturos esse.' Nam apud populum imperitum  
et mobilem, per homines improbos et avaritia venales, omnia se  
muneribus consecuturum existimabat.<sup>r</sup>

# 11. 1. Igitur triginta navibus Sunium transmittunt: <sup>a</sup> pro-

1 Pith. omittit *navibus*. Voss. 2. et Pal. 1. *Samum*. Florent. Leid. et Voss.

## NOTÆ

<sup>m</sup> Curt. x. 1. 8. Plut. cap. 117. Diodor. xvii. 106.

<sup>n</sup> Plat. cap. 16.

<sup>o</sup> Plut. c. 74. Arrian. iii. 1. 24. iii. 8. 14. Diodor. xvii. 108.

<sup>p</sup> Athenæus xiii. 7.

<sup>q</sup> Diodor. xvii. 108.

<sup>r</sup> Plutarch. Phoc. cap. 28. et Demosth. cap. 34. Justin. xiii. 5. 7. Dinarchus contra Demosth.

<sup>a</sup> *Transmittunt*] Harpalus cum ali-

quot e suis; nam milites, saltem magna ex parte, ad Tænarum Lacedoniæ promontorium reliquerat, Diodoro teste. *Promontor.*] In extrema Attica, oppositum Theræ insulæ: hodie *Capo delle colonne*. Est autem Attica Helladis sive Græciæ proprie dictæ nobilissima pars, in extrema peninsula quam duo Ægæi maris sinus efficiunt, Saronicus et Enripus. Urbs primaria, unde regiopi nomen

montorium est Atticæ terræ, unde portum urbis petere decreverant. 2. His cognitis rex, Harpalo Atheniensibusque juxta infestus, ' classem parari ' jubet; Athenas protenus petiturus. 3. Quod consilium dum agitat clam, literæ ei redduntur; ' Harpalum intrasse quidem Athenas, pecunia conciliasse sibi principum animos; mox concilio plebis habito jussum urbe excedere, ad Græcos milites pervenisse, a quibus interceptum et trucidatum a quodam viatore<sup>b</sup> per insidias.' 4. His lætus in Europam trajiciendi consilium omisit: sed ' exules, præter eos, qui civili sanguine aspersi erant, recipi ab omnibus Græcorum civitatibus, quis pulsi erant,' jussit. 5. Et Græci haud ausi imperium aspernari, quanquam solvendarum legum id principium esse censebant; bona quoque, quæ extarent, restituere damnatis. 6. Soli Athenienses, non suæ modo, sed etiam publicæ vindices libertatis, colluvionem hominum,

\*\*\*\*\*

1. *promuntorium*. Voss. 2. *Athica*. Amst. omittit *terræ*. Voss. 2. omittit *urbis*.—2 Pal. 1. omittit *juxta*, et mox habet *repetiturus*, quod Mer. omittit.—3 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Dan. *cum clam agitat*; Bong. 1. *clam agitant*; Ald. Frob. Bas. et Col. *cum agitat, clam*; Lugd. et Amst. *dum clam agitat*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Dan. omittunt *ei*. Pith. *quidem intrasse*. Voss. 2. Elz. et al. *consilio*. Ald. *urbem excedere*. Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. Ald. et Mer. omittunt *a* ante quibus. Voss. 2. *intentum trucidatum a q. v. interemptum, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Mer. *interceptum trucidatum a q. auctore interemptum per insidias*, omisso *et*; Bong. Gruteri et Pal. 3. *i. et t. a q. victore per insidias*. 'Locns, si quis alius, corruptus. Codd. in maxime diversa abeunt; ex quorum vestigiis sic mihi legendum videtur: *a q. i. et Thimbrone quodam auctore interemptum per insidias*.' Schmieder. 'Scribendum puto: *a quodam convictore*. Thimbronem, unum ex amicis, dicit Diodor. xvii. 108. &c.' Bothe.—4 Leid. Voss. 1. et Bong. *trajiciendi*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pall. 1. 3. *emisit*. Voss. 2. *quibus pro quis*; vulgg. *quæis*; Pith. *quis*, et correctum *qui*. Ald. *jussi*.—5 Voss. 2. omittit *solvendarum*, pro quo Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. et Gruteri omnes *solidarum*. Voss. 2. *longum pro legum*.—6 'Totum locum, sic ut nunc legitur, ex conjectura sua dedit Modius. Plurimi codd. *Soli Athenienses, non suo modo, sed etiam publice vindices colluvionem ordinem hominum... assueti*. Pro-

#### NOTE

est, Athenæ: portus 'Piræus,' sive 'Piræum' fuit. Hodie idem urbi nomen manere ab erudito scriptore didicimus: at Piræum vulgo *Porto-liene*. Atticam hodie Ducatum Atheniensem vocant, *le Duché d'Athènes*.

<sup>b</sup> A quodam viatore] Diodorus:

'profectus in Cretam, a Thimbrone uno ex amicis dolo interemptus est.' Quem forte Curtius 'viatorem' appellat, quod in ipso itinere, cum esset viæ socius, Harpalum interfecit: nisi potius legendum, a quodam Thimbrone.

quia ægre<sup>c</sup> ferebant, non regio imperio, sed legibus moribusque patriis regi assueti, prohibuere finibus; 7. omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis suæ, tunc etiam exilii, admitterent. 8. Alexander, senioribus militum in patriam remissis, 'tredecim millia peditum et duo millia equitum, quæ in Asia retineret, eligi' jussit: existimans, modico exercitu continere posse Asiam, quia pluribus locis præsidia disposuisset, nuperque conditas urbes, quas coloniis repleret, res renovare cupientibus obstare. 9. Ceterum prius quam secerneret, quos erat retenturus, edixit, 'ut omnes milites æs alienum<sup>d</sup> profiterentur.'<sup>a</sup>

<sup>a</sup> *Debita sua publice agnoscerent.*

*hibuere igitur exules finibus, &c.* In quibus versionem Diódor. xviii. 8. 9. latere suspicor.' *Schmieder.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. Gruteri omnes et Mer. suo. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *publice*; Ald. Frob. Bas. et Col. *reipublice*; Gruteri omnes *publico*; Bong. *reipublice*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. omittunt *libertatis*. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *collusionem ordinem hominum*; atque ita Bong. Gruteri, Pall. o. et Mer. sed Voss. 2. *collusionem ordinem hominum*. 'Forte: *coll. ordinum omnium quia ægre ferebantur.*' Bothe. Frob. *regis imperio*. Voss. 2. *moribus patriis*. Pal. 1. omittit *regi*. Florent. Leid. et Voss. 1. *prohibuere igitur exules finibus*; Gruteri omnes, *prohibuere igitur finibus exules*; Ald. Mer. Bas. Col. et Frob. *Igitur exules finibus*; edd. vulgg. ante Freinsh. *proh. fin. Igitur exules ejiciunt*; codd. Snakenburgii omittunt *ejiciunt*; sed Lugd. et Amst. omittunt hæc, ut fecit etiam Freinshemius.—7 Voss. 2. *tunc etiam omen exilii*; Pal. 1. *tunc omne*. Leid. *exsilia*.—8 Freinsh. ad vii. 3. 28. conj. *seniorum militum*. Bong. 1. omittit *tredecim usque ad x. 5. 18. magnam partem, &c.* Voss. 2. *existimans*. Heinsius conj. *contineri posse*. Bong. 2. *persidia disposuisset*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. omittunt *quas*. Frob. Lugd. Mod. et Amst. *res novare*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Elz. alii, *res renovare*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Mer. omittunt *obstare*; Pal. 1. habet, *obstare credebatur*.—9 Edd. vulgg. ante Freinsh. *excerneret*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et alii codd. *secer-*

#### NOTÆ

<sup>c</sup> [*Ordinem*] *ægre*] Totum hunc locum Modius aliique Critici nulla auctoritate interpolaverant, nihilo meliorem utique reddidit: quem nos ex codicum fide integrum representavimus. *Ordinem ægre ferebant*, id est, 'ægre patiebantur se in ordinem redigi,' ut ceteros: qua locutione usus est etiam Quintilianus eodem sensu, lib. i. cap. 4. n. 22. Potest hoc autem vel de Atheniensibus intelligi, vel de exulibus qui novandi

res ac imperitandi civibus cupidi essent.

<sup>d</sup> *Æs alienum*] Quia priscis Italia moneta ex ære tantum fuit; inde factum ut quævis pecunia 'æris' nomen retinuerit. *Æs alienum* dicitur quod creditoribus debes, quia non tuum sed alius est. *Dissolvere*] Qui æs alienum suscipit, eo quasi vinculo obligatus tenetur; quod dum reddit, 'solvere,' aut 'dissolvere' idcirco dicitur.

Grave plerisque esse compererat:<sup>b</sup> et quanquam ipsorum luxu contractum erat, dissolvere tamen ipse decreverat. 10. Illi tentari ipsos rati, quo facilius ab integris sumtuosos discerneret,<sup>c</sup> prolatando aliquantum extraxerant temporis: et rex satis gnarus, professioni æris<sup>d</sup> pudorem, non contumaciam obstare, 'mensas totis castris poni' jussit, 'et decem millia<sup>e</sup> talentorum proferri.' 11. Tum demum fide facta professi sunt, nec amplius ex tanta pecunia quam centum et triginta talenta superfuere: adeo ille exercitus, tot ditissimarum gentium victor, plus tamen victoriæ, quam prædæ deportavit ex Asia. 12. Ceterum ut cognitum est, 'alios remitti domum, alios retineri;' perpetuam eum regni sedem in Asia habiturum rati, vecordes et disciplinæ militaris immemores, seditiosis vocibus castra complent, regemque ferocius quam alias adorti, omnes simul 'missionem' postulare cœperunt; deformia ora cicatricibus canitiemque capitum ostentantes. 13. Nec aut præsectorum castigatione, aut verecundia regis deterriti, tumultuoso clamore et militari violentia volentem loqui inhibebant; palam professi, 'nusquam inde, nisi in patriam vestigium

<sup>b</sup> *Plerosque militum oneratos debitis sciebat esse.*

<sup>c</sup> *Prodigos a frugalibus dignosceret.*

<sup>d</sup> *Quominus debitu sua faterentur.*

neret; sed in Leid. deletum se. Voss. 2. esse ceperat, et mox: conti erat, relicto spatio.—10 Florent. Leid. et Voss. 1. temptari ipsos. Pal. 1. ab egenis. Voss. 2. satis ignavis. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. et d. m. talentum; Voss. 2. et d. m. talenta.—11 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. professio est; Voss. 2. promissio est. Florent. ut eo pro adeo. Leid. Voss. 1. et Bong. tot divitissimarum.—12 Ald. Mer. Frob. Bas. et Col. alios mitti; Leid. alios remittit. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. domos. Mer. quippe perpetuam. Voss. 2. tam pro eum. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. et Mer. Asiam. Voss. 2. habituri, et mox: castra vocibus. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt omnes. Pal. 1. deformia omnia, ex compend. d. oia, quod habet Voss. 2.—13 Florent. et Dan. aut præsectorum. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Pal. 1. deterritum; Voss. 2. territi, et mox: pa-

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Decem millia*] Viginti millia in eam rem expensa Justinus et Arrianus testantur: sed faciunt pro Curtio Diodorus et Plutarchus. Talenta, lib. III. cap. 10. Ceterum

hæc Susis gesta sunt: quæ sequuntur de missione ac seditione militum, ad Opim contigerunt, urbem Tigri impositam. Vide Arrianum lib. VII.

esse moturos.' 14. Tandem silentio facto, magis quia motum esse credebant, quam quia ipsi moveri poterant, quidnam dicturus esset, expectabant. 15. Ille, 'quid hæc,' inquit, 'repens consternatio,' et tam procax atque effusa licentia denuntiat? Eloqui timeo: palam certe rupistis imperium, et precario<sup>f</sup> rex sum, cui non alloquendi, non noscendi monendique, aut intuendi vos jus reliquistis. 16. Equidem cum alios dimittere in patriam, alios mecum paulo post deportare<sup>f</sup> statuerim; tam illos acclamantes video, qui abituri sunt, quam hos, cum quibus præmissos subsequi statui. 17. Quid hoc est rei? dispari in causa idem omnium clamor est! Pervelim scire, utrum, qui discedunt, an qui retinentur, de me querantur.' 18. Crederes, uno ore omnes sustulisse clamorem; ita pariter ex tota concione responsum est, 'omnes queri.' 19. Tum ille, 'non hercule,' inquit, 'potest fieri, ut adducar<sup>e</sup> querendi simul omnibus hanc causam esse, quam ostenditis; in qua major pars exercitus non est, utpote cum plures dimiserim, quam retenturus sum. Subest nimirum altius malum, quod omnes avertit a me. 20. Quando enim regem univ<sup>er</sup>sus exercitus deseruit? Ne servi quidem uno grege profugiunt dominos; sed est quidam in illis pudor, a ceteris destitutos relinquendi. 21. Verum ego, tam furiosæ

<sup>e</sup> Subita seditio.    <sup>f</sup> Emendicata potestate impero.    <sup>e</sup> Ut mihi persuadeam.

*lam profexi.* Pith. omittit *vestigium*.—14 Voss. 2. et Pal. 1. *quidnam dicturus esset*.—15 Voss. 2. *eloquii: metuo*; Florent. Leid. et Voss. 1. *eloqui metuo*. Voss. 2. et Pal. 1. *palam exire*. Pal. 1. *non vocandi*; Voss. 2. *ne dicendi*.—16 *Et alios dimittere* Voss. 2. *statuerem* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *statueram* Voss. 2. Col. et Bas. *qui habituri sunt* Pith. *qua hos* Voss. 1. et mox omittit *cum*; Bong. 2. omittit *cum quibus*.—17 Pal. 1. *dispar enim*. Pith. omittit *idem*. Florent. Leid. Bong. 2. et Voss. 1. *descendunt*; Mer. *discendunt*.—18 Pith. omittit *omnes*; et sic Dan. sed suppletur in margine.—19 Mod. omittit *fieri*. Pal. 1. *adducum querendam*. Pith. omittit *q. r. sum*.—20 Voss. 2. *advertit a me*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Pith. *deseruit exercitus*. Voss. 2. et Pal. 1. *non enim servi*. Dan. *dominos; sedem*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et Mer. *quidem*.—21 Pal. 1. *ego non*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Mecum p. p. deport.*] Non hoc ex animo dictum, si verum est quod refert Strabo in fine libri xvi. constitutum ei fuisse imperii sedem in Arabia ponere.

consternationis oblitus, remedia insanabilibus conor adhibere. Omnem hercule spem, quam ex vobis conceperam, damno; nec ut cum militibus meis, jam enim esse destitistis,<sup>s</sup> sed ut cum ingratissimis oportet, agere decrevi.

22. Secundis rebus, quæ circumfluunt vos, insanire coepistis; obliti status ejus, quem beneficio exuistis meo: digni hercule, qui in eodem consenescentis; quoniam facilius est vobis adversam, quam secundam regere fortunam.

23. En tandem! Illyriorum paulo ante<sup>h</sup> et Persarum tributariis Asia et tot gentium spolia fastidio sunt. Modo sub Philippo seminudis amacula ex purpura sordent; aurum et argentum oculi ferre non possunt: lignea enim vasa desiderant, et ex cratibus scuta rubiginemque gladiatorum.

24. Hoc cultu nitentes<sup>i</sup> vos accepi, et quingenta talenta<sup>i</sup> æris alieni, cum omnis regia supellex haud amplius quam sexaginta talentorum esset, meorum operum fundamenta; quibus tamen (absit invidia) imperium maximæ terrarum partis imposui. 25. Asiæne pertæsum est, quæ vos gloria rerum gestarum Diis pares fecit? In Europam ire prope-ratis rege deserto, cum pluribus vestrum defuturum viati-

<sup>A</sup> Tali ornatu splendentes.

~~~~~

*tametsi*; Voss. 2. *ego tamsi vos*; Mer. *ergo tam*. Voss. 2. *conor adhibere*. Pal. 1. *quam de vobis*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Mer. Frob. Bas. et Col. *desistis*; Voss. 2. *desiistis*, et mox omittit *cum*. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. *ut oportet*; Amst. *operis*.—22 Leid. *regere fortunam*.—23 Mer. *En tandem illorum*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *Asiæ*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. Elz. et Amst. *Asia*. Nonnulli codd. *fastidia*. Voss. 2. *ferro possunt*. Pal. 1. et *extantibus scuta*.—24 Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *esset*; pro quo Dan. Ald. Colin. Mer. Frob. Bas. et Col. *sint*; Voss. 2. *sint*; Pal. 1. *milia esset*. Florent. et Leid. omittunt *meorum*; Voss. 2. et Pal. 1. *mei*; Voss. 2. Bong. 2. et Mer. *mox*; Lagd. et Amst. *meorum mox*. Voss. 2. *terrarum parti*.—25 Bong. et Voss. 1. *Dis pares*; Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Pal. 1. *disparet*. Mox Heinsius mallet: *in Europam redire*. Voss. 1. et Bong. 2.

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Destitistis* [*desiistis*] Aliter: *destitistis*; vel: *me destituitis*.

<sup>h</sup> *Paulo ante*] Alexander Amyntæ F. hujus Alexandri patruus, tertius ante ipsum rex Macedoniæ, sub regni initia pacem ab Illyriis redimere

pacta pecunia datisque obsidibus coactus fuerat. Persis autem tributum quando pependerit Macedones, diximus ad lib. v. cap. 9.

<sup>i</sup> *Quing. talenta*] Lege Suppl. lib. II. cap. 3.

cum fuerit, ni æs alienum luissem: nempe<sup>j</sup> in Asiatica præda. 26. Nec pudet profundo ventre devictarum gentium spolia circumferentes, reverti velle ad liberos conjugisque, quibus pauci præmia victoriæ potestis ostendere. Nam ceterorum, dum etiam spei vestræ<sup>k</sup> obviam istis, arma quoque pigneri sunt. 27. Bonis vero militibus cariturus sum, pellicum suarum concubinis: quibus hoc solum ex tantis opibus superest, quod impenditur.<sup>l</sup> Proinde fugientibus me pateant limites: facessite hinc ocyus! ego cum Persis abeuntium terga<sup>m</sup> tutabor. Neminem teneo: liberate oculos<sup>n</sup> meos ingratissimi cives. 28. Læti vos excipient parentes liberique sine vestro rege redeuntes! obviam ibunt desertoribus transfugisque! 29. Triumphabo mehercule de fuga vestra, et, ubicumque ero, expetam poenas, hos, cum quibus me relinquitis, colendo præferendoque vobis. 30. Jam autem scietis, et quantum sine rege valeat exercitus, et quid opis in me uno sit.<sup>o</sup> Desiluit deinde<sup>o</sup> frendens de tribunali, et in medium armatorum

<sup>j</sup> Reliqui enim ex vobis arma sua oppiguerunt, spem reditus antevertentes.

\*\*\*\*\*

omittunt fuerit. Lugd. et Amst. ex Asiatica.—26 Pith. *Ne pudet*. Voss. 2. *reverti ne ille*, et paulo post omittit *etiam* et *sunt*. Pro istis Schmieder. *mallet itis, vel estis*.—27 Idem codex omittit quibus. Ald. *tantis operibus*. Voss. 2. *quod impenditur*; Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *in quod impenditur*; illud in ab eadem manu deletum in Dan. et Pal. 1. Heinsius conj. *in quas impenditur*; Bothe: *quo impediuntur*. Pro *me* Pal. 1. *inde*; Voss. 2. *in*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *hinc*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *ocys*. Elz. *adeuntium*.—28 Voss. 2. *redeuntibus ibi desertoribus*; Bong. 2. *redeuntes o. i. desertoribusque*.—29 Leid. *mehercule dega vestru*.—30 Col. et in m. *armenorum*. Mer.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> Nempe] Et quidem ex Asiæ spoliis, snpple 'luissem.'

<sup>k</sup> Dum spei vestræ] Ita nimirum avide spem redeundi in patriam præceperant, ut arma etiam sua, quasi nulli deinceps usui futura, pignori dedissent. Sic interpretandum fuit: neque enim, quod aliis visum erat, ire obviam spei, idem est ac 'spem sibi præcidere.'

<sup>l</sup> [In] quod impenditur] Quid impenditur? aut in quam rem impendi-

tur? Scriptum puto: in quod impenduntur; ut hic sensus existat: quibus hoc sol. ex tan. op. superest, nimirum pellices, in quas impenduntur ipsæ opes.

<sup>m</sup> Abeunt. terga] Discedentes vos, ne quis a tergo adoriatur, ego cum Persis protegam.

<sup>n</sup> Liber. ocul.] Molesto aspectu vestri.

<sup>o</sup> Desiluit deinde] Alio hæc ordine Arrianus retulit. Auditis enim se-

agmen se immisit; notatos quoque, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit: nec ausos repugnare tredecim<sup>p</sup> asservandos custodibus<sup>q</sup> corporis tradidit.

III. 1. Quis crederet, sævam paulo ante concionem obtorpuisse subito metu, et cum ad supplicium videret trahi nihil ausos graviora quam ceteros, 2. [<sup>a</sup> tam effusam<sup>a</sup> antea licentiam atque seditiosam militum violentiam ita compressam, ut non modo nullus ex omnibus irruenti regi restiterit, verum etiam cuncti pavore exanimati, attonitis similes, quid de ipsis quoque statuendum censeret, suspensa mente expectarent. 3. Itaque<sup>]</sup> sive nominis, quod gentes, quæ sub regibus sunt, inter Deos colunt, sive propria ipsius veneratio, sive fiducia tanta vi exercentis imperium conterruit eos: 4. singulare certe ediderunt patientiæ exemplum; adeoque non sunt accensi supplicio commilitonum, cum sub noctem interfectos esse nossent, ut nihil omiserint, quod singuli magis obedienter ac pie face-

*notans quoque; Schmieder. mallet: notatosque; Acidalius notatisque. Mer. qui ferocissimi. Mox Freinshemius conj. nec ausis.*

1 Voss. 1. et Bong. *credidit*; Pal. 1. *credat*. Pith. paulo ante sævam, et mox ceteris. Acidal. legit: *nihilo ausos*.—2 Hæc: [*tam . . . . expectarent. Itaque*] desunt in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ed. pr. Venet. Veron. Mediol. Vet. an. 1474. Ald. Colin. et Mer. nulla læcinnæ nota; sed Bas. et Col. ascribunt: FRAGMENTUM. In Theocr. desunt verba: *tam . . . . expectarent*. In ed. Gryph. an. 1588. fragmentum hoc a principio aliquot verbis auctius est: *coircitantesque fuisse paucorum exemplo tam effusam, &c.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Mer. omittunt *sunt*.—4 Mer. *singulari tamen certæ*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *cognoscent*; Voss. 2. et Pal. 1. *cognoscerent*; Pith. *cognovissent*. Mod. *quo singuli*. Florent. Leid. et Bong. 2. et

#### NOTÆ

ditiosorum vocibus, desiluisse constitem Alexandrum cum iis qui astabant ducibus, notatosque digito tredecim quos vellet, ab Argyraspidibus comprehendi et ad supplicium rapi jussisse: tum demum consensu rursus tribunali orationem habuisse.

<sup>p</sup> *Tredecim*] Hoc non viderat eruditus novi Dictionarii scriptor cum negaret apud ullum Latinitatis auctorem reperisse se vocem *tredecim*. Nisi forte putavit pro hac numerorum nota XIII. substitutum a librariis

aut sciolis *tredecim*, tum hoc loco, tum supra cap. 2. Sed quod numerorum vocabulum hoc modo rejicere tanquam intrusum non liceat?

<sup>q</sup> *Custodibus*] Vide quæ de corporis custodibus dicta sunt ad lib. VII. cap. 10. et lib. VI. cap. 1.

<sup>a</sup> *Tam effusam*] Quæ uncis inclusa sunt, in aliquot Mss. ac editis libris desiderantur, ne lacunæ quidem indicio relicto: in aliis tamen ut fragmentum reperta sunt.



rent. 5. Nam cum postero die prohibiti aditu venissent, Asiaticis modo militibus admissis, lugubrem totis castris edidere clamorem, denuntiantes, 'se protinus esse morituros, si rex perseveraret irasci.' 6. At ille, pervicacis ad omnia, quæ agitasset, animi, 'peregrinorum militum concionem advocari' jubet, 'Macedonibus intra castra cohibitis:' et cum frequentes coissent, adhibito interprete talem orationem habuit. 7. 'Cum ex Europa trajicerem in Asiam, multas nobiles gentes, magnam vim hominum imperio meo me additum esse sperabam. Nec deceptus sum, quod de his credidi famæ. 8. Sed ad illa hoc quoque accessit, quod video fortes viros erga reges suos pietatis invictæ. 9. Luxu omnia fluere credideram, et nimia felicitate mergi in voluptates: at hercule munia militiæ hoc animorum corporumque robore æque impigre toleratis, et, cum fortes viri sitis, non fortitudinem magis, quam fidem colitis. 10. Hoc ego nunc primum profiteor, sed olim scio. Itaque et delectum<sup>b</sup> e vobis juniorum habui; et vos meorum militum corpori immiscui. Idem habitus, eadem arma sunt vobis: obsequium vero et patientia imperii longe præstantior est, quam ceteris. 11. Ergo ipse Oxathris

.....

*pie.* Rectius legit Heumannus: ut nihilominus singuli omnia obedienter ac pie facerent.' Schmieder.—5 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Elz. et multæ edd. vett. omittunt *se*; Ald. Coliu. Gryph. Mer. Frob. Bas. Col. et Mod. *se protinus*. Pal. 1. *perseverasset*.—6 Voss. 2. *coissent per interpretem*.—7 Leid. et Voss. 1. *traicerem*. Voss. 2. *meo habitum*.—8 Idem codex: *qui de his*. Verba: *quod d. h. c. famæ* pro glossa ad *sperabam* habet Schmieder. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *hoc*. Mer. *invictas*.—9 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 2. *at hercules*. Voss. 1. Mer. Bas. et Col. *robur æque impigre*; Mod. *robur impigre*; Florent. Leid. et Dan. *robor æque impigre*; Voss. 2. *roboreque impigre*; Pal. 1. *roboreque impigre*; Ald. et Frob. ut in textu.—10 Florent. Leid. Voss. 1. et Colon. *hoc ergo*; Mer. *hæc ergo*; alii: *Hoc ergo non nunc, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *et dilectum e vobis*; Voss. 2. *dilectum vobis*; Pal. 1. *et delectu vos*. Pith. *junioem . . . commiscui*. Florent. Leid. et Voss. 1. *præstantiore*, omisso *est*.—11 Voss. 2. *Ergo ego*. Ald. *Oxyrtis*; Voss. 1. 2. Leid. Florent. et Bong. 2. *Oziratis*; Pal. 1. *Maratis*. Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Delectum*] Ex juventute vestra milites legi. Hoc vero paulo ante fecerat non sine Macedonum invidia, quæ seditionis inter alia origo fuit.

*Corpori*] Quævis multitudo composta et rite ordinata 'corpus' per translationem dicitur.

Persæ filiam<sup>c</sup> mecum in matrimonio junxi, non dedignatus, ex captiva liberos tollere. 12. Mox deinde, cum stirpem generis mei latius propagare cuperem, uxorem Darii filiam<sup>d</sup> duxi, proximisque amicorum auctor fui, ex captivis generandi liberos; ut hoc sacro fœdere omne discrimen victi et victoris excluderem. 13. Proinde genitos<sup>e</sup> esse vos mihi, non ascitos milites credite. Asiæ et Europæ unum atque idem regnum est. Macedonum vobis arma do. Inveteravi peregrinam novitatem;<sup>f</sup> et cives mei estis et milites: omnia<sup>g</sup> eundem ducunt colorem. 14. Nec Persis Macedonum morem adumbrare, nec Macedonibus Persas imitari indecorum [est]. Ejusdem juris esse debent, qui sub eodem rege victuri sunt. \* \*

[15. Hac oratione habita, Persis corporis sui custodiam credidit,

<sup>c</sup> *Ex novis ac peregrinis quasi vetustos milites vos feci.*

~~~~~

omittit in ante *matrimonia*; et ita Bothe. Voss. 1. et Bong. 2. *junxi*.—12 Pal. 1. omittit *uxorem*, et mox habet *proximusque*. Idem codex et Voss. 2. omittunt *auctor*.—13 Pith. *hoc esse*; Mer. omittit *esse*. Voss. 2. et Pal. 1. *regnum Macedonum est*. Voss. 2. *Inveteravi*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *colorem*.—14 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *more*; vulgg. ante Freinsh. *mores*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *morem*. Voss. 2. Mod. et vulgg. ante Freinsh. *Persarum*; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Ald. Frob. Mer. Bas. Col. et Elz. *Persas*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. omittunt *est*. Ald. *viris esse*. \* \* Hic defectus non exigui nota in Dan. et Bong. est: in Leid. trium literarum spatium relictum, et alia ut videtur manu ascriptum: *Hinc deest de textu*. In Voss. 1. etiam desunt, et aversa pagina penitus est relicta: in Voss. 2. desunt etiam, intermisso spatio, sed in margine: *deficit*.—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. omittunt hæc omnia usque ad Cap. iv. sed habet Bas.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Ozathris P. filiam*] Roxanam; lib. viii. cap. 4. Sed quomodo 'Persam' vocat, quem lib. viii. cap. 2. dixerat 'ejusdem nationis' esse ac Sysimithres, Bactrianæ scilicet vel Sogdianæ.

<sup>d</sup> *Darii fil.*] Statiram, natu majorem; nam minorem Drypetim Hephæstioni conjugem dedit. Utramque Roxane post Alexandri mortem,

adjutore Perdicca, sustulit. *Plutarch. in Alex.*

<sup>e</sup> *Genitos*] Non peregrinos et conductitios, sed cives ac populares.

<sup>f</sup> *Omnia*] Et Macedones et Asiatici milites jam iisdem utuntur vestibus atque insignibus. Vel, *omnia eundem ducunt colorem*, allegoria sit pro eo quod est, 'utraque gens iisdem moribus sensim imbuitur.'

Persas satellites, Persas apparitores fecit. Per quos cum Macedones<sup>s</sup> qui huic seditioni occasionem dedissent, vincti ad supplicia traherentur, unum ex iis auctoritate et ætate gravem, ad regem ita locutum ferunt.]

iv. 1. 'Quousque,' inquit, 'animo tuo etiam per supplicia, et quidem externi moris, obsequeris?'<sup>a</sup> Milites tui, cives tui, incognita causa, captivis suis ducentibus, trahuntur ad poenam? Si mortem meruisse judicas, saltem ministros supplicii muta.' 2. Amico animo, si veri patiens fuisset, admonebatur; sed in rabiem ira pervenerat. Itaque rursus (nam parumper, quibus imperatum erat, dubitaverant) 'mergi in amnem,'<sup>a</sup> sicut vincti erant,' jussit. 3. Nec hoc quidem supplicium seditionem militum movit. Namque copiarum duces atque amicos ejus manipuli adeunt, petentes, 'ut, si quos adhuc pristina noxa judica-

<sup>a</sup> *Iram tuam explēs.*

\*\*\*\*\*

1 Voss. 2. *per implicia*; Bong. 2. et Voss. 1. *per subplicia*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. 2. et Mer. *moris exequeris*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *cives tui*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Mer. *a captivis suis*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *meruisse indicas*.—2 Bong. 2. *admocebatur*. Voss. 2. *imperatum est*. Voss. 1. *vincti erant*.—3 Voss. 2. et Pal. 1. *duces alii amicos ejus*. Pal. 1. *manu populi adeunt*. Voss. 2. *omittit adhuc*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. Dan. et Pal. 1. *esse contractos*. Voss. 2. *conferre*, omisso *æ*. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. 2. et Pal. 1. *corpora ira retrucidaret*; Ald. Frob. Bas. et Col. *corpora trucidaret*; Voss. 2. et Mer. *corpora ira trucidaret*. Post hæc quæ in recentioribus inseruntur, desunt in omnibus antiquis usque ad Cap. v. In vet. cod. Snakenburgii hic erat lacuna duorum circiter foliorum vacua relicta, notante Heinsio. In Leid. et Voss. 1. sine ullo interstitio, in margine tamen: *Hinc deest*; in Voss. 2. relictum spatium, et hæc in margine: *deficit finis X. lib. principii XI*. A Brunone Basileensi editioni addita videntur.

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Macedones*] Non illi utique tredecim, quos pridie sub noctem interfectos supra dixerat, cap. 3. sed alii aliquot ex ejusdem contumaciæ auctoribus: idque ex ipso sequentis orationis exordio conjici videtur posse, jam tum de aliis sumtum fuisse supplicium. Ita nec sibi nec Supplemento pugnabit Curtius. Sed vereor ut tam facile cum veritate conciliari possit: cum testetur Arrianus ante tertium diem neminem militum

Macedonum ad regis conspectum admissum esse. Ubi igitur habendæ hujus orationis locus?

<sup>a</sup> *In amnem*] In Tigrim: quippe urbs Opis ad quam hæc, ut diximus, gesta sunt, ad eum fluvium sita erat: quod Freinshemius cum sequens Supplementum texeret, non advertit: post hæc enim demum Susis movisse Tigrim versus scripsit, refragante Arriano lib. vii.

ret esse contactos, juberet interfici: offerre se corpora iræ; trucidaret.' \* \* \* \*

# J. FREINSHEMII SUPPLEMENTUM.

1. Tandem præ dolore vix mentis compotes universi concurrunt ad regiam, armisque ante fores projectis, tunicati astantes, nuda et obnoxia pœnis corpora admitti flentes orabant. 'Non se deprecari quin suppliciiis sontium expiarentur, quæ per contumaciam deliquissent: regis iracundiam sibi morte tristiores esse.' 2. Cumque dies noctesque ante regiam persistentes, miserabili clamore habituque pœnitentiam suam approbarent; biduum tamen adversus humillimas suorum preces iracundia regis duravit: tertio die victus constantia supplicum, processit; incusataque leniter exercitus immodestia, non sine multis utrimque lacrymis, in gratiam se cum ipsis redire professus est. 3. Digna tamen res visa est, quæ majoribus hostiis expiaretur.<sup>b</sup> Itaque sacrificio magnifice perpetrato, Macedonum simul Persarumque primores invitavit ad epulas. Novem millia eo convivio excepiisse, proditum est memoriæ, eosque omnes invitante rege ex eodem cratere libavisse: Græcis barbarisque vatibus tum alia fausta vota præeuntibus, tum imprimis ut ea utriusque imperii in idem corpus coalita societas perpetua foret.<sup>c</sup> 4. Maturata deinde est missio, et infirmissimus quisque exauctorati: amicorum quoque seniorum quibusdam comæatum dedit: ex quis Clitus cognomento Albus, Gorgiasque et Polydamas, et Antigene fuere.<sup>d</sup> 5. Abeuntibus non modo præteriti temporis stipendia cum fide persolvit, verum etiam talentum adjecit in singulos milites, viatici nomine. Filios ex Asiaticis uxoribus susceptos (ad decem millia fuisse traditur) apud se relinqui jussit, ne in Macedoniam cum parentibus transgressi, et conjugibus liberisque prioribus permixti familias singulorum contentionibus et discordiis implerent; sibi curæ fore pollicitus, ut patrio more instituti militiæ artes edocerentur.<sup>e</sup> 6. Ita supra decem veteranorum millia dimissa sunt; additusque est Craterus, qui eos deduceret, ex præcipuis regis amicis; isti, si quid humanitus contigisset, Polysperchonti parere jussi sunt. 7. Literis etiam

<sup>b</sup> Arrianus vii. 2. 23. Plutarch. cap. 122. Justin. xii. 12. 6. Diodor. xvii. 109.

<sup>c</sup> Arrian. vii. 2. 27.

*Dolph. et Var. Clas.*

<sup>d</sup> Justin. xii. 12. 8.

<sup>e</sup> Arrian. vii. 2. 28. Diodor. xvii. 110. Justin. xii. 12. 7. Diodor. xvii. 109.

Q. Curt.

3 B

ad Antipatrum scriptis, 'Honorem emeritis haberi' præcepit, 'ut quoties ludi atque certamina ederentur, in primis ordinibus coronati spectarent: utque fato functorum liberi, etiam impuberes, in paterna stipendia succederent.' 8. Craterum Macedoniæ continentibusque regionibus cum imperio præesse placuit; 'Antipatrum cum supplemento juniorum Macedonum ad regem pergere.'<sup>f</sup> Verebatur enim ne per discordiam præfecti cum Olympiade gravis aliqua clades acciperetur. 9. Nam multas ad Alexandrum Epistolas mater, multas Antipater miserat; vicissimque alter alterum arroganter et acerbè pleraque facere criminabantur, quæ ad dedecus, aut detrimentum regiæ majestatis pertinerent. 10. Postquam enim rumor occisi regis temere vulgatus in Macedoniam penetravisset, mater ejus sororque Cleopatra tumultuatæ fuerant; et hæc quidem paternum regnum, Olympias Epirum invaserat.<sup>h</sup> 11. Forte dum ejusmodi literæ redduntur, Hephestion assuetus omnium arcanorum se participem haberi, resignatas ab Alexandro simul inspiciebat. Neque vetuit eum rex; sed detractum digito annulum ori legentis admovit, nihil eorum quæ perscripta essent, in alios efferendum significans. 12. Incusasse autem ambos fertur, et matris insolentia permotum exclamasse, 'Eam pro habitatione decem mensium, quam in uterò sibi præbuisset, gravem mercedem exigere.' Antipatrum vero suspectum habuisse, quasi parta ex Spartanis victoria tollentem animos, et imperio tot jam in annos prorogato supra præfecti modum elatum.<sup>i</sup> 13. Itaque cum ejus gravitas atque integritas a quibusdam prædicaretur; subjecit, 'Exterius quidem album videri; sed si penitus introspectiatur, totum esse purpureum.' Pressit tamen suspicionem suam, neque ullum manifestius abalienati animi indicium prætulit. Credidere tamen plerique, Antipatrum evocari se supplicii causa ratum, impiis machinationibus, regiæ mortis, quæ paulo post secuta est, auctorem extitisse.<sup>j</sup> 14. Interea rex ut imminuti exercitus detrimenta sarciret, optimum quemque Persarum in Macedonicos ordines allegit: mille etiam præstantissimos segregavit ad propiorum sui corporis custodiam:<sup>k</sup> aliam hastatorum manum, haud

<sup>f</sup> Arrian. vii. 2.

de Fortuna Alex. ii. 17. Arrian. vii.

<sup>g</sup> Plutarch. cap. 122. Arrian. vii. 2. 31. Justin. xii. 12. 9.

2. 33. Mar. xiv. 38.

<sup>j</sup> Plutarchus Apophth. cap. 39.<sup>h</sup> Plutarch. cap. 117.

Arrian. vii. 2. 34.

<sup>i</sup> Plutarchus Apophth. cap. 39. et<sup>k</sup> Diodor. xvii. 110.

pauciores decem millibus, circa regium tabernaculum excubias agere jussit. 15. Hæc agenti Peucestes supervenit cum viginti sagittariorum funditorumque millibus, quos ex sua provincia coëgerat: his per exercitum distributis profectus est Susis, Tigrique amne transmissa, apud Carrhas castrametatus est; inde quadriduo per Sittacenem ductis copiis Sambana processit; ubi per septem dies quietum agmen tenuit. 16. Tridui deinde itinere emenso Celonas perventum est: oppidum hoc tenent Bæotia profecti, quos Xerxes sedibus suis excitos in Orientem transtulit: servabantque argumentum originis peculiari sermone, ex Græcis plerumque vocibus constante; ceterum ob commerciorum necessitatem finitimorum barbarorum lingua utebantur.<sup>1</sup> 17. Inde Bagistamen ingressus est, regionem opulentam, et abundantem arborum amœno et fœcundo fœtu, ceterisque ad vitæ non usum modo, verum etiam delectationem pertinentibus. 18. Gravis inter hæc Eumeni cum Hephæstione simultas inciderat. Nam servos Eumenis diversorio, quod pro hero suo anteceperant, Hephæstio proturbavit, ut Evius tibicen eo reciperetur: 19. neque diu post, cum jam sopita odia viderentur, nova exorta contentione adeo recruderunt, ut etiam in atrox jurgium, et acerba utrumque convicia prorumperent. 20. Sed Alexandri interventu imperioque inimicitie saltem in speciem abolite sunt: cum ille quidem Hephæstioni etiam minatus esset, qui in flagrantissima regis gratia positus, quanquam cupidum reconciliationis Eumenem, pertinacius aversabatur.<sup>2</sup> 21. Perventum deinde est in Mediæ campos ubi maxima equorum armenta pascebantur. 'Nisæos' appellant, magnitudine et specie insignes. Supra quinquaginta millia ibi reperta, cum Alexander ea transiret, a comitibus illius annotatum est: olim triplo plures fuisse; sed inter bellorum turbas maximam earum partem prædones abegisse.<sup>3</sup> 22. Ad † triginta dies ibi substitit rex: eo Atropates Mediæ satrapa centum barbaras mulieres adduxit, equitandi peritas, peltisque et securibus armatas: unde quidem crediderunt Amazonum ex gente reliquias fuisse. 23. Septimis deinde castris Ecbatana attigit, Mediæ

<sup>1</sup> Athenæus xii. 9. Diodor. xvii. 110. Arrian. vii. 4. 25.

<sup>2</sup> Arrianus vii. 3. 16. Plutarchus Eumene cap. 12.

<sup>3</sup> Arrian. vii. 3. 1. Herodot. iii.

106. vii. 40. ix. 120. Strabo lib. xi. Diodor. xvii. 110. Arrian. vii. 3. 1.

† Diodor. xvii. 110. Arrian. vii. 3. 2.

caput. Ibi solennia Diis sacrificia fecit; ludosque edidit, et in convivia festosque dies laxavit animum, ut mox in novorum operum curam atque ministeria validior intenderetur. 24. Sed ista volentem velut injecta manu fatum alio traxit, vitamque carissimo amicorum ejus, neque multo post ipsi quoque regi extorsit.<sup>o</sup> Pueros in stadio certantes spectabat; cum nuntiatur deficere Hephæstionem, qui morbo ex crapula contracto, septimum jam diem decumbebat. 25. Exterritus amici periculo statim consurgit, et ad hospitium illius celeriter pergit: neque tamen prius eo pervenit, quam illum mors occupasset. Id regi omnium quæ in vita pertulerat adversorum luctuosissimum accidisse certum habetur: eumque magnitudine doloris in lacrymas et lamenta victum multa animi de gradu dejecti argumenta edidisse.<sup>p</sup> 26. Sed ea quidem varie traduntur; illud inter omnes constat, ut quam decentissimas exequias ei duceret, non voluisse Ecbatanis sepeliri: sed Babylonem, quo ipse concessurus erat, a Perdicca deferri curasse: ibique funus inaudito antehac exemplo duodecim talentum millibus locavisse.<sup>a</sup> 27. Per universum certe imperium lugeri eum jussit: et ne memoria ejus in exercitu exolesceret, equitibus, quis præfuerat, nullum præfecit ducem, sed Hephæstionis, alam appellari voluit; et quæ ille signa instituisset, ea non immutari. 28. Funebria certamina ludosque, quales nunquam editi fuissent, meditatus, tria artificum millia coëgit: qui non multo post in ipsius exequiis certasse feruntur. Nec amici tam effuso affectu ad conciliandam ejus gratiam segniter usi, certatim reperere per quæ memoria defuncti clarior honoratiorque fieret.<sup>r</sup> 29. Igitur Eumenes, cum se ob similitudinem cum Hephæstione regis indignationem incurrisset, multis auctor fuit, seque et arma sua Hephæstioni consecrandi: pecuniasque ad cohonestandum funus large contulit. 30. Hoc exemplum imitati sunt ceteri: eaque mox processit assentationum impudentia; ut regi mœrore et desiderio defuncti insanienti persuasum tandem fuerit, Deum esse Hephæstionem.<sup>s</sup> Quo quidem tempore ex copiarum

<sup>o</sup> Diodor. xvii. 110. Arrian. vii. 3. 7.

<sup>p</sup> Arrian. vii. 3. 8. Diod. xvii. 110. Arrian. vii. 3. 8. Plutarch. cap. 123. Arrian. vii. 3. 12. Ælian. Hist. Var. vii. 8. Arrianus in Epicet. ii. 22.

<sup>a</sup> Diod. xvii. 110.

<sup>r</sup> Justin. xii. 12. 12. Plut. cap. 124. Arrian. vii. 3. 15. Diodor. xvii. 115. Arrian. vii. 3. 18. Plutarch. cap. 124.

<sup>s</sup> Arrian. vii. 3. 16. Plutarch. Eumene cap. 4. Diodor. xvii. 115.

ducibus Agathocles Samius ad extremum periculi venit, quod illius tumultum præteriens illacrymasse visus esset: 31. ac nisi Perdiccas venanti sibi Hephæstionem apparuisse ementitus, per Deos omnes, ipsumque Hephæstionem dejerasset, 'Ex ipso se cognovisse, Agathoclem non ut mortuum, et vanæ divinitatis titulis frustra ornatum flevisse, verum ob memoriam pristinæ sodalitatis lacrymas non tenuisse;' vir fortis et de rege bene meritus, pietatis in amicum graves pœnas innoxio capite pependisset.<sup>1</sup> 32. Ceterum ut paulisper a luctu avocaret animum, in Cossæorum gentem expeditionem suscepit. Juga Mediæ vicina Cossæi tenent, asperum et acre genus, et prædando vitam tolerare solitum.<sup>2</sup> 33. Ab his Persarum reges annuo tributo pacem redimere consueverant, ne in subjecta decurrentes infestam latrocinii regionem facerent: nam vim tentantes Persas facile repulerant, asperitate locorum defensi, in quæ se recipiebant, quoties armis superabantur.<sup>3</sup> 34. iidem muneribus quotannis placabantur, ut regi Ecbatanis, ubi æstiva solebat agere, Babylonem remigranti, tutus per ea loca transitus esset. Hos igitur Alexander bipartito agmine aggressus, intra quadraginta dies perdomuit. 35. Nam ab ipso rege, et Ptolemæo, qui partem exercitus ducebat, sæpe cæsi, ut captivos suos reciperent, permisere se victori. Ille validas urbes opportunis locis exstrui jussit; ne abducto exercitu fera gens obedienciam exueret.<sup>4</sup> 36. Motis inde castris, ut militem expeditione recenti fessum reficeret, lento agmine Babylonem procedebat: jamque vix triginta ab urbe stadiis aberat; cum Nearchus occurrat, quem per Oceanum et Euphratis ostia Babylonem præmiserat; orabatque, 'Ne fatalem sibi urbem vellet ingredi: compertum id sibi ex Chaldæis, qui multis jam prædictionum eventibus artis suæ certitudinem abunde probavissent.'<sup>5</sup> 37. Rex fama eorum hominum, constantique asseveratione motus, dimissis in urbem amicorum plerisque, alia via præter Babylonem ducit, ac ducentis inde stadiis stativa locat.<sup>6</sup> Sed ab Anaxarcho persuasus, contentis Chaldæorum monitis, quorum disciplinam inanem aut supervacuam arbitrabatur, urbem intrat. 38. Legationes eo ex

<sup>1</sup> Lucianus in lib. 'Calumniæ non temere credendum.'

<sup>2</sup> Plutarchus cap. 123. Polyænus iv. 3. 31. Strabo lib. xi.

<sup>3</sup> Diod. xvii. 111. Arrian. vii. 3. 19. Strabo lib. xi.

<sup>4</sup> Curtius v. 8.

<sup>5</sup> Diodor. xvii. 111. Arrianus vii. 3. 20. Diod. xvii. 111.

<sup>6</sup> Curt. x. 1. Plutarch. cap. 123.

Arrian. vii. 3. 20. Diod. xvii. 112.



universo ferme orbe confluxerant: quibus per complures dies studiose auditis, deinceps ad Hephæstionis exequias adjecit animum: quæ summo omnium studio ita celebratæ sunt, ut nullius ad id tempus regis feralia, magnitudine sumtum, apparatusque celebritate non vicerint. 39. Post hæc cupido incessit regi per Pallacopam amnem ad Arabum confinia navigandi: quo delatus urbi condendæ commoda sede reperta, Græcorum ætate aut vulneribus invalidos, et si qui sponte remanserant, ibi collocat.<sup>7</sup> Quibus ex sententia perfectis jam futuri securus, Chaldæos irridebat, quod Babylonem non ingressus tantum esset incolumis, verum etiam excessisset.<sup>a</sup> 40. Enimvero revertenti per paludes, quas Euphrates in Pallacopam effusus efficit, fœdum omen oblatum est: quippe rami desuper impendentes detractum capiti regio diadema projecerunt in fluctus: cum deinde alia super alia prodigiosa et minacia nuntiarentur, procurandis iis Græco simul barbaroque ritu continua sacra facta sunt. 41. Neque tamen expiari præterquam morte regis potuere: qui cum Nearchum excepisset convivio, jamque cubitum iturus esset, Medii Larissæi obnixis precibus dedit, ut ad eum comessatum veniret: ubi postquam tota nocte perpotasset, male habere cœpit.<sup>a</sup> Ingravescens deinde morbus adeo omnes vires intra sextum diem exhaustit, ut ne vocis quidem potestas esset. 42. Interea milites solitudine desiderioque ejus anxii, quanquam obtestantibus ducibus, ne valetudinem regis onerarent, expresserunt, ut in conspectum ejus admitterentur.<sup>b</sup>

v. 1. Intuentibus lacrymæ obortæ præbuere speciem jam non regem, sed funus ejus visentis exercitus. 2. Mœror tamen circumstantium lectum eminebat: quos ut rex aspexit, 'Invenietis,' inquit, 'cum excessero, dignum tali-

1 Theocreni codex admonet, libri decimi finem hic esse, ac principium undecimi. Leid. *lacrima obhortæ*. Voss. 2. omittit *visentis*.—2 Leid. *luctum eminebat*. Florent. Leid. et Voss. 1. ut *resperit*. Voss. 2. omittit *viris*.—

#### NOTE

<sup>7</sup> Justin. xii. 13. 5. Diodor. xvii. 112. Seneca Suasor. iv. Justin. xii. 13. 1. Arrian. vii. 8. 1. Diodor. xvii. 113. 114. Arrian. vii. 4. 20.

<sup>a</sup> Appian. de Bell. Civil. lib. ii.

<sup>a</sup> Diodor. xvii. 116. Gregoras fine lib. x. Pintarch. cap. 127.

<sup>b</sup> Arrian. vii. 6. 6. Justin. xii. 16. 1. Arrian. vii. 5. 11.

bus viris regem ?' 3. Incredibile dictu audituque, in eodem habitu corporis, in quem se composuerat, cum admissurus milites esset, durasse, donec a toto exercitu illud ultimum persalutatus est : dimissoque vulgo, velut omni vitæ debito liberatus, fatigata membra rejecit. 4. 'Propiusque adire' jussis amicis, (nam et vox deficere jam cœperat) detractum annulum<sup>a</sup> digito Perdiccæ tradidit ; adjectis mandatis, 'ut corpus suum ad Hammonem ferri juberet.' 5. Quærentibus his, 'cui relinqueret regnum ?' respondit, 'ei, qui esset optimus.'<sup>b</sup> Ceterum providere jam ob id certamen :<sup>c</sup> magnos funebres ludos parari sibi.' 6. Rursus Perdicca interrogante, 'quando cœlestes honores haberi sibi vellet ?' dixit, 'tum velle, cum ipsi felices essent.' Suprema hæc vox fuit regis, et paulo post extinguitur.<sup>d</sup> 7. Ac primo ploratu lamen-

3 Idem codex omittit *in quem*, Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *amissurus*. Voss. 2. *durasset*. Edd. ante Schmieder. *illo ad ultimum*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *illud ultimum*, quod recepit Schmieder. Pal. 1. *præsalutatus*. Ald. *omni vita ... recepit*.—4 Voss. 2. *nam ut vocem*. Florent. Leid. et Dan. *decipere*, sed in Dan. et Leid. ad marg. *deficere*. Voss. 2. *Perdicæ*; Mer. Bas. et Col. *Perdica*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Elz. *juberent*.—5 Leid. et Voss. 1. *Quærentibus*; alii *Quærentibusque*. Leid. Voss. 1. et Bong. *respondet*. Pal. 1. omittit, *Ceterum p. j. ob id certamen*; extabant in Dan. sed deleta. Ald. Bas. et Col. *providerrat*; Pith. *proinde*; Bong. 2. et Voss. 1. *provide*; Voss. 2. *primum magnum*; vulgg. *prævidere*; Florent. et Leid. *providere*. Florent. Leid. et Voss. 1. *jam se*. Voss. 2. in *agros funebres*. Voss. 1. *ludos parare*. Voss. 2. omittit *sibi*.—6 Voss. 2. et Ald. *honores habere*. Pith. et Bong. 2. *se vellet*. Pith. et postea

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Annulum*] Signatorium, quem solus ipse tanquam regiæ potestatis indicem gestabat. Eo tradito regnum commendare Perdiccæ videbatur.

<sup>b</sup> *Ei, qui esset opt.*] Diodorus xviii. τῷ κραιτέρῳ, fortissimo. Et lib. xviii. τῷ ἀπλοτέρῳ, quod idem est. Male ergo Justinus expressit, lib. xii. cap. 15. 'dignissimum': neque enim eum qui dignior, sed qui fortior esset, successurum sibi significabat. Melius noster Curtius, quamvis ambigne, *ei qui esset optimus*: quandoque enim 'melior' et 'optimus' idem est ac 'fortior' et 'fortissimus'; ut apud Salust. Hist. 1. 3. 'fortuna meliores se-

quitur.' Et de Bello Jugurth. cap. 92. 'Optimus quisque cadere aut sauciari.' Ita fere Berneccerus in Justin. lib. ix. cap. 2. et lib. xii. cap. 15.

<sup>c</sup> *Ob id certamen*] Ob contentionem de successore sibi deligendo inter ipsos orituram. *Funebres*] Ingentia bella. Alludit ad veterum morem, qui gladiatorum pugnis funera principum virorum celebrare consueverant.

<sup>d</sup> *Extinguitur*] Die mensis Dæstii 28. inquit Plutarchus; aut 30. ut tradit Aristobolus: hoc est, Maii 22. aut 24. si Usserio credimus. Annus

tisque et planctibus tota regia personabat: mox velut in vasta solitudine omnia tristi silentio muta torpebant, ad cogitationes, quid deinde futurum esset, dolore converso. 8. Nobiles pueri, custodiæ corporis ejus assueti, nec doloris magnitudinem capere, nec se ipsos intra vestibulum regiæ retinere potuerunt; vagique et furentibus similes totam urbem luctu ac mœrore compleverant, nullis questibus omissis, quos in tali casu dolor suggerit. 9. Ergo qui extra regiam astiterant, Macedones pariter barbarique, concurrunt; nec poterant victi a victoribus in communi dolore discerni. Persæ, 'justissimum ac mitissimum dominum,' Macedones, 'optimum ac fortissimum regem' invocantes, certamen quoddam mœroris edebant. 10. Nec mœstorum solum, sed etiam indignantium voces exaudiebantur; 'tam viridem et in flore ætatis fortunæque invidia Deum ereptum esse rebus humanis.' Vigor ejus et vultus educantis in prælium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros pro concione donantis,\* occurrebant oculis. 11. Tum Macedonas, 'divinos honores negasse' ei, pœnitebat: 'impiosque et ingratos fuisse se' confite-

\* In medio militum conventu remunerantis.

\*\*\*\*\*

*exstinguitur.*—7 Voss. 2. *At primo.* Pal. 1. *omittit omnia.* Voss. 2. *silentio mutata.*—8 Idem codex: *ejus corporis.* Dan. *magnitudinem ea,* sed jugulatis tribus postremis literis, et ad marginem ascripta eadem manu *carere*; Florent. et Voss. 1. *magnitudinem carere*; Voss. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *magnitudine carere*; Leid. *magnitudinem canere.* Voss. 2. *omittit nec se.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *tenere potuerunt.* Pal. 1. *omittit furentibus,* et sic Voss. 2. sed habet in margine. Florent. et Leid. *tantam*; et ita Dan. sed ab eadem manu *totam* factum est. Voss. 2. *atque mœrore.*—9 Voss. 2. *tutissimum atque invictissimum*; Pal. 1. *justissimum ac invictissimum.*—10 Voss. 1. *et in fore.* Bong. 2. et Voss. 1. *ereptam esse.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *donatis.*—11 Voss. 2. *honores denegasse.* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Bong. 2. et Mer. *pœnitebant.* Voss. 2. et Pal. 1. *omittunt se.*—

#### NOTÆ

erat Olymp. cxiv. primus: vitæ Alexandri tertius supra trigesimum ab octo circiter mensibus: regni Macedonici dñodecimus cum mensibus septem aut octo; imperii Asiatici ab extincto Dario septimus nondum

expletus: ante æram Christi 323. Vide Petavium, Salianum, Usserium, Raderum hoc loco, &c. ex quibus veteres partim conciliare, partim refellere liceat.

bantur, 'quod aures ejus debita appellatione' fraudassent.' Et cum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio regis hæsisent; in ipsos versa miseratio est.<sup>d</sup> 12. Macedonia profecti ultra Euphraten,<sup>e</sup> mediis hostibus, novum imperium aspernantibus, destitutos se esse cernebant; sine certo regis hærede, sine hærede regni publicas vires ad se quemque tracturum. 13. Bella deinde civilia, quæ secuta sunt, mentibus augurabantur: 'iterum, non de regno Asiæ, sed de rege, ipsis sanguinem esse fundendum: 14. novis vulneribus veteres rumpendas cicatrices; senes, debiles, modo petita missione a justo rege, nunc morituros pro potentia forsitan satellitis alicujus ignobilis.' 15. Has cogitationes volventibus nox supervenit, terroremque auxit: milites in armis vigilabant: Babylonii alius e muris, alius culmine sui quisque tecti prospectabant, quasi certiora visuri: 16. nec quisquam lumina audebat accendere, et, quia oculorum cessabat usus, fremitus vocesque auribus captabant: ac plerumque vano metu territi per obscuras semitas, alius alii occurrentes, invicem suspecti et solliciti ferebantur. 17. Persæ, comis suo more detonsis,<sup>f</sup> in lugubri veste, cum

<sup>d</sup> Commiserationem suam in se ipsos converterunt.

\*\*\*\*\*

12 'Hæc periodus, si qua alla Curtii, glossematibus contaminata videtur. Præferrem: in ipsos versa m. est; ultra E. in m. h. n. i. aspernantibus, d. se; sine c. r. herede publicas vires, &c.' Schmieder. Voss. 2. aspernantes. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. distitutos. Voss. 2. sine herede regni sine certo regis herede.—13 Florent. Leid. et Voss. 1. deinde civili. Voss. 2. veteres esse rumpendas esse, et mox: petita esse. Pith. jussione pro missione. Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt a ante justo.—15 Florent. Has c. volentibus. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Dan. alius muris, omissa præpositione. Voss. 2. omittit tecti. Vir doctus in Act. Erud. 1725. p. 102. transpositione hunc locum integritati suæ restituendum censet, sic: prospectabant; nec quisquam lumina audebat accendere, quasi certiora visuri, et quia, &c. non probante Schmieder.—16 Pal. 1. cessabat visus. Leid. Voss. 1. et Dan. plerumque quæ. Pal. 1. vario metu. Bong. ac solliciti.—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Debita appel.] Dei nomine quod ipsi merito debebatur.

<sup>e</sup> Ultra Euphrat.] Euphratis alvens Babylonem, in qua erant, mediam interfluebat; sed multi sunt citra urbem alvei fluminis; quos ultra con-

stituti erant. Vide lib. v. cap. 1.

<sup>f</sup> Comis detonsis] Mos ille fuit multarum in oriente gentium, comas in luctu tondere; ut ex sacris profanisque literis accipimus.

conjugibus ac liberis, non ut victorem et modo hostem, sed ut gentis suæ justissimum regem, vero desiderio lugebant. Assueti sub rege vivere, 'non alium, qui imperaret ipsis, digniorem fuisse,' confitebantur. 18. Nec muris urbis luctus continebatur; sed proximam regionem ab ea, deinde magnam partem Asiæ cis Euphraten tanti mali fama pervaserat. 19. Ad Darii quoque matrem celeriter perlata est: abscissa<sup>b</sup> ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumsit; laceratisque crinibus humi corpus abiecit. 20. Assidebat ei altera ex neptibus,<sup>i</sup> nuper amissum Hephæstionem, cui nupserat, lugens; propriasque causas doloris in communi mœstitia retractabat. 21. Sed omnium suorum mala Sisygambis una capiebat. Illa suam, illa neptium vicem flebat. Recens dolor etiam præterita revocaverat: 'crederes modo amissum Darium, et pariter miseræ duorum filiorum exequias esse ducendas. Flebat mortuos simul vivosque. 22. 'Quem enim puellarum acturum esse curam? quem alium futurum Alexandrum? iterum se captas, iterum excidisse regno: qui mortuo Dario ipsas tueretur, reperisse; qui post Alexandrum respiceret, utique non reperturas.' 23. Subibat inter hæc animum, octoginta<sup>j</sup>

\* *Præter publicum luctum, Drypetis recogitabat causam dolendi sibi propriam.*

\*\*\*\*\*

Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *commissio more*; Bong. *commissus mos*. Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. omittunt *cum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *et m. ut hostem*. Pal. 1. *Assueti*. Voss. 2. *quippe imperaret*; Pal. 1. *quippe imperatorem*.—19 Bong. 1. *quam induta erat*. Pal. 1. *corpus adjecit*.—20 Voss. 2. *Assidebatque*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ex nepotibus*; et sic in Dan. sed litera o puncto notatur. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Amst. *retractabant*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. et Gryph. *Sisigambis*; Bong. 1. *Sisigambis*; Voss. 2. *Sisingabis*. Bong. 1. *illa neptium*. Voss. 1. *et p. misere*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *simul mortuos*.—22 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Dan. *quam alium*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et pleræque edd. *iterum esse se captas*; Ald. *omittit esse*; Pal. 1. *iterum et se esse captas*. *Iterum et se esse regno expulsas*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *iterum excidisse*. Voss. 2. et Pal. 1. *et plus pro qui post*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Abscissa*] De hoc quoque more Darii natu minor, ut supra dictum lacerandi vestium diximus ad lib. v. est ad cap. 3.

cap. 12.

<sup>j</sup> *Octoginta*] Valerius Max. lib. ix.

<sup>i</sup> *Alteri ex nept.*] Drypetis, filiarum cap. 2. plusquam centum Ochi pa-

fratres suos eodem die ab Ocho sævissimo regum trucidatos, adjectumque stragi tot filiorum patrem: e septem liberis, quos genuisset ipsa, unum<sup>1</sup> superesse: ipsum Darium floruisse paulisper, ut crudelius posset extinguī.' 24. Ad ultimum dolori succumbit, obvolutoque capite<sup>1</sup> accidentes genibus suis neptem nepotemque aversata, cibo pariter abstinuit et luce: quinto, postquam mori statuerat, die extincta. 25. Magnum profecto Alexandro indulgentiæ in eam justitiæque in omnes captivos documentum est mors hujus, quæ, cum sustinisset post Darium vivere, Alexandro esse superstes erubuit. 26. Et hercule, juste æstimantibus regem liquet, bona naturæ ejus fuisse, <sup>4</sup> vitia vel fortunæ, vel ætatis. 27. Vis incredibilis animi; laboris patientia propemodum nimia; fortitudo non inter reges modo excellens, sed inter illos quoque, quorum hæc sola virtus fuit; 28. liberalitas sæpe majora tribuentis, quam a Diis petuntur; clementia in devictos; tot regna aut redditā, quibus ea demserat bello, aut dono data; 29. mortis, cujus

<sup>4</sup> Qui recto judicio Alexandrum considerant, agnoscunt eximias ejus dotes ab indole ipsius ortas fuisse.

\*\*\*\*\*

qui plus. Voss. 2. qui eas respiceret.—24 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. succubuit; Bong. subcumbit, sed suprascr. c, ut sit succumbit, Dan. Bong. et Pal. 1. accedentes; edd. plerumque vett. assidentes; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et al. accidentes. Voss. 2. omittit aversata. Bong. 1. 2. pariter cibo. Voss. 2. quinta postquam, et mox omittit die.—25 Mer. et edd. vulgg. ante Freinsh. Alexandri; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Bas. et Col. Alexandro. Voss. 2. omittit in eam.—26 Voss. 2. justæ æstimantibus... natura.—27 Voss. 2. omittit hæc ante sola.—28 Voss. 2. liberalitatis. Voss. 1. et Bong. 1. 2. a Diis; Scheffer. mavult: a piis. Leid. quibus ea deserat; Voss. 1. q. ea demserat;

#### NOTE

trueles cum ipsorum patre ab illo necatos scribit. Ocho] Suppl. lib. II. cap. 1. Patrem] Ipsius Sisymbis, quem alii Arsanem, alii Ostanem vocant: alii Ostanem patrem, Arsanem maritum eundemque fratrem faciunt. Hæc quidem ratione Sisymbis Ochi soror patruelis foret, ac Darius Codomannus saltem materno genere ad stirpem regiam pertinuisset. Verum id supra ex ipso Curtio,

exque Justino et Strabone refellimus lib. III. cap. 3.

<sup>1</sup> Unum] Oxathrem Darii fratrem, ab Alexandro inter corporis sui custodes ascitum, lib. VI. cap. 2.

<sup>1</sup> Obvoluto cap.] Luctus argumentum, de quo dictum est lib. IV. cap. 10. Neptem] Drypetim. Nepotem.] Ochum Darii filium, quantum ac decimum ægentem ætatis annum. Vide lib. IV. cap. 10.

metus ceteros exanimat, perpetua contentio; gloriæ laudisque ut justo major cupido, ita et juveni et in tantis admittenda rebus; 30. jam pietas erga parentes, quorum Olympiada immortalitati consecrare<sup>m</sup> decreverat, Philippum ultus erat; 31. jam in omnes fere amicos benignitas; erga milites benevolentia; consilium par magnitudini animi, et quantam vix poterat ætas ejus capere, solertia; 32. modus immodicarum cupiditatum; Veneris intra naturale desiderium usus, nec ulla nisi ex permissio voluptas, ingentes profecto dotes erant. 33. Illa fortunæ: Diis æquare se, et coelestes honores accersere,<sup>n</sup> et talia suadentibus oraculis credere, et dedignantibus venerari ipsum vehementius, quam par esset, irasci; in externum habitum mutare corporis cultum: \* imitari devictarum gentium mores, quas ante victoriam spreverat. 34. Nam iracundiam et cupidinem vini sicuti juvenia irritaverat, ita senectus mitigare potuisset. 35. Fatendum est tamen, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunæ; quam solus omnium mortalium in potestate habuit. 36. Quoties illum a morte revocavit? quoties temere in pericula vectum perpetua felicitate protexit? Vitæ quoque finem eundem illi, quem gloriæ sta-

\* *Vestes mutare in morem peregrinum.*

\*\*\*\*\*

Voss. 2. quibus cum contenderat.—29 Voss. 1. et Bong. 2. *cujus detus ceteros*. Florent. et Mod. *contentio*. Edd. ante Schmieder. *ut juveni, qui et juveni ex Theocr. scripsit*. Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Bong. 1. 2. et Mer. *nec amittenda*; Voss. 2. *nec admittenda*.—30 Voss. 2. *Olympiadem*; Bong. 2. et Pith. *Olympiadam*. Florent. *consecraverat, Philippum*.—31 Pal. 1. *omittit animi*. Voss. 2. et Dan. *solertiam*; Pith. *solerciam*.—32 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Dan. *modum*; Bong. 1. *modus*. Mer. *V. juxta neutrale*. Acidal. legit: *ingenii, (vel ingenitæ) p. d. erant, probante Schmieder*.—33 Pal. 1. *illa fortunæ vitia*; Voss. 2. *vicia fortunæ*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *vitia fortunæ*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Dis æquare*. Voss. 2. *accersere*. Pith. *omittit oraculis*. Voss. 2. *cedere pro credere*. Voss. 2. et Pal. 1. *par erat*. Voss. 2. *in extremum habitum*, et mox *omittit quas a. v. s. sed* in margine sunt ab al. m. *quos* margo ed. Gryph. *probantibus Freinsh.* et Schmieder.—34 Florent. *secuti juvenia*.—35 Florent. *plus debuisset*. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *Quotiens illum*; Pith. *omittit illum*.—36 Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Immort. consec.*] Lib. ix. cap. 6.    <sup>n</sup> *Accersere*] *Alias asserere*.  
*Ultus erat*] Suppl. lib. i. cap. 10.

tuit. Expectavere eam fata, dum Oriente perdomito aditoque Oceano, quicquid mortalitas capiebat, impleret.<sup>f</sup> 37. Huic regi ducique successor quærebat: sed major moles erat, quam ut unus subire eam posset. Itaque nomen quoque ejus et fama rerum in totum propemodum orbem, reges ac regna diffudit; clarissimi sunt habiti, qui etiam minimæ parti tantæ fortunæ adhæserunt.

VI. 1. Ceterum Babylone (inde enim divertit oratio) corporis ejus custodes\* in regiam principes amicorum ducesque copiarum advocavere: secuta est militum turba, cupientium scire, in quem Alexandri fortuna esset transitura. 2. Multi duces, frequentia militum exclusi, regiam intrare non poterant; cum præco, 'exceptis, qui nominatim citarentur, adire' prohibuit: sed precarium spernebatur imperium. 3. Ac primum ejulatus ingens ploratusque renovatus est: deinde futuri expectatio inhibitis lacrymis silentium fecit. 4. Tunc Perdicca, regia sella in conspectum vulgi data, in qua diadema vestisque Alexandri cum armis erant, annulum sibi pridie traditum a rege in eadem sede posuit quorum aspectu rursus obortæ omnibus lacrymæ integravere luctum. 5. Et Perdicca, 'Ego quidem,'

<sup>f</sup> *Perficeret quæcumque mortalis natura poterat.*

\*\*\*\*\*

*Expectaverunt.* Pal. 1. *cupiebat.*—37 Pal. 1. *quasi ut unus.* Voss. 2. omittit *eam.* Voss. 2. et Pal. 1. *ex fama,* quod non spernit Schmieder. Voss. 2. *fuerunt habiti.* Voss. 1. *qui e. minime.*

1 Leid. et Voss. 1. *Babillone;* Voss. 2. *Babylonie.* Florent. Leid. Voss. 1. et Lugd. *divertit.* Voss. 2. *custodes corporis,* omisso *ejus.* Voss. 2. et Pal. 1. *principes amicos.* Pal. 1. *ad quem.*—2 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. *prohiberet.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *Ad primum.* Voss. 2. et Pal. 1. *ululatus.* Voss. 2. et Pal. 1. *novatus est.*—4 Voss. 2. et edd. vulgg. ante Freinsh. *Tum Perdicca.* Voss. 2. transposuit, *sella in qua diadema,* et mox habet *conspectu.* Florent.

#### NOTÆ

\* *Custodes*] Non illi, credo, nobiles pueri de quibus lib. v. cap. 1. et lib. viii. cap. 6. sed procerum primi, de quibus dictum a nobis est lib. vii. cap. 1. quos paulo ante septem numero fuisse refert Arrianus

ex Aristobulo, lib. vi. Leonnatum, Hephæstionem, Lysimachum, Aristonum, Perdiccam, Ptolemæum, Pythionem: quibus octavum accessisse Peucestam.



inquit, 'annulum, quo ille regni atque imperii vires<sup>b</sup> ob-  
signare erat solitus, traditum ab ipso mihi, reddo vobis. 6.  
Ceterum quanquam nulla clades huic, qua affecti sumus,  
par ab iratis Diis excogitari potest; tamen magnitudinem  
rerum, quas egit, intuentibus credere licet, tantum virum  
Deos accommodasse rebus humanis, quarum sorte com-  
pleta, cito repeterent eum suæ stirpi.<sup>c</sup> 7. Proinde, quoniam  
nihil aliud ex eo superest, quam quod semper ab immor-  
talitate<sup>c</sup> subducitur,<sup>d</sup> corpori nominique quam primum justa  
solvamus; haud obliiti, in qua urbe, inter quos simus, quali  
præsides ac rege spoliati. 8. Tractandum est, commilitones,  
cogitandumque, ut victoriam partam inter hos, de quibus  
parta est, obtinere possimus. Capite opus est: hocne uno  
an pluribus, in vestra potestate est. Illud scire debetis,  
militarem sine duce turbam corpus esse sine spiritu. 9.  
Sextus<sup>d</sup> mensis est, ex quo Roxane prægnans est. Opta-

<sup>a</sup> *Ut his rebus expletis revocarent illum ad Deos ipsi cognatos.*

<sup>b</sup> *Præter corpus quod semper immortalitati eripitur per mortem.*



Leid. Bong. 1. 2. et Dan. volgi. Voss. 2. omittit *rursus*.—5 Idem codex: *imperii vices vires*. 'Tumidam hanc esse locutionem: *imperii vires*, non nego; contra frigent conjecturæ Schefferi: *imperii res obsignare*, et Heinsii: *imperii sui res obsignare*.' Schmieder. Voss. 2. *credo vobis*.—6 Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *ab i. Dis*, et sic mox. Amst. *potuit*. Voss. 2. *magnitudine rerum*, et paulo post *humanus*.—7 Idem codex: *Deinde q. n. a. superest*, omisiss *ex eo*. Edd. ante Schmieder. *subducitur*; Theocr. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Pal. 1. et Mod. *seducitur*. 'Ne cum Heumanno pro *nomini* legas *homi- ni*.' Schmieder. Voss. 2. *qua urbe*, omisiss *præpositione*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *præsides ac rege*.—8 Florent. Leid. et Voss. 1. *cogitatumque*; Voss. 2. *et cogitandum quoque*; Pal. 1. *cogitandum quoque*. Voss. 2. *parata est*. Idem et Pal. 1. *hoc me uno*, improbante Schmieder. Florent. Leid. et Voss. 1. *hocine*; Bong. 1. 2. *hoc ne in uno*; Amst. et Lugd. *hoc uno*. Bong. 1. 2. *in pluribus*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et duo alii omittunt *pluri- bus*.—9 Pal. 1. omittit *ex quo*. Ald. *Roxane*. Voss. 1. *pregnans*. Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Imp. vires*] Mandata sua quibus regni vires continebantur: nisi aliud quidpiam scriptum erat a Curtio.

<sup>c</sup> *Ab immortalitate*] Alias *immorta- litati*: vel: *quod semper mortalitati subducitur*, id est, quod humanæ na-

turæ per mortem perit; vel: *quod semper mortalitate*, id est, mortalis na- turæ conditione *subducitur* homini.

<sup>d</sup> *Sextus*] A Justino dicitur 'octa- vus,' isque jam exactus: certe post paulo filium peperit Alexandrum.

mus ut marem enitatur: 'cujus regnum Diis approbantibus futurum, quando adoleverit: interim, a quibus regi velitis, destinate.' 10. Hæc Perdicca. Tum Nearchus, 'Alexandri modo sanguinem ac stirpem regiæ majestati convenire, neminem' ait 'posse mirari. 11. Ceterum expectari nondum ortum regem et, qui jam sit, præteriri, nec animis Macedonum convenire, nec tempori. Verum esse e Barsine\* filium regis: huic diadema dandum.' 12. Nulli placebat oratio: itaque suo more hastis scuta quatientes obstrepere perseverabant. Jamque prope seditionem pervenerant, Nearchus pervicacius tuente sententiam. 13. Tum Ptolemæus, 'Digna prorsus est soboles,' inquit, 'quæ Macedonum imperet genti, Roxanes vel Barsinæ filius; cuius nomen quoque Europam dicere pigebit, majore ex parte captivi. 14. Cur Persas vicerimus, ut stirpi eorum servia-

\* *Ut masculum pariat.*

et Pal. 1. *captamus ut marem.* Ald. Frob. Bas. et Col. cum edd. recentt. *cjus regnum*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pith. Bong. 1. 2. et edd. vet. *cujus regnum*, quod revocavit Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *quandoque*; Voss. 2. Ald. Frob. Bas. et Col. *quando*; Pal. 1. Mer. et Amst. *quandocumque*. Florent. et Leid. *a quibusque regi.*—10 Voss. 2. Mer. Bas. et Col. *Perdica*; Elz. *Perdiccas*. Voss. 2. *Nearcus*. Florent. Leid. Voss. 1. Elz. et pleræque edd. omittunt *modo*, quod tamen exhibent Bong. 1. 2. Florent. Leid. Mer. Lugd. et Amst. Pro *mirari* Voss. 2. Pal. 1. et Mer. *imitari.*—11 Voss. 2. *nec armis*. Pal. 1. pro *rerum, verum*, quod in Voss. 2. additum est ab al. m. 'Lego cum Heinsio et Pal. 1. *nec tempori. Verum esse e Barsine filium regis.*' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. 1. 2. et Amst. *a Barsine*; Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *ab Arsine*; Mer. *Barsine*, omissa præpositione.—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *prope ad*. Bas. et Col. *pervenerat*. Leid. *Nearco pervicius*.—13 Voss. 2. Dan. Pal. 1. Mer. Bas. et Col. *Roxanis*; Ald. *Rhozanis*. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Arsine*; multæ aliæ edd. ante Freinsh. *Barsines*. Voss. 2. *Europa*; Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. *in Europa*; Dan. *Europam*; sed disjuncta litera m. Pith. et Mer. *pigebit*. Nic. Heinsius: *Europam discere pigebit*. Florent. *captiva est*; Voss. 1. *captivi est*.—14 Voss. 2. *Cujus P. vicerimus, ut s. ejus*. Bothe ex conj. Freinshemii edidit: *Cur P. vicimus? Ut stirpi*

#### NOTE

\* *Barsine*] Hanc Arrianus Darii ipsius filiam vocat, quam reliqui 'Statiram' vocant, nuper apud Susa nuptam Alexandro; sed Porphyrius apud Eusebium Pharnabazi, Plutarchus Artabazi filiam facit, Memnonisque

illius Rhodii uxorem quæ Damasci capta fuit, lib. iii. cap. ult. Hic quoque *Barsenen* scribit. *Filius*] Herculi nomen fuit; quem postea Casander interfici jussit.

mus? quod justī illi reges Darius<sup>f</sup> et Xerxes tot millium agminibus tantisque classibus nequicquam petiverunt.<sup>4</sup> 15. Mea sententia hæc est, ut, sede Alexandri in regia posita, qui consiliis ejus adhibebantur, cōciant, quoties in commune consulto opus fuerit, eoque, quod major pars eorum decreverit, stetur; duces præfectique copiarum his pareant.<sup>5</sup> 16. Ptolemæo quidam, potiores Perdiccæ assentiebantur. Tum Aristonius orsus est dicere, 'Alexandrum consultum, cui relinqueret regnum, voluisse optimum deligi: judicatum autem ab ipso optimum<sup>6</sup> Perdiccan, cui annulum tradidisset. 17. Neque enim unum eum assedissem morienti; sed circumferentem oculos ex turba amicorum delegisse, cui traderet. Placere igitur, summam imperii ad Perdiccan deferri.' 18. Nec dubitavere, quin vera censeret. Itaque universi, 'procedere in medium Perdiccan et regis annulum tollere,' jubebant. Hærebat inter cupiditatem pudoremque, et, quo modestius, quod expectabat, appeteret, pervicacius obluros esse credebat. 19. Itaque cunctatus, diuque, quid ageret, incertus, ad ultimum tamen recessit, et post eos, qui sederant proximi, constitit. 20. At Meleager, unus e ducibus, confirmato animo, quem Perdiccæ cunctatio erexerat, 'Nec Dii ferant,' inquit, 'ut Alexandri fortuna

<sup>4</sup> Frustra tentarunt efficere.

eorum, &c. Pal. 1. quos justī; Voss. 2. quod j. belli regis D. et X. militum. Bong. 1. petiverunt, et suprascr. o, ut sit poticerunt.—15 Pal. 1. cohærent. Voss. 2. commune consultum; Pal. 1. communi consultu. Pal. 1. omittit eoque; Voss. 2. omittit que. Pith. quo major. Ald. iis pareant.—16 Pith. et Bong. 1. quidem. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. pauciores. Bong. 1. 2. Perdiccæ plurius. Voss. 2. adsentiebant, et paulo post, exorsus est. Mer. et Amst. indicatum. Vox optimum abest a Theocr. probante Schmieder.—17 Alii Nec enim. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. et Mer. sed circumferenti. Bong. 1. diligisse.—18 Voss. 2. Nec dubitare. Modius et vulgg. ante Freinsh. appelebat expectaret; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. expetebat appeteret; Pal. 1. expectabat expeteret; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Dan. expectabat adpeteret. Voss. 2. obluros esse. Mer. credebant.—19 Mer. dui quid ageret. Voss. 2. interritus. Mer. Bas. et Col. steterant proximi. Voss. 2. constitit.—20 Voss. 2. ex ducibus. Voss. 2. nec diu

#### NOTE

<sup>f</sup> Darius] Hystaspis F. Xerxes] III. cap. 9. et lib. IV. cap. 1. &c.  
Darii ejus filius: de quibus ad lib.   <sup>6</sup> Optimum] Vide supra cap. 5.

tantique regni fastigium in istos humeros ruat: homines certe non ferent. Nihil dico de nobilioribus, quam hic est,<sup>h</sup> sed de viris tantum; quibus invitis nihil perpeti necesse est.\* 21. Nec vero interest, Roxanes filium, quandoque genitus erit, an Perdiccan regem habeatis; cum iste sub tutelæ specie regnum occupaturus sit. Itaque nemo ei rex placet, nisi qui nondum natus est: et in tanta omnium festinatione, non justa modo, sed etiam necessaria, exactos menses solus expectat, et jam divinat, marem esse conceptum; quem vos dubitatis paratum esse vel subdere?<sup>i</sup> 22. Si medius fidius<sup>j</sup> Alexander hunc nobis regem pro se reliquisset, id solum ex iis, quæ imperasset, non faciendum esse censerem. 23. Quin igitur ad diripiendos thesauros discurretis? harum enim opum regiarum utique populus est hæres.\* 24. Hæc elocutus per medios armatos erupit, et, qui abeunti viam dederant, ipsum ad pronuntiatam prædam sequebantur.

\* Sed de quibusvis qui modo viri sint; quos nulla res cogit hoc pati invitos.

~~~~~

ferunt; Pal. 1. et Theocr. nec dii ferant, quod recepit Schmieder. Bong. 1. dec dii sinant; Mer. nec dii sciverint; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Bong. 2. Freinsh. Snak. Cellar. et recentt. nec Diu siverint; Bothe: ne Diu siverint; Heinsius: ne Diu sirint. Voss. 2. regni fastidium. Ald. de ignobilibus qui hic sunt; sed in Bong. 1. 2. legitur est. Voss. 2. de viris quibus tamen . . . nocere potest.—21 Idem codex: Ne vero. Leid. et Voss. 1. Rhozanis; Ald. Rhozanis; Dan. Pal. 1. Bas. et Col. Roxanis. Vulgg. edd. ante Freinsh. quodcumque g. erit; Voss. 2. quando g. erit; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Bong. 1. 2. quandoque g. erit. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. dubitetis. 'Cum Scheffero signum interrogationis addere satis habui.' Schmieder. Ita etiam Bothe. Heinsius legit: ne quem vos dubitetis paratum esse, &c.—22 Bong. regem nobis; Voss. 2. nobis pro se regem. Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii, et edd. vulgg. ante Freinsh. id s. ex his; Ald. et recentt. id s. ex iis.—23 Pal. 1. Quando igitur; Voss. 2. Quin sibi quisque ad, et mox omittit regiarum utique.—24 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. et Bong. 2. prænuntiantem; Ald. Mer. Frob. Bas. et Col. prænuntiatam; Dan. prænuntiantem; Mod. prænuntiantem; Heins. prænunciatam.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Quem hic est] Perdiccas. Quandoque] Pro, quodcumque, ut lib. vii. cap. 10. diximus.

<sup>i</sup> Vel subdere] An dubitatis paratum esse Perdiccam, si Roxane sceminam pepererit, pro hac masculum

Delf. et Var. Clas.

supponere, quo tutelæ specie regnum interim occupet?

<sup>j</sup> Medius fidius] Inramenti formula veteribus usitata, quasi diceret 'ita me Deus Fidius amet,' id est, Deus qui fidei præest: vel, ut alii inter-

Q. Curt.

3 C











